

I. N. J.

EXERCITATIONUM VARIARUM JURIS PUBLICI ROMANO-GERMANICI VOLUMEN NOVUM,

In qvo de antiqvâ Germanorum Republica, oppignorationibus Imperialibus, cursu publico & angariis, Germanicæ Nationis in hodierno Imperii Romani Statu præeminentiâ: Jure ac privilegiis Nobilit. Immed: præsenti Imperii periodo: Comitiis Electoralibus: Hostenditiis: Jure civitatis: aliisqve ad Statum publicum pertinentibus materiis tractatur.

In gratiam studiosæ juventutis,

EDITUM,

Curâ ac studio

AHASVERI FRITSCHI.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Sumptibus JOHANN. ADAM. KÄSTNERI
LITERIS *FREYSCHMIDIANIS,*
M. DC. LXXV.

ILLUSTRI AC GENEROSO

DOMINO

FRANCISCO FRIDERICO AB ANDLER,

JURECONSULTO EMINENTISSIMO,

SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS

CONSILIARIO IMPERIALI

AULICO

SPLENDIDISSMO,

DOMINO AC

PATRONO SUO.

HOCCE

VARIARUM EXERCITATIONUM

JURIS PUBLICI

ROMANO-GERMANICI

VOLUMEN NOVUM

IN

DEBITÆ OBSERVANTIÆ SYMBOLUM

AC TESSERAM

CONSECRAT


AUCTOR.

AD LECTOREM.

On inutilem Operam in colligendis atqve edendis Variorum Auctorum Diſſertationibus Academicis, *Jus publicum* concernentibus, nos hactenus præſtitiſſe, Doctorum Virorum non pauci judicarunt, & experientia ipſa docuit, cùm tria Exercitationum volumina, ſuperioribus annis edita, maximam partem diſtracta, & ab exteris etiam nationibus deſiderata fuerint. Cumqve *novæ* juris publici *Velitationes* ad manus noſtras pervenerint, operæ pretium viſum eſt, ſaltim ſelectiores, hoc volumine junctim edere, ac ſtudioſæ cumprimis juventuti hocce qvali qvali ſtudio ulterius inſervire. Si Deus longiorem vitam, ac ſtudiis noſtris otium clementer conceſſerit, operæ hujus continuationem pollicemur.

Dab. Rudelſt. d. XXII. Menſis Julii, A. O. R. M DC LXXIV.





INDEX

EXERCITATIONUM VARIARUM JURIS PUBLICI, qvæ in hoc TOMO NOVO continentur.

EXERCITATIO I.

De antiqva Germanorum Republica.
Præs. D. Petro Musæo, Prof. Rintel.
Resp. Gustavo Joh. Frid. de Rasch.

EXERCITATIO. II.

De Oppignorationibus imperialibus.
Aut. ac Præs. D. Joh. Strauchio, JCto & Antecess. Jen.
Resp. Joh. Georg. à Pröſigke.

EXERCITATIO III.

De Cursu publico angariis & parangariis.

Præs.

Præs. D. Chr. Philipp. Richter, Prof. P. & Ordin. Jen.
Resp. Joh. Schilter, pro. Grad.

EXERCITATIO IV.

De Jure ac Privilegiis Nobilit. immediatæ Imperii.
Aut. Joh. Frider. de Lendersheim.

EXERCITATIO V.

De Germanicæ Nationis in hodierno Imperii statu præeminentiâ.
Præs. D. Joann Strauch. JC. & Antec. Jen.
Resp. Mich. Frid. Lederer.

EXERCITATIO VI.

De præsenti Imperii periodo.
Præs. D. Joann Strauchio, JC. & Antecess. Jen.
Resp. Carolo Scharschmid.

Ex-

EXERCITATIO VII.

De Comitiis Electoralibus.
Praes. D. Samuel Rachelio, Prof. Chilon.
Resp. Tobia Friderico Linck/ *Norimberg.*

EXERCITATIO VIII.

De Hostenditiis.
Praes. D. Joann Strauchio, JCto & Antecess. Jen.
Resp. Joh. Regulo Villingero.

EXERCITATIO IX.

De Jure Civitatis.
Praes. D. Ioann Eichel, IC. & Prof. Helmstad.
Resp. Christian. Rehebold, pro Gradu.



IN-

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

EXERCITATIO JURIS PUBLICI PRIMA

De Antiquâ Germanorum Republicâ.

Thesis I.

EOrum, qui Rebuspublicis descri-bendis operam vulgò dant, proventus hodiè multò est uberrimus. At verò per reperias paucos, qui rectè & salutariter huic muneri incumbunt. Alii namque ad inania delapsi, in anilibus fabulis ebuccinandis occupantur; quibus unâ cum plurimis aliis accenseri meretur Werden-agen ille, cujus extat liber de Rebusp. Hanseaticis: Alii quidem pro-iùs ad rem accedunt, sed cum civili prudentia, non, ut decet, sint in-ructi, in cassum utique laborantes à scopo quàm maximè aberrant. ltriusque hujus ordinis quamplurimi mehercle extant, qui in Rep. ostrâ Germanica depingenda, operam hactenus navarint, dicam, an iserint? adeo nihil quicquam memoratu dignum etiam de iis, quæ nte oculos, interque manus versantur, in medium producunt. Quod à memoriâ nostra paullo remotiora objiciantur, tantum abest, ut uæ in rem sint futura prospiciant, ut quasi in novum orbem delati, toniti hæreant. Hinc adeo factum est, ut res Majorum nostrorum iblicæ, multis retro seculis immersæ deprehendantur densissimis te-ebris, cum magno, & irreparabili Patriæ nostræ damno.

II. Quæ cum ita sint, non abs re facturum me sum arbitratus, si æ apud C. Julium Cæsarem, Strabonem, Ptolomæum, Pomponi-

um Melam, Cajum Plinium, Cajum denique Cornelium Tacitum, occurrunt fragmenta veteris Reip. Germanicæ, unum quasi in fasciculum cogerem, ex iisque si non ipsum, certè simile quid veteri statui Germanico effingerem, præsertim cum hâc ratione reliquis meis studiis haud parùm lucis illatum iri existimarem. Non tamen est, quod quisquam à me exspectet accuratam omnium civitatis Germanicæ partium delineationem; sed illa tantùm percurremus, quæ ad ordinem ejusdem (hunc enim voce Reip. cum Aristotele intellectum volumus) quoquo modo spectare videbuntur. Quis enim exercitationis nostræ finis foret, si singula Germanicarum civitatum capita, C.J. Cæsari, Tacitoque paucis delibata, pro rei dignitate enarrare velimus? Scilicet hîc exploranda venirent civium ingenia; hîc mores atque facultates indagandæ; neque nihil operæ posceret aëris, victûs atque amictûs ratio; immo ut rem in pauca conferam verba, exquirenda essent omnia, quæ ad finem civili societati præstitutum, facere possent. Quæ ut longi res subsellii, non solùm chartæ modum excedit, sed ab instituto nostro etiam planè est aliena.

lib. 3. Pol.

III. Proximum itaque est, ut probè nobiscum dispiciamus, quâ via quàm commodissimè ad scopum nostrum pertingere queamus; in eô namque haud parùm momenti positum est. Et sanè si dicendum, quod res est, non videmur nobis à scopo aberraturi, si cum summo civilis prudentiæ Doctore, ad tria potissimum attendamus. *Tres, ait ille, sunt omnium rerump. partes, de quibus sapiens legumlator considerare debebit, & videre, quid cuique congruat, iis enim præclarè constitutis, Remp. præclarè constitui necesse est, ut ejus species inter se eo ipso dividi, quò singulæ partes hæ differunt. Atque ex his partibus tribus una quidem versatur in publicarum deliberationum facultate secunda in magistratibus, id est, quales eos esse, & quarum rerum authoritatem habere, & quonam pacto eligi deceat: Tertia de Judiciis.* His enim rectè perspectis, non potest ipsa Resp. πολιτεία Regimen, constitutio atque ordo alicujus civitatis te amplius latere.

l. 4. Pol. c. 14.

IV. Sed antequam ipsi operi accingamur, & de statu Germaniæ antiquo incipiamus dicere, illud præmonendum esse videtur, non fuisse olim omnes Germaniæ populos unô aliquo reip. corpore comprehensos, sed diversis civitatibus inter se distinctos. Alia enim civitas

vitas Hermundurorum fuit, alia Menapiorum, alia Marcomannorum, alia Nemetum, alia Vangionum, alia Cheruſcorum, alia Cattorum, &c. ut in progreſſu prolixè oſtendetur. Immo ne quidem communi fœdere fuerunt juncti inter ſeſe hi populi, teſtibus Cajis Cornelio Tacito, & Cæſare. Eadem Galliarum fuit conditio, quod nemini, niſi in commentariis Cæſaris planè hoſpiti, poteſt eſſe obſcurum. Poſſemus nos varia illius teſtimonia huc afferre, ſi ratio inſtituti noſtri ferret: nunc paucula hæc ex Fr. Hotomanni præclaro (ſi quædam exceperis) opere transſcribere libuit: *Intelligendum eſt igitur,* inquit, *eo tum ſtatu Galliam fuiſſe, ut neque univerſa unius imperio regeretur, neque ſingulæ civitates, vel in populi, vel in optimatum poteſtate eſſent: Sed ita diviſam in civitates Galliam univerſam fuiſſe, ut pleraque optimatum conſilio regerentur, quæ liberæ dicebantur: cætera Reges haberent.* Ita C. Cornelius Tacitus dicit, *Galliæ civitates ob magnitudinem æris alieni, rebellionem cœptâſſe: cujus exſtimulator acerrimus inter Treviros Julius Florus, apud Æduos Julius Sacrovir &c.* Mox: *Haud ferme ulla civitas intacta ſeminibus ejus motûs fuit &c.* Mox: *Aſt Roma non modo Treviros & Æduos, ſed quatuor & ſexaginta civitates Galliarum* (nota numerum) *deſciviſſe optimus quiſque Reipub. curâ mærebat.* Neque tamen exiſtimandum eſt, haſce, quæ vocantur civitates, fuiſſe duntaxat urbes, vallô, foſſa, portis, ac propugnaculis munitas; immo verò fuerunt ſocietates hominum, certô fœdere, ac legibus collectorum, ſimulque degentium, ut rerum Germanicarum Scriptores notant. Francog. c. 1. lib. 3. Annal.

V. Conſtat igitur primò, univerſam Germaniam, pariter ac Galliam in varias civitates fuiſſe diviſas, quarum alias aliis potentiores fuiſſe, alias infirmiores, nulli equidem poterit eſſe dubium. Unde ſuapte ſponte fluit, quod plerumque fieri amat, ipſas non ſolùm flagrâſſe diſſidiis mutuis, ac æmulationibus; ſed & infirmiores ſæpe coactas fuiſſe, in fidem ac clientelam potentiorum concedere. In Gallis (qui multùm ſimile habuêre Germanorum moribus & inſtitutis, teſte Strabone *lib. 7. Geograph.*) ſumma rerum aliquando fuit penes Bituriges. Ita Livius: *Regnante Romæ Priſco Tarquinio, Celtarum penes Bituriges ſumma Imperii fuit: ii Regem Celtis dabant.* Quæ fuerit Galliarum conditio ſuo tempore, optimè depingit C. Julius Cæſar *lib. 6. comment. de bello Gallico.* *In Galliâ non ſolùm in omnibus civitatibus* lib. 5. hiſt.

atque pagis, partibusque: sed pene etiam in singulis domibus factiones sunt: earumque factionum sunt principes; qui summam auctoritatem eorum judicio habere existimantur, quorum ad arbitrium judiciumque summa omnium rerum, consiliorumq; redeat: Et mox: *Hac eadem ratio est in summa totius Galliæ. namque omnes civitates in duas partes divisæ sunt. Quum Cæsar in Galliam venit, alterius factionis principes erant Ædui, alterius Sequani. In Æduis summa auctoritas antiquitus erat, magnaque eorum erant clientelæ: post verò præliis quamplurimis factis secundis, atque omni nobilitate Æduorum interfectâ, tantùm potentiâ antecesserant* (Sequani,) *ut magnam partem* CLIENTIUM, *ab Æduis ad se transducerent, Galliaq; totius principatum obtinerent.* paulò post: *Adventu Cæsaris facta commutatione rerum, obsidibus Æduis redditis veteribus clientibus restitutis, novis per Cæsarem comparatis: quod ii, qui se ad eorum amicitiam aggregaverant, meliore conditione, atque imperio æquiore se uti videbant, reliquis rebus eorum gratia dignitateque amplificata, Sequani principatum dimiserant. In eorum locum Rhemi successerant; quos quòd adæquare apud Cæsarem gratia intelligebatur, ii qui propter veteres inimicitias, nullo modo cum Æduis conjungi poterant, se Remis in* CLIENTELAM *dicabant.* Unde apparet in Galliis quidem multas fuisse civitates, sed tamen plerasque omnes vel clientelæ, vel societatis vinculo alterutri parti fuisse obstrictas, ut adeo hactenus aliquo modo apti exstiterint, averruncandis injuriis externis.

VI. In Germanis planè diversa fuit ratio. Neque enim tantùm civitatibus, ut *Th. 4.* asserebamus, inter se fuêre distincti: sed etiam animis & mente ita se juncti, ut ne quidem in fœdus aliquod

lib. 12. Annal. commune συμμαχικὸν coäluerint. Quo nomine C. Cor. Tacitus sibi veluti suisque gratulatur, *nihil,* inquiens, *adversus validissimas gentes istas pro nobis* (Romanis) *utilius, quàm quod in commune non consulunt. Rarus duabus tribusque civitatibus, ad propulsandum commune periculum conventus. Ita dum singuli pugnant, universi vincuntur.* Imò verò tantum ab uit, ut propria in viscera usque quaque sævierint. Tam inconsulta scilicet Majorum nostrum fuit feritas. Hinc adeo factum est, ut infirmiores non solùm indignis modis haberentur, sed etiam solum nonnunquam vertere, & in exterorum fidem ac clientelam sese

lib. 4. Com. dedere cogerentur. Ita teste Cæsare, *Ubios cum Suevi, multis sæpe bellis*

bellis experti, propter amplitudinem gravitatemq́, civitatis, finibus expellere non potuissent, tamen vectigales sibi fecerunt, ac multò humiliores infirmioresque reddiderunt. *In eadem causâ* ſecundum eundem *fuerunt Uſipetes & Tencteri*, (apud Appianum Συπετῶν καὶ Ταγχαρέων nomine notati niſi fallor) *qui cùm plures annos Svevorum vim ſuſtinuerint, ad extremum tamen agris expulſi, & multis locis Germaniæ triennium vagati,* Rhenum cæſis Menapiis tranſierunt. Ita Condruſi atque Eburones, (quorum ut Germanorum res geſtas atque conditionem egregio commentario illuſtravit, vir longè prudentiſſimus, Hubertus Thomæ Leodius) in clientelam Trevirorum conceſſerant, ceu docet C. Julius noſter l. c. Ita Bructeri à vicinis fuere exciſi, ceu teſtatur C. noſter Cornelius. c. 33. de M. G. *Juxta*, ait, *Tencteros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamavos & Angrivarios immigrâſſe narratur pulſis Bructeris, & penitus exciſis, vicinarum conſenſu nationum; ſeu ſuperbiæ odio, ſeu prædæ dulcedine, ſeu favore quodam erga nos Deorum: Nam ne ſpectaculo quidem prælii invidere.* Et tandem applaudens vovet ita: *Super LX. millia non armis teliſque Romanis, ſed quod magnificentius eſt, oblectationi oculiſque ceciderunt. Maneat quæſo, duretque gentibus, ſi non amor noſtri, at certè odium ſui, quando urgentibus Imperii fatis, nihil jam fortuna præſtare majus poteſt, quàm hoſtium diſcordiam.* Eademque ferè fortuna fuit Cheruſcorum, Teſte eodem, c. 36. M. S. l. 2. Annal. neque alia eorum qui à Maraboduo ſtabant. Sed cum omnes ferè iſtius ævi Scriptorum libri referti ſint narrationibus lanienarum Germanicarum, non ſum viſus mihi operæ pretium facere in iis prætexendis. Immo apparet vel ex ſolis hiſce inimicorum teſtimoniis, quo furore majores noſtri in ſemet invicem exarſerint, & in perniciem ſuam nihil non usquequaque fuerint moliti: tantum abeſt, ut vel communi (inter hoſce enim, illoſve tale quid interceſſiſſe innumeris locis docet Tacitus, & de Sicambris Svevis, Cheruſcis validiſſimis nationibus teſtatur L. Ann. Florus) aliquo civili, vel συμμαχικῷ fœdere ſibi invicem fuerint obſtricti.

VII. Immò verò, quod fidem ferè omnem ſuperat, tam immanis, & prope belluina fuit Majorum noſtrorum feritas, ut ne ſedes quidem inter ſe junctas paſſi fuerint. Audiamus C. noſtrum Julium lib. 4. de B. G. ita diſſerentem: *Publicè maximam putant eſſe laudem, quam latiſſimè à ſuis finibus vacare agros. Hâc re ſignificari, magnum numerum*

merum civitatum suam vim sustine e non potuisse. Itaque una ex parte à Svevis, circiter millia passuum sexcenta agri vacare dicuntur. Neque alia affert *lib. 6. de B. G. Civitatibus maxima laus est, quàm latissimis circum se vastatis finibus solitudines habere: hoc proprium virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere; simul hôc se fore tutiores arbitrantur, repentinæ incursionis timore sublato.* Sic Pomponius Mela *lib 3. de situ orbis*: *Bella Germani cum finitimis gerunt, caussas eorum ex libidine accersunt, neque imperitandi, prolatandique, quæ possident (nam ne illa quidem enixè colunt) sed ut circa ipsos, quæ jacent, vasta sint.* Quæ magis etiam elucet ex Majorum nostrorum privato habitandi modo, cujus facit mentionem Tacitus *c. 16. l. de M. G. Germani ne patiuntur quidem inter se junctas sedes. Colunt discreti, ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Vicos locant non in nostrum morem, connexis & cohærentibus ædificiis: suam quisque domum spatio circumdat.*

IIX. Ut adeo minùs mirum sit, si una eademque gens paulò numerosior in diversa sæpe abierit imperia. In medio sunt auctorum testimonia. De gente Svevorum, quam C. Jul. Cæsar vocat *gentem longè maximam*: Rationem subnectit Strabo *lib. 7. Geograph. nam & à Rheno ad Albim usque pertingit, & trans Albim habitant pars eorum, ut Hermunduri, & Langobardi,* ubi narrat, quâ ratione Semnones in ditionem Maraboduі pervenerint. A quibus non abit Tacitus *Svevorum,* inquiens, *non una ut Cattorum, Tencterorumque gens; majorem enim Germaniæ partem obtinet, propriis adhuc nationibus nominibusque distincti: quanquam in commune Svevi vocentur.* Cumque nonnullos eorum enarrasset; *dirimit scinditque,* ait, *Sveviam continuum montium jugum, ultra quod plurimæ gentes agunt. Ex quibus latissimè patet Lygiorum nomen,* IN PLURES CIVITATES DIFFUSUM. *Valentissimas nominâsse sufficiet: Arios Helveconas, Manimos, Elysios, Naharvalos.*

c. 38. de M. S.

IX. Ex his, quæ hactenus diximus, clarum, opinor, erit, ac manifestò cuilibet constabit, neque societatem inter se coluisse, neque communi aliquo fœdere συμμαχικῷ, junctos fuisse Germaniæ populos: cum potiùs contrarium apud Auctores legatur, populum scilicet unum, diversis imperiis sæpius distinctum fuisse, suasque res tam publicas quàm privatas habuisse seorsim, bellis immo perpetuis ferè se

se invicem divexâsse. Jam tempestivum erit, ad scopum nostrum, relictis ambagibus nos recipere, atque adeo inquirere, quinam in gente tam dispersâ, ac invicem veluti divulsâ, Regiminis ordo, (nam absque illo neque gens ulla, neque adeo civilis societas potest subsistere) vel quasi ordo plerumque (secesserant etenim aliqui) usitatus fuerit. Rem æquâ lance trutinabimus, variasque variorum de eâ sententias enarrare supersedentes, nostram opinionem, claris verbis eloquemur.

X. Ut verò habeas, in quô animus possit aliquâ ratione acquiescere, dum iis, quæ ad scopum nostrum faciunt, congerendis operam damus, dicimus statum Regiminis olim, antequam in Francorum ditionem pervenere plurimi, fuisse ut plurimum mixtum, ex populari & optimatum statu, ita tamen, ut haud parùm oligarchici, & subinde etiam, si perpetuum esset bellum, regii quid admisceretur. Quæ sententia probatur Cl. Conringio, Præceptori ac Hospiti olim pl. colendo in *Disputatione de Urbibus th. 49. & seqq.* & à nobis nunc, ad prædictam Aristotelis normam, prolixè adductis bonorum Auctorum testimoniis explicabitur.

XI. Itaque primò de consultatione publicâ Germanorum, quippe illa nobis cum Philosophô δοκιμασίας πολιτικῆς primum caput esto, agemus; in quâ & popularia multa reperire licebit, & præterea non pauca, quæ Aristocraticum quid referant. Sunt autem in consultatione duo præcipuè attendenda: Res sub deliberationem cadentes, & Modus deliberandi de istis. Res denuò de quibus deliberatio instituitur, variæ sunt. Nobis pro instituti nostri ratione duûm generum sunt: Res sc. *majoris, & minoris momenti.* Res majoris momenti nominamus eas, quæ ad Reip. statum magis pertinent, eumque propius attingunt, dum vel ad labefactandum illum, vel corroborandum faciunt. Aristoteles appellat τὸ κύριον κύριον τὸ βουλευόμενον quoniam deliberant de iis τὸ κύριον habentes in rep. Recenset idem species nonnullas earundem loco allegato: videlicet *Res belli & pacis, & fœderis vel ineundi, vel dissolvendi, & legum, & mortis & exilii, & publicationis, & rationum negotia.* Uberius aliquando in Rhetoricis: *Quiπ de rebus omnes deliberant homines, & de quibus ipsi consultores in senatu, vel in concilio sententias dicunt, prope præcipua sunt quinque numero. Hæc* lib. 1. c. 4.

autem

autem sunt de paranda pecuniæ ratione, & de bello, & de pace, præterea verò de Regionis præsidiis, & de rebus quæ importantur, vel exportantur, & de ferendis legibus. Res minoris momenti sunt eæ. Quæ in Rep. equidem considerandæ veniunt; ejus verò sunt naturæ, ut communis salus Reip. in iis minus minusque vertatur.

XII. Modos deliberandi de rebus ad Remp. pertinentibus quatuor enarrat Magister noster. *Aut enim deliberationes hæ omnes permittuntur omnibus: aut quibusdam omnes: aut sunt divisæ ita, ut hi illis, alii aliis vacent deliberationibus: aut denique ita, ut quibusdam de omnibus, quibusdam verò potestas data sit deliberandi de nonnullis tantùm.* Nec certè plures modi deliberationis, nisi vehementer fallor, dari possunt. Nam qui ultimo loco recensetur modus, eum simul in se comprehendit modum, quô omnes de quibusdam deliberant. Etenim quando nonnulli de omnibus, quidam verò de quibusdam rebus deliberare possunt, quis negaverit, omnes de quibusdam consultare omnino posse? Hæc verò, ut quæ maximè observari à nobis debent, siquidem prout consultationes in Rep. variant, ita ipsa quoque Resp. est varia, quemadmodum infra videbimus, & copiosè probat Philosophus loco citato.

l. 4. c. 14.

XIII. Præmissis hisce ad priscos nostros Germanos revertimur, investigaturi tandem, quinam apud illos deliberandi de rebus Reip. modus in usu fuerit, quò rectius hôc definitio, de ipsius Reip. forma judicare nobis liceat. Cornelii nostri Taciti *lib. de M. G. cap. XI.* hæc sunt verba: *De minoribus rebus Principes consultant, de majoribus omnes,* &c. Per majores verò, minoresve res quid ille designet, non adeo est liquidum. Antiqua tamen monumenta, & posterioris ævi historiæ probare videntur, ea ferè hi à Tacito intelligi, quæ Aristoteli *κύρια* dicuntur, modò pauca exceperis peculiaria, tum Germanicæ, (quæ mox attingentur) tum Atheniensis Reip. Aristoteli hîc memorata: Apud Germanos namque rerum à Principibus gestarum rationes fuisse populo editas, haud facile reperias. Sic arbitrium belli & pacis ut *κύριον* penes omnes fuisse & sequentis ævi scriptores testantur, & Claudii Civilis Batavi exemplo demonstrat Cornelius noster *lib. 4. Historiarum.* Claudius enim Civilis bellum illaturus Romanis tyrannicè imperantibus, *primores gentis & promptissimos vulgi specie*

epu-

epularum, sacrum in nemus vocatos, ubi nocte ac lætitia incaluisse videt, à laude gloriâque gentis orsus, injurias & raptus, & cætera servitii enumerat. Et mox: *Magno cum assensu auditus, barbaro ritu & patrio execrationibus universos adigit.* Ex ritibus immo consultationum apud Gallos usitatarum, tot in locis C. Cæsari recensitis, (quem qui cupiunt, consulant,) adeo dilucidè hoc potest colligi, ut argumentis amplius asserere id velle, nihil sit aliud, quam soli clarissimo mortale aliquod lumen inferre conari. Neque minus insequentium temporum gestis sententiam nostram astruendo operam ludere videamur. Adeat, qui exactiorem harum rerum cognitionem desiderat, Christoph. Lehmannum, ex Hincmaro & Annalibus Francicis, consultandi consvetudinem de pacis atque belli rebus, quæ illo ævo obtinuerit, egregiè tradentem. Atque ut de fœderibus quoque hoc modo statutum fuisse credamus, plurima Taciti & Cæsaris testimonia efficiunt, quæ itidem, res cum sit aperta, adducere supervacaneum esse censemus. lib. 2. c. 39. Chron. Spir.

XIV. Ad alia potius pergimus, & quæ præterea sub communem deliberationem ceciderint, contemplamur. Ita, mirando sanè, in populo rudi, exemplo, nemo in civium numerum asciscebatur, prius quàm dignum judicassent omnes: Sic enim Tacitus: *Arma sumere, non ante cuiquam moris, quàm civitas suffecturum probaverit, tum in ipso concilio, vel Principum aliquis, vel pater, vel propinquus, scuto frameaque Juvenem ornant. Hæc apud illos toga. Hic primus Juventæ honos. Ante hoc* Domus Pars *videntur, mox* Reipublicae. Plurimùm certè refert in Rep. delectus ut habeatur civium, ne inepti, immaturive civitatis Jure donentur. Id quod bene perspexerunt omnes Reip. paullo cultiores, apud quas certæ aliquem adsciscendi in civitatem leges fuerunt observatæ. Athenis *nemo cujusquam* (munerum civilium) *particeps esse potuit,* verba sunt Ubbonis Emmii V. Cl. *nisi civis esset. Nemini verò civi esse licuit, aut ullo civis jure uti, nisi haberet tribum ac populum. Nemo autem tribum habuit, nisi tabulis tribulium, ac popularium ritè inscriptus. Oportebat verò civium liberos, ut jure civium fruerentur publico & privato, his sua nomina apud eos, quorum ista cura erat, profiteri.* Ex mox addit. *Prior professio fiebat apud curiales & gentiles* &c. *per parentes aut propinquos, qui tabulis inscribendos adducebant, ætatis eorum anno XV.* Totaque hæc actio δοκιμασίας, & actionis præsides cap. 13. de rep. Athen. pag. 84. seqq.

B δοκι-

δοκιμαζόντων nomine veniebant. *Triennio post* (itidem sunt verba Ubbonis) *sequebatur professio altera, & probatio apud populares anno ætatis profitentium XIIX. ac tum nomina eorum referebantur in album, quod ληξιαρχικὸν λεύκωμα vocabant. Ea enim inscriptione omnis Juris civium, & civilium munerum reddebantur capaces, & simul ex Ephebis exibant inscripti, suique Juris & arbitrii censebantur, & si lubebat, conciones obibant, atque adeo communium rerum fiebant participes.* Immo verò, quod maximè propter rerum affinitatem notatu dignum est, *eadem relatio in tabulas has lexiarchicas fores aperiebat militiæ iis, tunc enim ætatem militarem etiam ingrediebantur, &* AUTORITATE PUBLICA SCUTO AC HASTA INSTRUEBANTUR. Morem in Romanis cooptandis civibus, militibusque usitatum, ut cuivis, qui diligentius paullo scriptores eorum inspexerit, notissimum, recensere omittimus; illa verò omnino lectu digna arbitramur, quæ Donatus Janottus, & Contarenus, Viri Doctissimi, de cooptatione in patriâ Rep. civium præclarè annotârunt. Sed consvetudinem majorum hanc juniores in numerum civium cooptandi, postea sensim expirâsse verisimile est, cum ejus vestigia in antiquis Francorum & Saxonum scriptis vix reperire liceat; bono autem an malo reip. id factum sit, quivis emunctæ naris homo facile definiverit.

XV. Similiter ferè de capite civis Germanici, in publico scilicet conventu, pronuntiatum fuit, quod magnum libertatis argumentum fuit. Id profectò sibi velle videntur Taciti hæc: *licet apud concilium accusare quoque, & discrimen capitis intendere*. Lehmannus l. c. verba hæc ad primorum causas restringit; sed mirum quantum fallitur, Quamvis enim Francis rerum potientibus præter Principum Primorumq; Regni causas haud aliæ in congressibus (placita illi vocabant) publicis dijudicatæ legantur, ceu testantur innumera ferè exempla occurrentia, cum in antiquis Francorum monumentis, tum quoq; apud Gregorium Turonensem, inq; Annalibus Pythœi, quæ Lehmannus *lib.2. cap.39.* allegavit; Omniumq; maximè Thassilonis illud, *Annalibus Francicis in vita Caroli,* & Reginoni Abbati *lib. 2.* memoratum: Tamen Taciti ævo & ante, cum majorum libertas indomita magis turgeret, ne de capite quidem ingenui alicujus inconsulto Populo sententiam fuisse latam, arguit vel Ducum (qui sine severo im-

Chron. Spir.

perio

perio operæ pretium vix fecerint) plusquam satis restricta potestas; *cum neque animadvertere, neque vincire, neque verberare quidem, nisi sacerdotibus permissum: nec quasi in pœnam, neque Ducis jussu, sed velut Deo imperante*; ut asserit Tacitus *l. de M.G. c. 7.*

XVI. Neque alia legum ferendarum ratio (quibus diu non scriptis usi fuere, quod summus Conringius antiquitatum Germanicarum, si quis unquam, maxmè gnarus, Hospes ac Præceptor olim meus infinitis nominibus devenerandus, præclari de Juris germanici origine libelli principio satis probatum dedit) priscis nostris Germanis fuit observata. Nam cum sit manifestum, nullam societatem, minimèq; adeo civilem sine legibus posse consistere, procul omni dubio promulgatæ fuerunt ejusmodi constitutiones à majoribus nostris (nec rara eorundem in libris veteribus vestigia supersunt) & certè ab omnibus promulgatæ fuerunt, quia hoc libertati eorum maximè conveniebat. Apparebit id clarius, si legum sanciendarum morem in Republ. Francorum olim usitatum memoria repetamus. Scilicet inter leges Germanorum veterum ejusmodi legitur: *Ubi populus interrogetur de capitulis, quæ in legem noviter addita sunt, & postquam omnes consenserunt, scriptiones & manufirmationes suas in ipsis capitulis faciant.* In initio legum Suevicarum hæc reperias: *Lex Alemanorum, quæ temporibus Lotharii Regis cum Principibus suis, id sunt, triginta tribus Episcopis, & 34. Ducibus & 72. Comitibus, vel cætero populo constituta est.* In fine ista. Hoc *decretum est apud Regem, & Principes ejus, & apud cunctum populum Christianum, qui infra Regnum Cherovingorum consistunt.* Verùm nobis nunc ad alia pergere incumbet, cùm in Capitulis Caroli M. innumera huc facientia extent.

XVII. Porrò Magistratuum legendorum curam, tanquam omnibus communem, cum omnibus quoq; communicari debere majores nostri putârunt, & proinde publica eos auctoritate elegerunt. *Eliguntur* (perhibente Cornelio nostro) *in iisdem conciliis & Principes, qui jura per pagos vicosque reddunt. Centeni singulis ex plebe comites, consilium simul & auctoritas adsunt.* Mansit hæc consuetudo ad tempora usq; Francorum, quod multis, si ratio instituti ita ferret, evincere possemus. Eginhardus *in vita Caroli: Honos, ait, præfecti aulæ non aliis à POPULO dari consueverat quàm iis, qui & claritate generis, & opum amplitu-* cap. 12. lib. de M.G.

dine cæteris eminebant. Quanquam in illo Francorum institutum à veteri Germanorum more discrepare videtur, quod Comites seu Assessores non in conciliis, ut apud Germanos, sed extra concilium à populo & Principe creati fuerunt. Neq; fortassis aberraveris, si majores nostros de rebus importandis & exportandis communi consilio quoq; deliberâsse dicas. Certè verba Cæsaris tale quid innuunt : *vinum adse omnino importari non sinunt, quod eâ re ad laborem remollescere animos hominum, atque effœminari arbitrantur.*

Lib. 4. de B. G.

XVIII. Compertum itaq; habemus, præcipua publicorum negotiorum, communi Germanorum operâ procurata, quod omnino populare esse, & ab ipsa rectâ ratione, & pluribus à Philosopho edocemur capite jam sæpius citato. Interim cum grano salis hæc esse accipienda existimamus. Neq; enim omnes & singuli Germanitum istis deliberationibus adesse potuerint. Interfuerunt autem Primores quiq; omnium ordinum, & ex populo delecti, qui quod ad reip. salutem facere visum pronuntiarent. Testatur Cornelius noster, th. 14. ex *lib. 4. Historiarum* citatis, & præterea his verbis : *Stato tempore in sylvam auguriis patrum & priscâ formidine sacram,* OMNES *ejusdem sanguinis* LEGATIONIBUS coeunt. Neque est, quód quis mulieres conciliis adhibitas fuisse asserat, ut protervè criminator Plutarchus: Audiamus ipsum: *ἐκ τούτου διετέλουν περί τε πολέμου καὶ εἰρήνης βουλευόμενοι μετὰ τῶν γυναικῶν, καὶ τὰ πρὸς τοὺς συμμάχους ἀμφίβολα δι' ἐκείνων βραβεύοντες;* Germanos autem his verbis intelligit. Ideoque meritò mireris, Justum Lipsium horrendum in modum ita veluti exclamasse: *Hoc ne supererat? heu ipsos parùm firma mente, qui eam quæsivere apud amentem sexum* : Quippe cum Tacitus ait : *Inesse fœminis sanctum aliquid & providum putant, nec consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt:* Minimè ad consultationes publicas verba illa trahenda sunt, quasi in illis mulierum consilia plurimùm ponderis habuerint; sed de auspitiis potius loqui Tacitum existimemus, quæ majores nostri *ut qui maximè observabant.* Interfuisse dicendi alioquin consultationibus publicis & equi, & aves. Constat etenim *avium voces, volatusq; interrogâsse* veteres Germanos : *propriumque gentis equorum quoque præsagia, ac monitus experiri,* præcipuè, quia *nulli auspicio major fides, non solum apud plebem, sed & apud proceres, apud sacerdotes,* habita fuerit.

cap. 37. l. de M. G.

lib. de virtutib. mulierum

In not. ad Tacit. h. l. cap. 8. de M. G.

Ibid. c. 10.

Ibid.

Ibid.

XIX. Neminem deniq; adeo insipidum fore arbitror, qui de Rebus majoris momenti, æquali auctoritate, omnes Germanos deliberâsse opinetur: ita ut alius consiliô alii minime præstiterit. Præterquam enim, quod simillimum sit vero, & ipsius quoq; societatis ratio postulaverit, ut Principes & Comites, quia dignitate præcellebant reliquos, magnâ etiam in conciliis actoritate essent, in hunc modum loquitur Tacitus noster: *De minoribus rebus Principes consultant, de majoribus omnes, ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud Principes pertractentur* (Conringius Grotium sequutus non male, opinor, emendat, *pratractentur*.) Quibus clarè satis indicat, de minoribus rebus consultandi potestatem, ac προβουλίας majorum penes Principes resedisse. Quæ prætractatio (ut ita loquar) quantum momenti in Rep. habeat, neminem rerum civilium cognitione vel leviter imbutum, latere potest. Optimè illud noverunt olim Franci, qui Hincmaro afferente, priusquam ad generale concilium res deferrentur, Regi atq; *electis consiliarsis, & proceribus* (sic nominabant) *quæ generaliter ad salutem & statum Regis & Regni pertinebant*, ventilanda comiserunt. Effecerunt autem hôc ipso, ut de rebus dein ad concilium devolutis, exquisitè illi deliberare, imo aliis consultantibus facem præferre possent. Etsi non credibile est, tantam eorum, atq; priscorum Principum fuisse potestatem, ut qui bis in mense convenerunt, prætereaq; negotia publicè discutienda ordine populo pro ratione dignitatis proposuerunt. *Coëunt*, inquit Cornelius, *nisi quid fortuitum, & subitum inciderit, certis diebus, cum aut inchoatur luna, aut impletur.* Paullo post: *Silentium per sacerdotes &c. imperatur. Mox Rex vel Princeps, prout ætas cuiq; prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur; autoritate suadendi magis, quam jubendi potestate.* Certè nemo paullo prudentior facilè ignoraverit, quantum apud populum, præsertim rudem valeat, habere potestatem significandi ea, quibus de in publico conventu venit deliberandum: annon itaq; suadendi illa auctoritas plurimum possit, quâ res post accuratas meditationes suavi orationis flumine efferuntur? Verùm hæc eorum rectiùs judiciis committi poterunt, qui sententiis vel ferendis, vel conquirendis, multos jam triverunt annos.

cap. XI.

in Disp. De Duc.

Epist. 9

XX. Ex his denuo manifestum est, Principes in conventibus

publicis plurimùm potuisse: cùm de majoris momenti rebus judicandi communicatam cum populo habuerint potestatem, immo inter se prius eas prætractaverin: De minoribus autem rebus absolutè ipsi statuerint, quod Oligarchici imperii signum esse omnes fatebuntur, & asserit loco sæpius citato Philosophus noster. Hinc jam colligimus, antiquam Germanorum Remp. quod ad primum caput Reip., Consultationes publicas, attinet, ex populari Aristocratico, & Oligarchico temperatam fuisse. Deliberationibus enim gravissimis nemo unus, quod populare est, prohibebatur: amandabantur autem eò promptissimi è vulgō, quod Aristocraticum ex parte; tandemq; Principibus solis (Ita ut reliqui Nobiles cum plebeis excluderentur) majores res in antecessum perpendere concedebatur, id quod Oligarchicum, & vel inprimis ex eô videtur esse capite, quòd de rebus minoribus soli (prohibitis scilicet Nobilibus cæteris & ingenuis) pronuntiarent, quæq; è re esse Reip. visa, liberè decernerent. Quo igitur fundamento subnixi vel Strabo omnibus Celtis, (intelligit sub illis Germanos quoq;) vel H. Grotius Batavis suis, statum purè Aristocraticum assignent, ipsi viderint: si res ita tulerit, in fine dissertationis hujus nostræ, errorem huncce paucis castigabimus.

lib. 4. Geograph.

XXI. Quid iis in civitatibus, quibus Reges præfuêre, obtinuerit, magis est obscurum, cum nihil ferè hac de re apud Antiquos reperire sit. Vero tamen non absimile est, Regum (quod aliàs Principum) tum fuisse, populo, quæ in consultationem veniebant, exponere; ut ita non parva eorundem in conciliis fuerit auctoritas, præsertim si animi sensa probè expromerent, & dicendi facultate aliquâ pollerent. Sanè apud Francos tale quid observare est, ut docet prutentissimus ille Hincmarus *Epist* 3. Quamvis tunc major longè extiterit potestas Regum, & in conciliis, & alibi: Nam *Proceres & Senatores Regni*, (verba sunt Hincmari) *autoritate Regiâ denominata & ordinata capitula, quæ vel ab ipso, per inspirationem Dei inventa, vel undiq, sibi nuntiata fuerant, ad conferendum, vel ad considerandum patefacta discutiebant*. Sed quicquid de hôc ipso sit, certè si quid conjecturis, quas modò adduximus, tribuendum, non potuit non eô casu, aliquid Regii in Rep. oboriri.

XXII. Jam ad secundum Reip. caput nos convertimus, Magistra-

gistratus veterum Germanorum contemplaturi. Nam pro diversitate Magistratuum, diversa etiam plerumq; est forma Reip. *Tota autem differentia*, inquit Aristoteles, *tribus partibus continetur, quibus inter se compositis necesse est omnes varietates existere. Harum autem trium partium una est, PER QVOS ipsi Magistratus creentur; Altera EX QVIBUS; Tertia QVOMODO. Atque hæ partes tribus differentiis & divisionibus sunt distincta: Aut enim cives omnes creant Magistratum, aut QVIDAM, & aut ex OMNIBUS, aut ex CERTIS QVIBUSDAM, ut aut censu, aut genere, aut virtute, aut alia quadam e simili, quemadmodum Megaris, ex fœderatis & sociis, idq; vel SUFFRAGIO vel SORTE*, &c. Sequentia enim intricata admodum & obscura sunt adeo, ut vix possint explicari, nisi cum Conringio lacunâ laborare locum hunc statuas. Conabimur tamen nos ea, quæ Amanuensium culpâ, minimè verò Aristotelis (qui ordinis alioqui & perspicuè docendi artis per fuit studiosus) contorta hic & perperam posita leguntur, clariori sensu efferrè, eò inprimis, quòd doctrina hæc ad cognitionem priscorum apud Germanos magistratuum consequendam, multum adminiculi nobis allatura sit. 1. 4. Polit. cap. 16.

XXIII. Initio præsupponimus, civilem societatem sive Remp. absq; magistratibus salvam esse non posse. Id si ita est, ut est profectò, indubiè sequitur, inter socios illos esse debere, *qui eligant, & ex quibus eligantur* magistratûs; sed *quo pacto* negotium hoc eligendi administretur, multùm refert, ut infra docebitur. Socii, qui eligunt, in triplici potissimum differentia sunt: Aut enim legunt *omnes*, aut *pauci*: aut *partim pauci, partim omnes*. Dicam magis dilucidè. Quarundam civitatum mos est, ut ad magistratum aliquem capessendum, nemini pateat aditus, nisi ante com muni totius populi sententiâ ad eum sit electus. In aliis contra obtinet, ut pauci vel divitiis, vel virtute præ reliquis eminentes demandent magistratus. In aliis deniq; civitatis magistratuum legendorum cura quodammodo divisa est, ut scilicet quosdam magistratûs pauci creent, quosdam verò omnes conferant. Qui verò eliguntur in magistratûs socii, eodem modo dispescuntur, namque vel omnes sine differentiâ possunt fieri magistratus; vel pauci tantùm: vel illi omnibus hi paucis magistratus committuntur. Similiter habent se magistratuum constituendorum modi. Designantur

quip-

quippe magistratûs vel per sola suffragia; vel per sortem tantùm; vel aliqui per suffragia, vel aliqui per sortem.

XXVI. Videamus nunc quomodo pro horum diversitate, diversas quoque formas induant Respublicæ. Videlicet quando omnes ex omnibus per sortem legunt magistratûs, pessima est Democratiæ species, in quâ vult populus omnia inter omnes esse æqualia. Etenim per sortem, personarum rationem habere nesciam, vilissimis quibusque terræ filiis, magistratûs etiam honoratissimi obtingere possunt. Quod ut per se improbandum est, ita Reip. etiam maximè damnosum, atq; in Germanis neutiquam auditum. Cùm verò omnes magistratum eligunt, quemvis ex multitudine per suffragia, equidem popularis oritur status, tolerabilior tamen superiore. Neq; enim adeo facilè unusquisque abjecti plepis ad magnum honoris fastigium evehetur, neq; frugi aliquis, & virtute præditus magistratu adipiscendo prohibebitur. Quid verò tum sentiendum, si magistratûs ab omnibus, & ex omnibus, partim verò per sortem, partim per suffragia constituatur? Certè popularis adhuc status appellandus erit, neq; longè à perniciosissimo illo, quem modò definivimus, abire censendus. Sed neutrum horum, priscos apud Germanos unquam fuit cernere.

XXV. Cùm autem omnes è paucis designant magistratûs, illa nominabitur Reip. species, quæ κατ᾽ ἐξοχὴν Politia dicitur Aristoteli, quia electio hæc ex iis, quæ Oligarchico & Democratico statui conveniunt, quodammodo constat. Illud interim notatu dignum erit; si præcipua virtutis in electione habeatur ratio, Aristocraticum aliquid suboriri, si vel genus, vel opes considerentur, Oligarchicum id magis esse, quale quid in priscâ Germanorum Rep. deprehendas, ut in progressu fiet manifestum.

XXVI. Sic igitur absolvimus ferè ea, quæ ad meliorem intelligentiam doctrinæ Aristoteleæ de magistratibus, antea satis impeditæ, aliquid conferre posse videbantur. Reliqua enim attexere, non est nostri instituti, cum scopum ad nostrum non ducant. Nunc pedem hinc moveamus licet, ad explicanda Germanicæ (propter hanc enim huc digressi sumus) veteris Reip. capita.

XXVII. Monuimus supra, fieri non posse, quin si eligant omnes etiam

etiam per delectos ex suis, ad Democratiam haut pessimæ notæ, quòd optimis hoc munus committatur, inclinet Respublica. Profectò si subductâ ratione agamus, vix est quin dicamus simile quid in Germanorum antiqua Rep. comparuisse. *Eliguntur*, ait Tacitus, *in iisdem conciliis & Principes, qui jura per pagos, vicosque reddunt.* Conciliis verò, ut modò ostensum, interfuere omnes ingenui, si non simul (quod fieri non poterat) certè legationibus, & per delectos, ut adeo facilè appareat, Constitutionem Magistratuum ratione eligentium fuisse quidem popularem, sed tamen ita comparatam, ut à lectissimorum quorumque, utpote in quos cura consultandi de Reip. negotiis devolvebatur, arbitrio suspenderetur. Magnô mehercle Reip. emolumento; namque Principes de voluntate populi imperium acceptabant, ideoque extra invidiam hactenus existebant, eô etiam insuper moderatè utebantur, quòd Populi benevolo arbitrio acceptum ferre tenerentur, utpote cujus in potestate fuerat, istum honorem aliis ex præcipuis concredere. Idemque ferè mos obtinuit tempore Francorum, ut latè testantur Annales Francici, cumque Gregorio Turonensi, Reginо Abbas. Præclara etiam extant verba Eginharti in vitâ Caroli: *Honor*, ait ille, Præfecti palatii *non aliis à populo dari consueverat, quàm iis qui & claritate generis, & opum amplitudine, cæteris eminebant.* Sed de hisce videatur *Disputatio de Ducibus* Præside Dn. Conringio habita, ubi haut protrita de Ducibus & Comitibus istius ævi habentur. c.14. l. b. de M. G. pr. ferè.

XXIIX. Sed electio centenorum ex plebe comitum, num generali itidem concilio, & sic per omnes facta fuerit, quæritur? Asserunt id nonnulli, inque iis Grotius *de Antiq. Reip. Batav.* Contra verò non desunt qui Principibus, & cujuslibet pagi judicio eam vendicent. Quibus nos ferè adstipulamur, tum quòd eorum judiciis, Paganorum quorumque ingenia, moresque magis patuerint, tum quod sequentium seculorum usus etiam tale quid præ se tulerit, ceu videre est ex monumentis Francorum cùm aliis, tum legibus Carolinis *lib. 3. cap. 56. Addit. 4. cap. 75.* Si quis tamen ab aliis stare velit, non magnopere refragabimur.

XXIX. Haud paullò aliter comparatum fuit cum iis, *ex quibus* Magistratûs, apud Priscos Germanos eligebantur. Nam omnes quando è *paucis* legunt, provenit aliquid Reip. Optimatum. Quæ ipsa pro conf. th. 25.

C diverso

diverso respectu aliter atque aliter se habet. Quòd si enim ut ante diximus, virtutis habeatur respectus, Aristocraticum: si opum & generis Oligarchicum quid in Rep. exsistit. Quod novissimum & priscæ Germanorum Reip. accidisse jam nunc venit demonstrandum. Certè majores quosque Magistratus, de communi omnium sententia publico in conventu fuisse lectos, haut ita pridem nisi fallor, satis superq; fuit ostensum. Ex quibus autem fuerint desumpti (quod nunc quidem in quæstionem quàm maximè venit) paulò est obscurius testimonia, quibus hoc ipsum liquidò possit probari. Conabimur tamen pro ingenii modulo ea nunc in medium afferre, quæ si non omni ex parte vera, certè vero sint simillima.

Th. 27.

XXX. Ut autem ordine atque distinctè omnia peragantur, sigillatim agemus de iis, qui belli, iisque qui pacis tempore summæ rerum præfuerunt. Atque ii quidem qui pacis tempore negocia pleraque Reip. procurârunt, videntur fuisse in duplici differentiâ: Aliis namque ipsa negotia directè fuere concredita, iique iterum vel universæ regioni prospiciebant, vel certo alicui loco. Alii hisce veluti à consiliis erant, ut disertè loquitur Tacitus: *Eliguntur in iisdem conciliis & Principes, qui jura per pagos vicosq; reddunt: centeni singulis ex plebe comites, consilium simul & auctoritas adsunt.* C. Julius Cæsar horum ne quidem meminit, *Tempore,* inquiens, *pacis nullus est communis Magistratus, sed Principes* (primores) *regionum atque pagorum jus dicunt, controversiasq; minuunt.* Certè utriusque testimonio liquidò evincitur, fuisse non contemnendam Principum auctoritatem, utpote in quos collata sit potestas juris dicundi, in controversiis civilibus, ut loquuntur JCti, adeoque etiam ea, sine quibus Jurisdictio administrari non potest, h. e. mixtum Imperium. An autem merum, quod vocatur, Imperium ipsis competierit, dubium est. Certè utut cognitionem criminalium causarum ipsis concesserim, adduci tamen hactenus non possum, ut credam, in eorum potestate fuisse capitali supplicio animadvertere in sontes, quòd disertè dicat Tacitus: *Licet apud concilium accusare quoque & discrimen capitis intendere &c. Sed & levioribus delictis, pro modo pœnarum, equorum pecorumq; numero convicti mulctantur. Pars mulctæ Regi vel civitati, pars ipsi, qui vindicatur, vel propinquis ejus exsolvitur.*

cap. 12. de M. G.

lib. 6. de B. G.

cap. 12. de M. G.

XXXI.

XXXI. Ut autem discrimen inter ipsos Principes juri dicundo vacantes eò rectius pateat, notandum, Germaniam veterem in pagos fuisse divisam. Ne quid tamen erres, scias vocem pagi ibi longè aliter sumi, quàm vel apud Ulpianum *l. 4. ff. de Censib.*, ubi dicitur *formula censuali esse cautum, ut ager sic in censum referatur, nomen fundi cujusque, & in quâ civitate, & in quo pago sit, & quos duos vicinos proximos habeat*, vel hodie, ubi notat vicum seu villam, muris portisque carentem, accipitur. Sed voce pagi veniunt hic nobis innumeræ villæ, juxta unum eundemque fluvium, rivumve positæ. Ne quid tamen temere à me dici credas, lubet asscribere verba Henrici Bebelii Justingensis (qui tempore Maximiliani I. vixit, atque plurima annotavit de laude, Antiquitate, Imperio, victoriis, rebusque gestis Germanorum, inserta Politicis Imperialibus M. Goldasti) *Pagus*, inquit, *videtur à nobis dici vulgò* Bach/ *i. e. rivus, vel villa multæ juxta rivos positæ.* Πηγὴ enim Latinè *fons dicitur: &* (*ut dicit Servius II. Georg.*) *Pagi* ἀπὸ τῶν πηγῶν *id est à fontibus dicuntur, circa quos villæ consueverunt condi. Unde non est credendum, quod centum tantùm fuerint pagi Suevorum, i. e. villæ, qui* (*ut Cæsar & multi alii testes sunt*) *quotannis centena millia hominum in bellum mittebant: Sed* PAGUM *intelligo* TRACTUM ALICUJUS TOTIUS FONTIS ET FLUVII, EX QUO ILLI PAGANI COMMUNITER *bibebant, mille homines educebantur.* Pagi itaque, prout fluvii vel rivi latè patuerunt, sæpe etiam vicos plurimos complexi sunt. Hinc Tacitus *Germani*, ait, *colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Vicus locant non in nostrum morem, connexis & cohærentibus ædificiis: suam quisque domum spatio circumdat.* Principesque, qui pagis præerant, per ingentem terræ tractum jus dicebant; Eorum verò, qui vicorum curam gerebant, non adeo longe imperium porrigebatur. Quod & ipsum observatum est Althamero, Stumphio, Tschudo, Guilimanno in *antiquit. Helvet.* aliisque eruditis.

In spicileg.

XXXII. Neque alia ratio dividendi Germaniam, obtinuit tempore Francorum, qui enim Gauvvæ vve Gouvvæ dicuntur, nihil aliud sunt, quàm qui Tacito dicuntur, pagi. Unde etiam in legibus Carolinis, Præfectus vocatur *Comes Pagi*, & ejusdem pagi homines *pagenses*. Hujus quoque rei vestigia cernere est in antiquis rerum gestarum, contractuum, & negotiorum instrumentis, æquè ac in Francorum

l. 3. c. 73. l. 4. c. 9.

corum Historiis. Quoties enim loci alicujus situs exprimendus erat, adjiciebatur, quo in pago, & ad quem fluvium positus esset, & pagus ipse quo in Comitatu, ut doctè observavit Marq. Freherus *in Originib. Palat. p. 1. c. 5.* ubi & Germaniæ pagorum, qui sub Pipino, Caroloque M. & Ludovico Regibus noti fuerunt, Indicem quendam, ac veluti Notitiam adscribit. Vir profectò ad illustrandam Germaniam natus. Neque nihil reperies ibidem, *cap. 6. cap. 7. Et part. 2. cap. 10, 11, 13, 15.* hâc de re. Sed hæc hactenus.

XXXIII. Atque ita aliquo modo vobis ob oculos posuimus, conditionem Magistratuum priscorum Germanicorum; nunc propiùs ad rem accessuri dicemus, cui generi hominum dignitas hæc fuerit collata. Alii enim Nobiles, seu Adelingi, alii Liberi, alii Liti(qui etiam Litones, vid. Reinecc. ad *Chron. Abbat. Stad.*) seu Liberti, vel Frilassii, conf. *l. Bajoaric. c. 6. Tit. 1.* alii Servi. Quod discrimen in Saxonum gente diu mansit, usque ad tempora Caroli M. Hinc etiam est quod Witekindus Monachus dicat: *Saxonica gens usque hodie* TRIFORMI GENERE *ac lege præter conditionem* SERVILEM *dividitur:* In Frisiis etiam legibus erat cautum, ne discrimen hoc ullo modo perrumperetur, si fides habenda Adamo Bremensi: *Generis*, ait ille, *ac nobilitatis suæ providissimam curam habentes, nec facilè ullis aliarum gentium, vel sibi inferiorum connubiis infecti, propriam ac sinceram, tantumque sibi similem gentem facere conati sunt &c. Quatuor igitur differentiis gens illa consistit, Nobilium sc. & Liberorum, Libertorumque atque Servorum. Et id legibus firmatum, ut nulla pars in copulandis conjugiis, propriæ sortis terminos transferat, sed Nobilis Nobilem ducat uxorem, & liber liberam, libertus conjungatur libertæ, & servus ancillæ. Si verò quispiam horum sibi non congruentem ac genere præstantiorem duxerit uxorem, cum vitæ suæ damno componat.* Inter ipsos Nobiles seu Adelingos haud leve erat discrimen; alii namque generis claritate præ reliquis erant conspicui; hinc etiam factum est, ut illi hosce sectarentur. Ut adeo haud ita proclive sit definire, alterutrumne in ordinem priorum (liberti enim & servilis conditionis homines nullo fuere loco, ut mox dicetur) an verò utrumque promiscuè honor ille Magistratûs fuerit collatus.

p. 99. 100.

lib. 1.

lib. 1. Histor. Eccl. c. 5.

XXXIV. Ego sanè, si dicendum quod res est, existimo, nullos summis in Republ. honoribus mactatos, nisi qui præclarissimo gene-

essent nati, aut quorum Majores bene de Rep. meriti. Præterquam enim quòd *Reges* (ut mox exemplis fiet manifestum) *ex nobilitate* Tacito memorentur *sumti*, qui cum Principibus multa habuere communia, (confer electionem Itali *l. XI. Annal.*) disertè asseritur, etiam Adolescentulos, clarissimis ac benè meritis Genitoribus satos, ad honores illos fuisse evectos, ut maturè Reipubl. negotiis assvescerent, ac rudimenta Imperii ab iis, qui longo rerum usu inclaruerant, haurirent: Atque hanc ipsam ob causam Juniores quoque non rarò inter Comites visi. Quid enim aliud sibi velint verba hæc? *Insignis Nobilitas aut magna Patrum merita Principis dignationem etiam Adolescentulis assignant. Cæteris robustioribus, ac jam pridem probatis aggregantur. Nec rubor inter Comites aspici.* Apparet itaque vel ex hisce solos Nobiles, præcipuis in Rep. honoribus fuisse functos, ita etiam ut interdum dignitates illæ in Adolescentulos transfunderentur, si Genitores vel genere, vel meritis ante alios essent. Unde manifestum est, Remp. Germanicam veterem, respectu eorum, ex quibus Magistratûs legebantur, fuisse hactenus Oligarchicam partim, partim Aristocraticam, quòd inter Nobiles & patrum meritis conspicuos promptissimi quique, in Magistratuum ordinem summum adsciscerentur. Et verò institutum hoc conferendi summas dignitates Nobilibus seu Adelingis, pervenit etiam ad Francos, ut ævi illius scriptores luculentissimè docent; Adduximus th. 27. exemplum; possentque si charta & institutum permitterent, innumera ejus generis afferri. Sed cùm res clara sit, transscribemus tantùm hoc illustre illud, desumptum ex Ekardo Juniore, secuti fidem Christoph. Lehmanni, viri prudentissimi, ac Germanicarum rerum peritissimi, qui testatur, *Sueviæ Principum assensu statutum esse*, verba sunt Ekardi; *Alemannis Ducem primum Burchardum, gentis illius Nobilissimum, ac virtutum dote probatissimum.* Immò & ipsi illi Franci liberorum rationem in demandandis functionibus istis habuerunt, ut testatur Hincmarus, in *Epistolâ* sua prudentissima III. Hinc dubia videtur esse fides B. Rhenani, qui lib. II. *Rer. Germ. Agilofingorum familiam hoc habuisse privilegium asserit, a priscis Francorum Regibus, ut si quis idus regno, prudensque ex eâdem progenitus compertus fuisset, non aliunde unquam asciceretur in Ducem.* Certè Annales Fuldenses ad annum 884 Carolo & Crasso Arboni alicui, hanc mutationem multi sanguinis profusi causam extitisse testantur.

Cap. VII. de M. G.

cap. XIII.

l. II. Chr. Spir. cap. XVI.

XXXV. Neque tamen nihil hîc cernere fuit populare; utpote cum ex plebe centum, Princîpum lateri jungerentur, qui consiliis & autoritate suâ ipsis præstò essent. *Centeni* ait Tacitus *singulis* (Principibus) *ex* PLEBE *comites, consilium simul & autoritas adsunt.* Erant autem Assessores hi Ingenui & Liberi, ut patet ex Taciti hisce: *Liberti non multum supra servos sunt, rarò aliquod momentum, in domo, nunquam in civitate. Exceptis duntaxat iis gentibus, quæ regnantur. Ibi enim & super ingenuos & super nobiles ascendunt. Apud cæteros impares libertini libertatis argumentum sunt.* Quod & ipsum in Francos transmissum: Nam *Regiones ipsæ per* CENTENAS, verba sunt B. Rhenani, *distinctæ erant, unde* CENTENARII *nomen. Is Magistratui centenæ præsidebat, comiti subjectus. Prope Heidelbergam* (quo de vid. Marq. Freher. *in Orig. Palat.*) *adhuc apparet centenæ vestigium in aliquot pagis & mansit vocabulum. Nam Franci in gubernandâ plebe Romanorum* (imò origo vernacula est) *consuetudinem in Gallis repertam, etiam ad alios populos unà cum ipsis vocabulis transtulerunt.* Sanè in legibus Alemannorum, Francorum, & aliorum sæpe fit mentio centenæ (Zentgericht) & centenariorum, seu centenæ Judicium der Zentgraffen. Mixtura autem hæc perquam salutaris accidit Reip. Germanicæ antiquæ, cùm ita omnes æmulationes, & scævæ suspiciones, quæ in Judiciis intercurrere solent, declinarentur. Quod si prima Roma hunc modum judicandi observâsset, nunquam contentiones Quirites inter plebemque capitales, de quibus agit Dionysius Halicarnass. in *Antiq. Rom.* tantopere exarsissent.

l. de M.G. c. XXV.

l. 2. Rer. Germ.

XXXVI. Ut profani præcipui, ita & sacri magistratûs, cuique ut erat Nobilissimus, collati esse videntur: proindeque sacerdotes quoque è primariis familiis traxisse originem existimandi sunt. Quanquam enim hujus rei luculenta testimonia vix extent, veruntamen à tot retro seculis tùm sacerdotale munus, & in Germanicâ, & in aliis terris, viris præcipuis atque primoribus concreditum fuisse, antiqua monumenta probant. Ita Tacitus *in Annalibus* meminit alicujus Segimundi (Strabo Σεμιγοῦντοι vocat) *qui annô quo Germania descivere, Sacerdos apud aram Ubiorum creatus ruperit vittas, profugus ad rebelles.* Fuit autem Segimundus iste clarô sangvine ortus, teste præter alios Strabone: *Germanicus* inquit, *Junior in triumpho illustrissimos* (ἐπιφανεστάτους) *viros ac fœminas duxit.* De quibus *Semiguntus Segestis filius, Cheruscorum*

lib. 1.

lib. 7.

Dux,

Dux, (h. e. nobili ſtirpe progenitus) *ſororq; ejus uxor Arminii, nomine Thunelda.* Patrem habuit Segeſtem, qui Romanis contra Arminium generum adhæſit, ac eo ipſo, ut *flagitioſæ ſervitutis Dux* ab Arminio nominaretur, promeruit. Inſuper Libys Chattorum ſacerdos, nobiliſſimis Viris annumerari videtur, & illuſtri genere ſatus procul dubio fuit. Sic enim, poſtquam alios magni nominis viros recenſuiſſet, pergit Strabo: *Ductus eſt in pompâ etiam Lybis Chattorum ſacerdos; aliiq; multi mortales ex devaſtatis populis, Cathilis, Ampſanis, Bucteris, Nuſipis, Cheruſcis, Chattis, Chattuariis, Landis, Subbattiis.* Neque verò audiendus eſt J. Lipſius, qui *putat originem ei loco* (aræ Ubiorum) *à veneratione Auguſti, cui novo cœlitiaria illic extructa; & ad eam ſacerdotes ex primoribus gentis. Inter quos hic Segimundus, fuiſſe conſtitutos.* Nam ſi quis illorum temporum memoriam diligenter repetat, ei non poterit non manifeſtum fieri, ſummâ iſthâc ſacerdotali dignitate, non ſolùm in Ubiis, ſed in quibuscumque populis, nobiliſſimos quosque fuiſſe adfectos. l.c. In not. ad d. l. Taciti.

XXXVII. Præterea vel ex hoc liquet, quòd ſacerdotes auctoritate & poteſtate reliquos omnes poſt ſe reliquerunt Principes. *In conciliis* ait Tacitus, *ſilentium per ſacerdotes, quibus tum & coercendi jus eſt, imperatur: Mox Rex vel Princeps &c. autoritate ſuadendi magis quàm jubendi audiuntur. In bello neque animadvertere, neque vincire, neque verberare quidem niſi ſacerdotibus permiſſum: non quaſi in pœnam, nec Ducis juſſu, ſed velut* DEO *imperante.* Atque hinc bene colligas, majorum (ut ſacrorum) magiſtratuum, vix participes fuiſſe plebejos, ut qui minoribus etiam, quales fuerunt principum dignitates, unà cum fæce nobilium, fuerunt excluſi. cap. XI. de M.G.

XXXVIII. Quæritur autem, an in conſtituendis Magiſtratibus bellicis etiam Nobilitas generis fuerit ſpectata, ut in aliis præcipuis, de quibus actum hactenus. Meritò namque dubium videatur alicui, quòd *Duces ex virtute, Reges tamen ex nobilitate ſumti* dicantur Tacito: Et verò ex his verbis non pauci & clari nominis viri, elicere ac probare nituntur, quoslibet etiam ingenuos ad Ducum honorem pervenire potuiſſe, modo artibus & virtutibus, Imperatori aut bellico Duci neceſſariis, claruerit. Nos verò minimè hanc ſententiam amplectimur, tanquam inſtitutis veterum Germanorum, & ſcriptorum ævi d. l.

ejus

ejus auctoritati aliquo modo contradicentem. Sanè cùm Claudius Civilis Batavus res novas moliretur; ac popularibus, bellum ut Romanis inferrent, persuaderet, non plebejo cuipiam, non ingenuo, sed genere illustri cuidam Ducis munus fuit delatum. Testis auctor noster toties laudatus : *Erat in Caninefatibus stolidæ audaciæ Brinio, claritate* NATALIUM *insignis. Pater ejus multa hostilia ausus, Cajanarum expeditionum ludibrium impune spreverat. Igitur ipso rebellis familiæ nomine placuit, impositusq; scuto, more gentis & sustinentium humeris vibratus Dux eligitur.* Immo verò plusquam manifestum est, si sequentia ejusdem Taciti verba consideremus. *Diu* Batavi *Germanicis bellis exerciti, mox aucta per Britanniam gloriâ, transmissis illic cohortibus, quas* VETERI INSTITUTO NOBILISSIMI POPULARIUM *regebant &c.* Adsunt præter hæc in aliis Germaniæ populis, plurima exempla Ducum, ob natalium claritatem electorum. v. g. Inguiomeri (qui Straboni forsan nomine *αἰγμήρου* intelligitur) Arminii Cheruscorum, Verομeri Catti, Deudorigis, & Bætoritis Sicambrorum, qui sparsim Straboni & Tacito memorantur.

Tacit. lib. IV. Hist.

L. 4. Hist.

XXXIX. Interim solis illustrissimâ aliquâ familia oriundis, summam hanc militarem dignitatem competiisse, neutiquam, asserimus : statuentes potius, cæteros nobilium quoque, ut vel animi corporisque donis insignes, vel populo grati fuerunt, non raró hoc munus gessisse. Neque enim in honoribus bellicis alicui decernendis, tam generis & familiæ, quàm virtutum, quæ in Duce (qualem Germani volebant, sc. *qui exemplo potius quàm imperio praessent, qui prompti, qui conspicui, qui ante aciem agerent*) requiruntur, olim habebatur ratio, ita tamen, ut populus eos haud quaquam participaret. Atque hôc sensu non intelliguntur hæc, quæ ante dubia videbantur Taciti : *Reges ex nobilitate: Duces ex virtute sumunt.* Quæ certè sententia, si fidem meretur, ut omnino meretur, denuo Oligarchichum nonnihil veteri Germanorum Reip. circa electionem magistratuum tribuit : licet hæc electio non tam angustis finibus sit circumscripta, atque prior illa modò à nobis recensita.

XL. Circa Reges Ducesque perpetuos (quales haud raró, cùm continua essent bella, in populo Germano existebant) alia planè fuit ratio : Hi enim ex solis Nobilissimis desumebantur; Et hoc sibi vult Taci-

Tacitus, quando *Reges ex Nobilitate sumptos* asserit. Extat ejus rei multò luculentissimum exemplum, apud C. nostrum Cornelium in Italo Flavii filio. *Eodem anno* inquit Tacitus *Cheruscorum gens regem Româ petivit, amissis per interna bella nobilibus, & uno reliquo* STIRPIS REGIÆ h. e. nobilissimæ, *qui apud Urbem* (Romam) *habebatur nomine Italus; Paternum huic genus è Flavio fratre Arminii. Mater ex Cattumero Principe Cattorum erat.* Postea verò studiis scindebantur Cherusci, parsq; Italo haut ita bene cupiens ad conterminos populos discessit, magnasque copias coegit. *Nec pauciores,* pergit idem, *Italum sequebantur. Non enim irrupisse ad invitos, sed accitum memorabant. Quando* NOBILITATE CÆTEROS ANTEIRET, *virtutem experirentur, an dignam se patruo Arminio, avo Catumero praeberet. Ita Marcomannis Quadisque usque ad suam memoriam narrat Reges mansisse ex gente ipsorum, nobile Maraboduі & Tudri genus.* Et tales quidem claritate generis efflorescentes apud Saxones & Longobardos teste Paullo Diacono, fuêre *Adelingi,* apud Gothos *Anses* (quæ vox & hodie in usu est) donec inter Longobardos *Gungingi,* inter Gothorum Anses *Amali & Balthi:* inter Saxonicos Adelingos *Angarici,* quibus Witikindus Magnus ortum suum debet, prævaluêre. Omitto Merovingorum clarissimam familiam *è quâ diu Reges acceperunt Franci,*

l. XI. Annal.

c. XLII. l. de M. G.

l. I. c. XVI.

Eginhart. in vit. Car. pr.

XLI. Quæ cum ita sint, nemini poterit esse obscurum, quòd prisca Germanicorum Magistratuum electio, respectu eorum, qui eligebantur, maximam partem fuerit Oligarchica, cum Nobilissimi quiq; in Reges, sacerdotes, atque Principes adsciscerentur: reliqui verò Nobiles unà cum plebe, omnibus illis majoribus dignitatibus prohiberentur in solidum. Deprehendere tamen etiam fuit nonnihil Aristocratici, quod bellici summi Magistratûs demandarentur non Nobilissimis, sed ex Nobilium ordine illis, qui maximè idonei viderentur: quamvis hoc ipsum ad Oligarchiam iterum declinaverit, utpote cum plebeji vel hisce etiam arcerentur. Denique neque nihil se obtulit ejus, quod populare vocamus, quòd summis Magistratibus ferè semper ex populo adjungerentur, qui in medium simul consulerent, Principumque scita auctoritate sua corroborarent, ita tamen, ut ceu supra monitum, præcipuæ partes in quibuslibet negotiis fuerint Principum, eorumque qui summo erant loco. In nonnullis verò populis, v. g.

D Sudo-

Sudonibus, Gothonibus maxima fuit auctoritas Regum quod, ut minus Germanicum, notante ipso Tacito, lubentes nunc prætermittimus.

cap. XLIII. & XLIV.

XLII. Quicquid verò sit hujus rei, illud omnino in populo rudi, ac veræ virtutis ignaro mireris, quod omnia illa Oligarchica hactenus deprehensa, eo modo temperata fuerint, ut æmulationes undecunque non modò cessaverint, sed etiam Principes extra omnem invidiam fuerint tum reliquorum Nobilium tum etiam Plebejorum; Quippe Nobiles comitari Principes, eorumque latus stipare gloriosum sibi ducebant, ideoque & belli & pacis tempore cingebant ipsos. Id namque hæc Taciti innuere videntur verba: *Nec rubor inter Comites aspici. Gradus quin etiam & ipse Comitatus habet, judicio ejus quem sectantur. Magnaq; & Comitum æmulatio, quibus primus apud Principem suum locus: & Principum, cui plurimi & acerrimi Comites. Hæc dignitas, hæ vires, magnô semper electorum Juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello præsidium.* Cum autem tanta intercederet inter Principes, & Comites familiaritas, non solùm consiliorum fuisse conscii sunt censendi, sed etiam sæpè, uti fieri amat, arbitrium atque sententiam suam interposuerunt. Quod uti magnum rebus Principum stabilimentum præbuit, ita quoque ipsum eorum regimen, ab invidiâ quodammodo liberavit, cùm non planè Nobilium reliqui à rebus gerendis arcerentur. Ad eundem modum & populo fuit aliquis, ut sæpe monui, locus datus in Rep. scilicet, ut centeni singulorum Principum consiliis interessent, & Reip. negotia simul obirent. Ita *lib. IV. Historiar.* leguntur agros simul patiti. Quamvis enim non adeò insignis eorum fuerit auctoritas, adeoque à C. J. Cæsare prætermittantur, cum *Principes pagorum & regionum inter suos jus dixisse, & controversias minuisse* dicat: Aliquo tamen æquè reliqui Nobiles in honore fuêre, ita ut Principes invidiæ non exponerentur. Quod ipsum & svadet Magnus noster Doctor, *lib. IV. Polit. cap. XIII.* & suâ in Rep. præclarè observant Veneti, ut docent Janottus & Contarenus. Scilicet ut habeant sibi æquiores Medios homines, mactant subinde minutis honoribus, utpote quibus ad summas dignitates præclusus est omnis aditus.

cap. XIII. I. de M. G.

apud Tacit.

XLIII. Priusquam ex hoc loco abeamus, duo ad hæc monenda duximus, I. Quemadmodum ipsa Magistratûs in Rep. munia, ita

&

& appellationes eorundem variis mutâsse modis, & Francorum ævo & nostrô etiam. Notatum id insigniter à Conringio nostro *Disput. de Ducib. & Comitib. Imp. Germ.* & ipsæ Francorum historiæ cum Taciti & Cæsaris commentariis collatæ, satis clarè id nos docent. II. Illos quos Duces appellat Tacitus, haud rarò in monumentis, tum veteribus, tum recentiorum auctorum scriptis, Reges nuncupari. Quique illis orti, dicuntur Regiâ stirpe orti. Ita Tacitus *lib. XI. Annal.* Italum appellat modò *Principem*, modò *Regem*: sic eundem dicit *Regiâ stirpe ortum*, æquè ut Civilem & Julium *lib. IV. Historiar.* cum tamen Flavius Arminii Frater inter primores duntaxat fuerit, & vix aliquando Dux. Eodem modo meminit Cariovaldæ Batavorum Ducis; Ammianus verò Marcellinus vocat Reges his verbis: *Quô cognito opitulatum conturmalibus suis,* (Cornutis & Graccatis in Juliano exercitu) *celeri cursu Batavi venere cum* REGIBUS *formidabilis manus extremæ necessitatis articulo circumventos, si juvisset fors, ereptura, torvumque canentibus classicis adultis viribus certabatur.* Ut præteream alia innumera ferè apud Auctores exempla. Et hæc certè appellationum varietas in spissos errores impulit viros ceteroquin eruditissimos, è quorum numero est etiam celeberrimus olim Juliæ Academiæ Professor Reinerus Reineccius, qui *libro de Saxonum origine* in hunc modum loquitur, *Vendico igitur Imperatoribus istis* (Ducibus belli, quales à Saxonibus *bello imminente universali creabantur*, Witekindo teste) *nti potestatem ta & nomen Regium. Estque hinc quòd Cosmodromion, non modo Witegindum M.* (ita eum cognominant Witekindus & Albertus Abbas Stadensis) *verùm etiam Edelhardum Reges nuncupat.* Eadem quoque affert *r. de Angrivariis & Angariis.* Quàm infirmo autem tubicine nitatur argumentum hoc, ex modò dictis patet. Nihilo tamen minus modò adducta Ammiani verba ita torsêre H. Grotium, summum virum, ut in notis ad cap. 4. de Antiq. Rei Batav. in hæc verba erumpat: *Nec dum locus ille satis excussus est. Mihi profectò hæret aqua.*

Th. 1, 2. seqq.

lib. 2. Annal.

lib. XVI.

lib. 1.

XLIV. Modus denique eligendi Magistratûs, vix videtur attingendus esse pluribus: cum satis vel ex supradictis constet, suffragiis Germanos olim in consultationibus usos, perque ea de negotiis gravissimis pronuntiâsse. Est autem hoc Aristocratiæ ex parte indicium, quod non temere scil. per sortem, verùm habito quôdam quasi

delectu personarum quæsiti sint illi, qui officiis in Rep. necessariis, & muneribus præesse quàm rectissimè possent.

XLV. Hæc igitur, quæ longo ordine hactenus à nobis in medium sunt allata, neminem non certiorem reddunt, magistratuum respectu antiquum Germanicæ Reip. statum ex multis Oligarchicis, neque verò Aristocraticis paucis, & popularibus fuisse mixtum; Et quidem pulchrâ quâdam convenientia adeo temperatum, multis ut aliis populis etiam cultioribus hâc in parte præferendus sit. Nam ratione eorum, qui magistratûs eligunt, popularis fuit: Eorum verò qui eliguntur, potissimum Oligarchicus, cum scil. paucissimis ad summos honores aditus pateret; neque minus tamen Aristocraticum aliquid & populare fovit; quoniam videlicet ex nobilissimis per suffragia (proindeque optimi) Principes: ex toto nobilium ordine, Duces bellici & comites, ex omnibus denique ingenuis civibus (liberti enim penitus exclusi) Assessores Principum & consiliarii quodammodo, optarentur.

XLVI. Restat itaque nunc nihil, nisi ut tertium, idque ultimum Disquisitionis nostræ caput aggrediamur: deq; Judiciis veteris Reip. Germanicæ incipiamus agere. In quô explicando breviores nobis esse licebit, quòd Magistratûs atque Judicis munia in Rep. antiqua Germanica, non ut apud Athenienses, quorum institutis utplurimum doctrinam suam illustrare solet Aristoteles noster, atque Romanos fuerint distincta, sed in uno eodemque subjecto concurrerint. Ut adeo quæ hactenus de Magistratibus dicta sunt, huc merito jure trahi possint. Interim tamen cum magni Magistri doctrinam hac in parte mutilam deprehendere nobis videamur, perspicuè ac nudè eandem proponemus, & si quæ visa fuerint digna, quæ adjiciantur ad illustrandas res nostras Germanicas, breviter & sine fuco attexemus.

XLVII. Scilicet magnum est judiciorum momentum in Rep. adeo quidem, ut pro diversitate eorundem diversitatem quoque sortiatur ipsa Resp. seu ordo civitatis. Id verò minus exploratum esse videtur, quomodo Resp. respectu judiciorum differant, quo de nobis nunc quidem sermo est. Summus Aristoteles quidem de Judiciis ita sentit: *Est Judiciorum dissimilitudo in tribus partibus collocata: Ex quibus hominibus, de quibus caussis, quomodo. Ex quibus, v. g. an ex omnibus civibus*

lib. IV. Polit. cap. ult.

vibus, an ex quibusdam. De quibus verò; quæ sint Judiciorum genera. Quomodo autem; sortenè an electione. An verò hæc rem planè conficiant, sanè est cur ambigam: Dicam liberè quid mihi hâc de re in mentem venerit. Tria nimirum in quôvis Judiciô præ cæteris consideranda arbitror. I. Personas quæ litibus decidendis, & causis definiendis præsunt. II. Res quæ sub Judicia cadunt, & III. tandem Modum agendi in Judiciis. Uti enim priora duo in Rep. haud parum posse lubens concesserim, ita novissimum haudquaquam postremo loco habuerim, cùm ut vel bene, vel malè sese habet, plurimum etiam commodi atque incommodi Reip. inferre aptum natum sit.

XLVIII. Tria rursus ut in Magistratuum consideratione, *circa personas* hîc observanda veniunt. I. A quibus (ab Aristotele id negligitur hîc malè, licèt alii contra sentiant) II. Ex quibus III. Quomodo creentur Judices. Verùm de his copiosiùs dicere, cum supra ubi de Magistratibus egimus, satis superque sint enodata, nil nisi crambem semel coctam recoquere fuerit. In res autem ipsas, quæ veniunt sub Judicium inquirere magis fuerit operæ pretium. Neque verò hæ commodius explicari possunt, quàm si, ut jam supra à nobis factum est, dividantur in Res majoris, quibus si non immediatè, certè mediatè propter seditiones Reip. status affligitur: & minoris momenti, quæ non adeo concutiunt Remp. Hæ enim Res, ut in arbitrio vel omnium vel paucorum, eorumque vel sorte, vel suffragiis lectorum sunt positæ: ita quoque aliter subinde atque aliter se habet Reip. status, ceu egregiè demonstrat maximus Philosophorum d. l.

XLIX. Missis verò hisce, antiquam nostram Germaniam repetimus, & quomodo ejus Judicia olim, ratione rerum disceptandarum (de Personis namque plus satis diximus) fuerint comparata, perscrutamur. Scilicet multùm interest Reip. an Res majoris momenti disceptentur ab omnibus civibus, an verò à paucis, iisque vel genere vel censu vel virtute pollentibus. Sanè quòd veterem concernit Remp. Germanicam, Res maximi momenti disceptatæ fuere ab omnibus in concilio; inprimis verò causæ criminales, quæ vocantur; ut supra monitum, præsertim si fuère atrociores. Quamvis & leviores ibi sæpe minutas fuisse existimemus, si damnum aliquod Reip. portendere viderentur; quales eorum, qui summo in Rep. loco,

cap. XI. lib. de M. G.

omnino habendæ sunt. Hoc enim sibi velle videntur Taciti hæc: *Licet apud concilium accusare quoque & discrimen capitis intendere. Distinctio pœnarum ex delicto. Proditores ac Transfugas arboribus suspendunt. Ignavos & imbelles & corpore* (Lipsius torpore legit) *infames cœno ac palude, injecto insuper crate mergunt.* Mox: *Sed & levioribus delictis, pro modo pœnarum, equorum pecorumq; numero convicti mulctantur, pars mulctæ Regi vel civitati, pars ipsi qui vindicatur, vel propinquis ejus exsolvitur.* Ut adeo hactenus Resp. fuerit popularis. Quod si quis tamen prius eas domi à Principibus & Assessoribus cognitas esse asseveraverit, non magnopere refragabor. Causæ autem civiles quæ dicuntur, videntur excussæ seorsim à Principibus & Assessoribus, ut hactenus Oligarchica & ex parte popularis iterum possit censeri Resp.

L. Reliquum est, ut de modo agendi in Judiciis caussasque disceptandi, prout th. XLVII. recepimus, pauca à nobis addantur: quia & hic in civili societate videtur magni momenti. Cùm enim Judicia absque certo ordine, vel institui neutiquam possint, vel etiam prorsus nullum habeant effectum, non oportet non certum in Rep. eorum ordinem, & quidem ad finem Reip. accommodatum constitui. Sic vel inprimis in omni Rep. dissidia potentiorum evitanda, aut si invaluerint, omni studio componenda sunt. Nam hæc ipsa, si flagrent diutius, sunt causæ si non interitûs, certè quassationis rerump. Reip. liberæ vel libertatis studiosæ, permagni quoque interest, ut quævis lites summopere caveantur, obortæ vero quàm fieri poterit, placidè sopiantur. Oligarchicorum est, odia inter se ipsos & contentiones diligenter fugere, nisi opprimi à plebejis, & pessundari malint. In cæteris verò vitiosis & aberrantibus Rebuspubl. non inconsultum fuerit magistratui, fovere lites inter subditos, quò dum se invicem illis divexant, eo leviori opera refrœnari & in officio contineri queant. Verùm hanc pertexere telam, nobis nunc non est propositum: præcipuè cum ex amicis non nemo provinciam istam in se haut ita pridem susceperit, quæque ad processum non solum Romanum, sed etiam Germanicum tam veterem quàm hodie usitatum pertinent, præclarô scripto congesta, publicæ luci sit commissurus. Illud potius mei esse instituti videtur, explicare vobis, & ob oculos ponere, majorum nostrorum lites, si non omni ex parte reprehensione indignas,

(nam

nam quæ litibus laus competeret?) attamen reip. minimè noxias. Etenim initio in gente Germanorum, alioquin efferâ & indomitâ, paucissimas notabis privatas contentiones, cùm mores populi ab omni libidine, dolo, & illicitis rei parandæ artibus omnino abhorrerent. Ad hæc causæ litium & incitamenta, non tantum non arridebant ipsis, sed etiam insuper contemnebantur. Audiantur insignia Taciti elogia: *Severa illic matrimonia; Nec ullam morum partem magis laudaveris. Paucissima in tam numerosa gente adulteria; si quæ autem admissa, pœna præsens & maritis permissa &c. Heredes successoresq; sui cuique liberi: & nullum testamentum. Si liberi non sunt, proximus gradus in possessione, Fratres, patrui, avunculi: Fœnus agitare, & in usuras extendere, ignotum &c. Agri pro numero, ab universis per vices occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur: facilitatem partiendi camporum spatia præbent. Arva per annos mutant, & superest ager &c.* Opibus quæ hodie ab omnibus ferè expetuntur, nullus apud eos honos: *numero pecorum gaudent, eaque solæ & gratissimæ opes.* Aurum & argentum, exceptis Romanorum finitimis, nihili æstimârunt, sive, ut loquitur Tacitus, *eorum possessione, & usu haud perinde afficiuntur. Est videre apud illos argentea vasa, legatis & Principibus eorum muneri data, non in aliâ vilitate, quàm quæ humo finguntur.* Hinc adeo constat, quòd Germani, ceu contemptores opum ac divitiarum, à rixis etiam & litibus, quæ inde utplurimum hodie enascuntur, maximè fuerint alieni.

cap. XVIII. M. G.
c. XIX.
c. XX.
c. XXVI.
c. V.
ibid.

LI. Inter potandum equidem non adeò verecundos se præstiterunt, sæpissimè potiùs inter se contenderunt. Verùm hæc dissidia non pennis, sed pugnis, non verbis, sed verberibus plerumque & agitata & terminata fuêre; tantum abfuit, ut alter alterum in jus vocaret. *Crebræ,* inquit auctor noster, *ut inter vinolentos rixa, sæpius cæde & vulneribus transiguntur.* Ast si in socios quis deliquisset aliquid, pro gravitate admissi facinoris dictabatur pœna. *Sed &,* noster ait, *levioribus delictis pro modo pœnarum, equorum, pecorumque numero convicti mulctantur.* Si vero graviora essent facinora & planè enormia, in posteros etiam & cognatos derivabantur; sed non diu durabant. *Suscipere tam inimicitias seu patris seu propinqui, quàm amicitias necesse est. Nec implacabiles durant. Luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque satisfactionem universa domus; utiliter in publi-*

c. XXII. de M. G.
c. XII.
c. XXI.

blicum. Quia PERICULOSIORES SUNT INIMICITIÆ JUXTA LIBERTATEM. Præclarè noster sentit, & offert se statim ratio. Nam si factiones inter se exercent, & odiis privatis laborant socii alicujus civitatis, dum suis quisque rebus studet, non possunt non vel vicinorum externorum, vel aliorum potentiorum præda fieri instar Ranæ & muris apud fabulatorem Phrygium, quorum mediator vultur erat. In promtu sunt innumera hujus rei exempla, quorum unum atque alterum afferre hâc vice nobis suffecerit. Illustre apud Justinum extat libro VIII. *Græciæ civitates dum imperare singulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt, &c. Siquidem Philippus Rex Macedoniæ, velut è speculâ quadam, libertati omnium insidiatus, dum contentiones civitatum alit, auxilium inferioribus ferendo, victos pariter victoresque subire regiam servitutem coëgit.* Id ipsum cum benè animadverteret Cr. Sallustius, de Romano Imperio his C. Cæsarem compellat verbis: *Ego sic existimo, quoniam orta omnia intereunt, quâ tempestate Urbi Romanæ fatum excidii adventârit, cives cum civibus manûs conserturos: ita defessos aut exsangues Regi aut nationi prædæ futuros. Aliter non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglobatæ movere, aut contundere queunt hoc imperium.*

l. de Rep. ordinandâ.

LIII. Quæ omnia raritatem privatarum inter Germanos litium satis clarè evincunt. Lites tamen, si unquam fuerunt, de delictis privatis tùm primis temporibus tùm postea obortæ sunt; ut apparet ex legibus priscorum Germaniæ populorum, Alemannorum, Frisiorum, Burgundionum, Francorum, Ostrogothorum, Wisigothorum &c. quæ pleræque omnes de ejus farinæ rebus agunt. Cuivis id fiet liquidum, qui *Codicem Legum antiquarum* Heroldi, vel potius Friderici Lindebrogii (namque hic & Glossario & præterea plurimis aliis auxit, dissimulato nomine P. Pythæi, cui multa debere tamen videtur) adire, & evolvere voluerit.

LIIII. Postremò, namque haut aliud restare nostræ assertioni convenientius esse putamus, lites fortassis subortæ inter Germanos, minimè sufflaminabantur, immo in ipso ferè ortu, aut certè sine cunctatione, ullove Judiciorum strepitu (quod ad libertatis conservationem populo inprimis erat utile) extingvebantur. Primò enim Tacitus *de reconciliandis invicem inimicis, & jungendis affinitatibus &c. plerumque in conviviis* (μεθυσκομένους ceu Persæ apud Herodotum *lib. 1*, Athen. *lib.*

cap. XII. de M.G.

lib. 15. Curt, *lib. 7.* ac Græci apud Plutarchum *Sympos. Quæst. IX.* deliberâsse legantur) *consultâsse* Germanos affirmat; *tanquam nullo magis tempore, aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat.* Cui adstipulatur Plutarchus *l. c.* Præterea claris oppidò verbis tradit, inveterascere odia, ac inimicitias neutiquam passos fuisse, quia noxiæ libertati publicæ, & detrimentosæ apparuerunt. Adduximus ipsum loquentem th. LI. unde satis liquidò intelligitur, acerrimas quascunque controversias, ac internecina propemodum odia, tempestive sopita, eradicataque esse, quidni leviores ergo lites in tempore fuerint compositæ? Nec fieri hoc non poterat, quippe cum Gens ista nec esset *astuta, nec callida,* proindeque fucos ac colores verborum, aut alia ejusmodi, quibus vel Judices vel Adversarii possent falli, haud anxiè ut aliàs Græcorum Romanorumque caussidici, quæreret. Nullus apud eam Cicero: nullus Demosthenes: nullus denique eorum, qui auram popularem captare erant edocti. Non ibi tot spinis intricatæ, tot ambagibus ridiculæ Romanorum formulæ obtinebant. Cuilibet potius, prout natura, ingeniique rudis facultas ferebant, sententiam suam proferre licebat. Principes autem huic & cæteri Judices absque ullo fastu arrogantiâve auscultabant. Et omnia hæc unius, vel alterius horulæ spatio perficiebantur; cum tamen hodie fatalia extendantur sæpe in decem & plures annos, quæ Jure Justinianeo, biennio olim, & triennio, *per l. 13. C. de Judic.* terminabantur. Permittebant scilicet nihil aliud candidi & infucati Germanorum mores, utpote quorum & sinceritati & libertati inconveniens existimabatur, à Romanis exemplum sumere; maximè verò abominandum, ab aliis præcepta loquendi discere, & non sine pavore in Jus ambulare. Hinc ideo accidit, ut Romani in subjugatas Germaniæ provincias Judicia sua introducendo, & ad eorundem formam, lites examinando, ingentem sibi invidiam, atque contemtum conflaverint apud Germanos, qui moras istas & ineptias Judiciorum, odio plusquam Vatiniano prosequebatur.

cap. XXI. cap. XXII.

LIV. Vera etiam hæc origo, & fons fuit rebellionis Cheruscorum, quam copiosè descriptam nobis reliquit L. Annæus Florus *Rer. Rom. lib. 4. cap. 12.* ubi explicatâ Drusi de Germanis victoriâ, ita pergit: *Sed difficilius est provincias obtinere, quàm facere: viribus parantur.*

Igitur breve id gaudium. Quippe Germani victi magis, quàm domiti erant: moresq; nostros magis, quàm arma sub Imperatore Druso suspiciebant; postquam verò ille defunctus, *varii Quintilii libidinem ac superbiam haud secus quàm sævitiam odisse cœperunt. Ausus ille agere conventum & in castris jus dicebat, quasi licentiam Barbarorum & lictoris virgis, & præconis voce posset inhibere: at illi qui jampridem rubigine oblitos enses, inertesq; mœrerent equos, ut primùm togas & saviora armis jura viderunt, duce Arminio arma corripiunt, &c. improvidumq;, & nihil tale metuentem Varum improvisò adorti, cum ille ad tribunal citaret undique invadunt, castra rapiunt, tres legiones opprimuntur &c. Nihil illa cæde per paludes perq; sylvas cruentius: nihil insultatione Barbarorum intolerantius.* PRÆCIPUE TAMEN IN CAUSARUM PATRONOS: *aliis oculos, aliis manûs amputabant: unius os sutum, recisa prius lingva, quam in manu tenens barbarus,* TANDEM, *inquit,* VIPERA SIBILARE DESISTE. Verùm hîc subsistimus. Consulat, cui lubitum fuerit, D. Conringii *Disputationem de Judiciis Reip. Germanicæ*; Offerent profectò se multa præclara de Judiciis Germanorum & Taciti, & insequentibus seculis.

LV. Hactenus ergo, quantum per virium nostrarum exiguitatem nobis licuit, effigiavimus aliquo modo antiquam Germanicæ Reip. faciem. Ostendimus ratione Senatûs, & Consultationum, multa inesse illi popularia: neque pauca etiam Aristocratica atque Oligarchica. Itidem in Magistratibus ejusdem, & Judiciis hæc reperiri demonstravimus. Ut adeo manifestissimum sit, quòd Resp. Germanica mixta fuerit, ex populari, & Optimatum statu; etiamsi interdum regium quoque aliquid, electô Duce perpetuo (de quo supra th. XL.) irrepserit. Itaque Strabo, quo jure, quave injuriâ, de Celtis, sub quibus & Germanos intelligit, hæc pronuntiet, ipse viderit. Αριστοκρατικαὶ δ' ἦσαν πλείους τῶν πολιτειῶν ἕνα δ' ἡγεμόνα ᾑροῦντο κατ' ἐνιαυτὸν τὸ παλαιὸν: ὡς δ' αὕτως εἰς πόλεμον εἷς ὑπὸ τοῦ πλήθους ὑπεδείκνυτο. Sed huic tanquam peregrino homini, non adeo hic error impingendus venit, quàm aliis doctissimis ceteroquin viris, qui nostrâ memoria vixerunt, Francisco videlicet Hotomanno *Francogall. cap. 1.* & Hugoni Grotio *de antiquit. Batav. cap. 2.* cujus hæc sunt: *Quâ Rep. usi sint,* (Batavi) *Strabo satis docet, qui ait Celtas omnes Optimatium Imperiis fuisse addictos. Celtas autem Græci cum dicunt, tum Gallos vicinos*

l. 4. Geograph.

Batavo-

Batavorum, tum verò Germanos complectuntur; quorum nobilissimi fuere Batavi. Longè enim aliter se habuisse veterem Germanorum Remp., testimoniis Taciti, & aliorum quæ copiosè antea adduximus, persvademur. Sed & sibi ipsi deinde contradicit quodammodo Magnus Grotius, cum interjectis multis talem facit conclusionem. *Apparet ergo, usos fuisse Batavos Optimatium Imperio, adjuncto tamen principatu, aut perpetuo sub Regis nomine, aut temporario sub vocabulo Ducis. Optimates ipsos fuisse duorum ordinum: Proceres, qui & Primores & Principes dicebantur: & dilectos ex plebe.* Hoc ipsum enim, quod ex plebe electi sunt ii, qui simul præfuerunt negotiis, populare quid in Rep. arguit, quia nemini, modo habilis fuerit, isti honores fuerunt negati. Eligendi autem modus, qui probè ab ipsis eligendis debet secerni, Aristocraticum aliquid sapit, quia suffragiis, non cæcâ sorte lecti sunt, qui Reip. negotia obierunt; quâ de re sup. fuit dictum. Quid verò in re perspicua tot verbis opus? Prudentissimè Cornelius noster, *Populi*, ait, *imperium juxta libertatem: paucorum dominatio Regiæ libidini propior est à quâ Germani alieni.* d. l. lib. 6. Annal.

LVI. Et verò licèt priscis destitueremur monumentis, ipsius tamen populi mores satis superque ostenderent, totâ eos errare viâ, qui contrarium sentiunt. Tanta profectò, ac tam effrænis veterum Germanorum ferocia fuit, in libertate defendendâ; quam nemo nisi planè hospes in ejus ævi scriptoribus facilè ignoraverit. Appianus in Celticis vocat *ἀγρίους τὸ ἦθος, καὶ τὴν τόλμαν θρασυτάτους, καὶ θανάτου καταφρονητὰς δι' ἐλπίδα ἀναβιώσεως*: Imò non tantùm spes reviviscendi, sed amor libertatis, quam vitâ cariorem judicabant, contemptum mortis induxit. Hinc Arminius *l. 2. Annal. Tacit. nihil aliud reliquum clamat, quàm tenere libertatem, aut mori ante servitium.* Credant quibus est super hâc re dubium, L. Annæo Floro: *Nondum assuetæ frænis servitutis tumida gentium inflataq; cervices, ab imposito nuper jugo resiliebant. Ad* SEPTENTRIONEM *conversa fermè plaga ferocius agebat, Norici ac Sarmates atque Germani &c. Brennos, Senones, atque Vindelicos per privignum Cl. Drusum perpacavit. Quæ fuerit Callidarum* (alii forrectiùs legunt Alpicarum) *gentium feritas, facile vel mulieres ostendere, quæ deficientibus telis infantes ipsos afflictos humo in ora militum adversa miserunt.* Tam immensus scil. erat libertatis amor; quamvis Orosius l. 4. c. 12. l. 6. c. 21.

 cru-

crudelissimum hoc factum, Cheruscis, Svevis, Sicambris adscribat.

LVII. Pergit idem capite eodem, de rebus gestis Augusti ita judicare *Germaniam quoque utinam vincere tanti non putasset: magis turpiter amissa est, quam gloriosè acquisita.* Germani enim, ut th. LIV. jam est monitum, odio Imperii Romani ac libertatis recuperandæ stimulis compulsi, Quintilii Vari legiones penitus deleverunt. Neque aliud post Vari tempora accidit, etiamsi Germanicus cum ingenti militura manu oras illas invaderet, perfide Variano exercitui illatam cladem ulturus, ut pluribus enarrat Tacitus *lib. 1. Annal.* Erat id temporis Dux Germanorum Arminius, maximè strenuus libertatis vindex, nihilque non pro gentis gloriâ ausus Flavii fratris munera, ut *vilia servitii pretia irridebat: appellabat fas patriæ,* LIBERTATEM AVITAM, *penetralis Germaniæ Deos matremq; precum sociam, ne propinquorum & affinium, denique gentis suæ desertor & proditor* esse vellet; cumque nihil obtineret, supra modum incandescens, atrocia quæque & dira minabatur. Milites denique allocutus in hæc: post alia multa, tandem verba erumpit: *Nihil aliud sibi reliquum, quàm tenere libertatem, aut mori ante servitium.* Nec Romanos solùm, ut hostes Germanicæ libertatis, maximo odio prosequebatur: sed gentiles etiam & populares, paria secum facere detrectantes, ut qui maximè oderat. Causaque hæc fuit, quod Maroboduo intulit bellum, eundemque censuit *proditorem patriæ, satellitem Cæsaris, haud minus infensis animis exturbandum, quàm Varum Quintilium interfecerint.* Sed cùm & ipse hic, tam acer antea libertatis propugnator, vacillare, & impotentiùs dominari inciperet, postea interemtus est. *Ceterùm* ait Tacitus, *Arminius abscedentibus Romanis, & pulso Maraboduo, regnum adfectans, libertatem popularium adversam habuit: petitusque armis cùm varia fortunâ certaret, dolo propinquorum cecidit.* Neque alium ferè Italus habuit exitum, ut legere est *lib. XI. Annal.*

lib. 2. Annal.

Ibidem.

Ibidem.

LVIII. Adeò scilicet amantes Libertatis erant Germani, quod dudum etiam omnibus erat notum, ac deprædicatum quoque Lucano Poëtæ:

lib VII.

Libertas ultra Tanaim Rhenumque recessit
Et toties jugulo nobis quæsita negatur
Germanum, Schythicumque bonum.

Hoc

Hoc ipsum est, quare Tacitus exclamat: *Sexcentesimum & quadragesimum annum Urbs nostra agebat, cum primum Cimbrorum audita sunt arma. Ex quo si ad alterum Imp. Trajani consulatum computemus, ducenti ferme & decem anni colliguntur. Tamdiu Germania vincitur. Medio tam longi aevi spatio multa invicem damna. Non Samnis, non Poeni, non Hispaniae, Galliave, ne Parthi quidem saepius admonuere: quippe Regno Arsacis* Acrior Est Germanorum Libertas. *Majora profectò dicturus,* ait Conringius noster, *si fractas Imperii vires, Garmanicis manibus conspexisset.* c. XXXVII. de M. G. Disp. de urb. th. 42.

LIX. Quia igitur & belli studiosos, & libertatis amantissimos fuisse Germaniae populos, satis manifestum est: non potuit non sponte aliquid status popularis oboriri inter illos. Hic enim status Libertati praecipuè est amicus, & quidem adeo, ut multi (quamvis in eô vehementer fallantur) hunc unicam libertatis officinam statuant. Caeterùm merè & absolutè popularem non dicimus nos; nam quivis, nisi omni judicio & ratione destitutus, facile animadvertit, de populo rudi, attamen bellandi cupido, tale quid nequaquam dici posse: potiùs exigente necessitate, primarias Reip. dignitates & generis claritate, & prudentiâ conspicuis conferendas esse. Unde statim Aristocratici aliquid, & si è paucis fiat electio, Oligarchici quoque nonnihil subnascitur. Interdum autem, si diuturniora incidant bella, neque se offerant plures, huic oneri ferendo pares, Regium quidpiam more Laconum in Remp. induci necesse fuit, ut festive disputat Conringius noster *Disp. de Urbib. th. 45. seqq.*

LX. Haec jam, quemadmodum naturâ duce, & suapte quasi sponte (imperandi namque artes veras non noverant Germani) coaluerunt, ita populi moribus non tantùm accommodata; verùm etiam pulchrô quodam concentu & ingeniosa mixtura ita inter se temperata fuerunt, ut licèt perfectissima illa & beata Rep. quae rudi, imperito, veraeque virtutis experti populo obtingere non poterat, longè abiret antiquus Germanorum status; ad eum tamen, qui Platoni, Aristoteli *lib. 4. Polit. cap. 11.* aliisque viris planè divinis, prudentissimo praecipuè Polybiô meo tantopere arridet, propiùs accedat, proindeque laudem mereatur maximam, utpote cum per se aequus sit, & dignitatem suam quàm diutissimè tueatur. Epilogi instar sunto, aurea haec Aristote- lib. 6. histor.

lib. 2. Polit. cap. IV. lis verba: *De Rep. sic existimant, ut absolutissima sit, quæ ex omnibus Rerump. generibus moderata est atque temperata. Quâ de causâ etiam Laconicam laudibus efferunt.* Ubi ita tandem concludit: *Melius & rectius judicant qui excellentissimam Remp. ex pluribus efficiunt. Quantò enim ex pluribus generibus instituitur, tantò laudabilior & præstantior est Respublica.*

EXERCITATIO SECUNDA.

De
Oppignorationibus Rerum Imperii.

THESIS I.

Pignoris natura in se, remota lege positiva.

DE oppignorationibus Imperialibus acturus, operæ pretium facere videor, si prius naturam pignoris, ut sic, remotâ lege positivâ consideravero. Est autem pignus nihil aliud, quàm rei traditio à debitore facta creditori, ad fidem seu securitatem debiti huic faciendam. Initium ergò hic actus Jure Gent. à traditione habuit, & ita intelligo §. *creditor. ult. I. quib. mod. re contr. obl. l. contractus. 23. ibi: pignori acceptum. ff. de R. J. l. cum vitiose. 25. ff. de Pignorib.* & potest exemplo esse Judas in libro Geneseos, qui pacta mercede pro usura corporis cum Thamare nurù pignus dedit recepturus id, hœdo misso.

transfert possessionem.

II. Hæc traditio sua naturâ apta nata est transferre pignoris in creditorem possessionem, saltem naturalem, id est, detentionem. *l. cum fortis. 35. §. ult. de pignor. act. l. pignus. 9. C. eod.* Quod vel inde patet, quod nihil creditor per servum sic pignori datum acquirere potest, *l. pen. §. creditor. ff. qui satisd. cog. l. servi nomine. 16. l. non solum. 33. §. qui pignori. ff. de Usurpat. l. 1. §. per servum corporaliter. ff. de acquir. poss.* quod secus est in servo, quem verè possidemus. Is enim acquirit possessori duabus ex causis, ex re possessoris, & operis suis §. 4. *Inst. per quas person.*

Jur. civ. quandoque dominium transferebatur.

III. At jure Romano Civili plus quandoque quàm possessio, jure Prætorio minus transferri poterat. Nam ex lege XII. Tabb. etiam dominium transferebatur, idque per æs & libram seu mancipationem. Quod genus pignoris FIDUCIA appellabatur. Eâque lege dabatur, ut solutâ ad diem pecuniâ pignus remanciparetur, non solutâ

sine

sine ullâ denunciatione vendi posset. Paulus *2. sent. 13. §. 7.* Quod in pignore secus erat. Quippe creditor elapso die denunciare prius debitori debebat an pignus luere vellet. *l. 78. §. 6. ff. ad SCt. Trebell. Paulus 2. sentent. tit. de pignor. 5. §. 1.* Cujac. *ad tit. 13. lib. 2. sentent. Pauli.* Unde consequens fuit, ut creditor per servum sie pignori acceptum nihil acquireret, sed acquisitam sortem debiti minuebat, ut docet Paulus *lib. 2. Sentent. tit. de Lege Commissoria. 13. sentent. 2.* & ibi Cujacius. Est enim fiducia omnis πεποίθησις, ut docet Jacobus Godofredus, temporaria, ubi res in aliquem transfertur, vel alicui mancipatur non plenè & perfectè, & ut sic dicam, irrevocabiliter, sed ut remancipare postea cogatur accipiens. Ita emancipatio filii fiduciâ contractâ olim à patre fieri dicebatur sub remancipationis lege. Gellius *lib. 5. c. 19. L. 2. §. 15. ff. ad SCt. Tert. Ulpian. tit. 10. Cajus 1. tit. 16. §. ult.* Et ideo extraneus emtor dicebatur fiduciarius. Cajus *d. §. ult.* Inde & fiduciarii tutores, ab eadem fiducia contractâ in emancipatione *l. 4. ff. de legit. tut.* Ulpianus *tit. 1. de tutel. §. 5. Inst. de fiduc. tut.* Eadem ratione & fiduciarius hæres usurpatur *l. 46. & 47. in f. ff. ad Trebell.* cujus commissum est fidei, ut hereditatem restituat. Sic fiduciaria hereditas *l. 6. §. 1. de reb. cred.* Et similia.

Fiducia, quid.

IV. Jure porrò Prætorio ne possessionem quidem transferre necesse fuit. Pacto enim contrahitur. *l. si tibi, 17. §. de pignore, ff. de Pact.* Quo pignoris genere maximè utimur in rebus soli, & incorporalibus, quas tradi vel transferri multo gravius est, quam res mobiles. Quo jure Prætorio introducto, non adeò traditio pignoris frequentari cœpit, quæ ante hoc edictum omninò necessaria erat, pignore tum ab hypotheca hoc solo distante, quod illud esset rei mobilis, hæc immobilis. *l. 238. de V. S.* Sed postea, cùm ex edicto Prætoris idem juris esse cœpit, sive pignus esset traditum, sive nuda conventione obligatum, tunc alia emersit differentia, ut pignus omninò esset, quod esset traditum sive mobile, sive immobile: hypotheca, quæ non tradita, tidem mobilis esset, an immobilis. *l. si rem. 9. §. proprie. ff. de pign. act. l. 1. ff. de pignor. & hypoth. §. item Servian. I. de action.* Hortens. *ad tit. de pignor. & hypoth.*

Jure Prætorio Roman. quid juris è pignore.

V. Sed revertamur ad jus civile Romanum, quo pignus, nempe fiducia per mancipationem in proprietatem creditoris ibat. Ejus multa

De fiduciâ ubi agitur

multa mentio apud Cicer, *Topic. 4. & lib. 3. Offic.* Oratione *pro Flacco, & lib. 13. Epist. d. 56.* itemque apud Paulum JCtum *lib. 1. Sentent. tit. 9. §. 18. lib. 5. Sentent. 10. lib. 2. Sent. tit. 4. in rubrica.* Et *tit. de Lege Commissoria. 13. cum septem primis §§. & tit. 7. §. ult. & tit. 7. §. ult. & lib. 3. Sent. tit. 6. §. 1. & tit. 26. §. 4.* Apud Auctorem collationis legum Mosaicarum *tit. 2. n. 2.* Apud Boethium in Top. Cicer. *lib. 4. p. 813.* Isidorum. *5. Orig. c. 21.* in Legibus Visigoticis & Longobardicis. Nimirum hæc erat Fiducia. cùm res pro pecunia mutuo accepta creditori mancipabatur, vel in jure cedebatur, & sic quodammodo vendebatur, dominio in creditorem transscripto statim ipsa traditione, non vi demum legis commissoriæ revocabiliter tamen. Ita rectè Hottom. Epitoma *Jur. lib. 20.* itemque Cujacius ad *lib. 2. Sentent. Pauli tit. 13. & c. 1. in pr. de feudo dato invicem L. Commiss.* Itemque Ant. Faber *de error. pragmat. decade 21. Err. 1.* Quibus inscitè Salmasius obloquitur tractatu de modo Usurarum *p. 579.* ut Mæstertius tractatu *de L. Commiss. q. 2.* Probatur autem hæc sententia, quod nimirum dominium fiduciæ in creditorem ita, uti diximus, fuerit translatum tam validè, tam clarè ex his, quæ tradit Paulus *lib. 2. Sent. tit. 13. §. 3. & tit. 6. §. 74.* Boethius *in Top. Cic.* Isidorus *d. loc.* & Interpres Pauli *ad §. Sentent. tit. 6. §. 7.* ut noctem in oculis circumferat, qui non agnoverit. Et hinc nimirum fiebat, ut debitor fiduciam creditori vendere non posset. Paulus *2. Sent. 13. §. 3.* qui scil. in dominio ejus jam esset: cum contra pignus à debitore creditori vendi possit, quia pignus manet in dominio debitoris. *l. 12. ff. de distr. pign.* ad quod Salmasius perperam excipit, inter fiduciam & pignus discrimen post *d. l. 12.* ex rescripto Principis introductam, ante eam fuisse nullum. Nam non animadvertit, JCtum Paulum post illam legem 12. scripsisse. Hinc est quoque quod creditor debitori, qui extraneo venditurus erat fiduciam, eam remancipare tenebatur. *d. §. 3.* ut doctè Wissenbachius in Vindiciis thesium de Mutuo contra Salmasium *p. 192.* probat.

Probatur in fiducia dominium translatum.

Salmasius refutatur.

VI. Quod attinet Mæstertium, tanti profectò non est, ut à Cujacio & Fabro ejus causâ discesseris. Videamus tamen argumenta. Et quod ait contradictionem implicare, ut eâdem conventione simul venditio & pignus contrahantur, tantum abest, Cujacium ut feriat, aut Fabrum, ut rem ipsam ne tangat quidem. Non enim loquuntur

Mæstertius refutatur.

ur de conventione, sed mancipatione, quæ est traditionis, non conventionis species, & modus transferendi dominii, qualis nulla est conventio. Non dicunt unâ eâdemque conventione celebrari duos diversi generis contractus, realem, nempe pignus, & consensualem, venditionem, sed ajunt, quodam contractu pignoris celebrato rei proprietatem mancipatione, non nudâ conventione transferri. Quâ verò ratione naturæ pignoris repugnet, vel contradictionem involvat, ut in dominium illud concedat creditoris, non video. Præsertim tot locis juris Romani id disertè statuentibus. Natura enim pignoris nihil aliud exigit, quàm ut creditor crediti sui sit securus. At num securus redditur rei dominio in se translato? Imò hoc magis ei cautum est: Plus enim cautionis in re propriâ est, ejusque dominio, quàm detentione rei alienæ nudâ. Nihil ergo est, in quo dominium in re, revocabile præsertim, pignori repugnet. Quod porrò ait, absurdum esse, ut eadem quantitas simul sit causa pignoris & pretium venditionis, non capio, quomodo & quâ de quantitate prædicetur, quod sit causa pignoris, & pretium venditionis: Quis pecuniam creditam fecerit causam pignoris? Neque enim efficiens est, neque materia, neque forma, neque finis. Sed nec magis pretium emtionis est, cùm emtio nulla sit celebrata, licet negotium affine sit emtioni. Quantitas, id est, pecunia credita per se parit obligationem ex mutuo, non obligationem pignoris, etsi causa sine qua non pignoris dici posset, quatenus, mutuo non contracto, pignore non est opus. Pignus contrahitur reali suppositione, nec interest, quo supponitur medio, an datâ facultate nudâ detinendi, an pro suo possidendi. Porrò ad rem nihil facit, quod oggerit §. 4. Quod debitor creditori fiduciam vendere non possit, sed alii, tradente Paulo *lib. 2. Recept. Sent. 13. §. 1.* Hinc autem concludere vult, quod si mancipatio hic intercessisset, non licet debitori eandem rem iterum alii vendere: Sed ignorans ipse Martius respondet sibi, id ita esse, nisi prius illam à fiduciâ liberasset. Nimirum ita est, ut possit debitor fiduciam tertio vendere, necesse est, ut creditor eam remancipet. Sed satis hac de re, nec Soli lumen commodare opus est.

VII. Fuit ergo omninò, quicquid Grammaticæ rei doctor Salmasius scholicorum nugalium spargat, ut Gellius loquitur *lib. 4. c. 1.*

 in

in fiducia & mancipatio & remancipatio. Quo nomine & judicium fiduciæ dabatur, quod erat bonæ fidei, maximique momenti, in quo de fide fractâ agebatur, hac formulâ concepta: *Ut inter bonos bene agier.* Vid. *Cic. pro Q. Roscio. & lib. 3 de Officiis. Auctorem collat. leg. Mosaic. tit. 10.* Inde etiam judicium fiduciæ cum societate, tutelâ & rei uxoriæ actione conjungi videmus, in quibus omnibus res quidem transferuntur, sed sub fiducia restituendi. Falsum proinde est, quod fiducia fuerit nihil aliud, quàm hypotheca rei immobilis. Falsus Salmasius, qui mancipationis & remancipationis nomina in pignoribus nusquam, in venditionibus tantùm usurpata garrit. Falsissimum, in fiducia mancipationem non factam purè, & in præsenti, sed in diem, quando fiducia commissa esset ex lege commissoriâ. Quid enim absurdius, quam mancipationem in diem factam? Quid? actusne legitimos diem suscipere? quid deniq; legi commissoriæ cum fiduciâ? Sed non opus est diutius his immorari, cùm præsertim jam dudum viri eruditissimi circa unam fiduciæ materiam errores non minus sedecim gravissimos Salmasii computaverint.

Salmasius sedecies errat circa Fiducias.

VIII. Porrò non solùm id genus pignoris, quæ fiducia dicebatur, statim ab initio ita contrahi poterat, ut dominium in creditorem iret, sed etiam aliis causarum figuris id agebatur ex post facto, ut debitor pignus ne reciperet. Et primo offert se species in *l. 1. C. de pact. pign.* qua nisi intra certum tempus pecunia mutuo accepta solveretur, cessurum se creditori hypothecam promittit debitor. Quod pactum cum pacto commissorio non est confundendum. Quod facit post alios Carpzovius *lib. 5. Respons. 12. n. 18.* Dn. Richterus *ad h. l. n. 5.* cum Pragmaticorum aliis, solenni errore confundentes hæc duo: *pignus creditorem vendere posse; & pignus creditori emtum dare.* Neque enim per hoc, quod ceditur hypothecâ creditori, res debitoris creditori committitur, id est, in commissum cadit: sed hoc agitur, ut creditori sine denunciatione liceat pignus vendere. Cedere enim hypothecâ, non est facere, ut creditor ejus dominium consequatur, quod fit lege commissoriâ: Verùm ut debitori ejus luendi amplius non sit potestas. Quare rectè Cujac. *ad l. 1. C. h. t.* hoc pacto id agi, ut ad diem dictum non solutâ pecuniâ creditor pignus suo jure distrahat, non verò, ut id habeat jure emtionis pretiô compensatô cum debito, & superfluo redhibitô.

Aliæ factorū species, quibus pignus debitor non reciperet.

Quid sit, cedere hypothecā.

hibitō. Nullo modo igitur agitur, ut venditum sit creditori; vel in-olutum datum pignus pro pretio arbitrio boni viri determinando, quod vult tamen etiam Dn. Brunnem. *ad d. l.1.*

IX. Est tamen talis species in *l.16. §. de Pignorib.* ubi ita pignoris vel hypothecæ obligatio facta est, ut si intra certum tempus non sit soluta pecunia, jure emtionis possideat creditor rem justo pretio æstimandam. Quæ species commissoriam nec ipsa continet, sed est venditio conditionalis. Non enim res simpliciter creditori committitur, & ejus fit, ut fit commissoriâ, ita ut pignus invicem crediti pleno & absoluto jure acquiratur: sed ab initio hoc agitur, ut res hac conditione, si debitor ad diem non solverit, tanti sit emta creditori, quanti pignus justo pretio suo die æstimabitur. At verò, ut dixi, in Commissoriâ non id tantum vertitur, ut debitor pignus suum amittat, sed & id, ut creditori ipsi vi hujus legis pignus pleno jure committatur, acquiratur, & à debitore in eum transferatur. Errat igitur & hic Carpzovius cum turbâ forensi, quod pactum commissorium tacitè inesse credit huic speciei, & tantum propterea non inutile esse, quia non subest deceptio in pretio. Rectius Dn. Johannes Philippi, JCtus celebris fori experientissimus in Eclogis suis *p. 356. n. 13.* agnoscens hic minimè subesse commissoriam, sed emtionem conditionalem ex pacto adjecto, de quo jam dixi.

Alia species, quâ pignus retinet creditor.

Legis commissoriæ effectus.

X. Accedamus ad Legem Commissoriam, quam Constantinus in pignore sustulit *l. 1. C. Theod. de Commissoriâ rescindendâ. l. ult. C. de pact. pign.* Constantinus, inquam. Sed primusne? an & antiquitus jam olim prohibitam? Sane primus ille. Quod probatur ex Pauli libris Sententiarum, ubi titulus est de Lege Commissoriâ, non certè damnata, sed licita. Deinde probatur ex ipsa *l. ult. C. de pact. pign.* ubi ait Constantinus, se pactum hoc improbare, non quia jure veteri prohibitum, sed quia creverit ejus asperitas. Denique apparet hoc ex reliquis hujus constitutionis partibus seu capitibus, puta ex *l. un. C. Theod. de infirmand. pœn. cælib. ex l. 3. ad SCtum Claudian. & l. 3. de Ex-* . quæ omnes unius constitutionis partes sunt, sub uno titulo Codicis Theodosiani, in quibus, imprimis autem *l. un. de infirm. pœn. cælib.* non agitur de jure veteri desueto in usum revocando, sed de veteri jure hactenus frequentato, nunc primum abrogando.

De Lege Commissoriâ plenius.

XI. Non obstat, quod in *l. Æmilius Larianus 38. in fin. ff. de Minor.* habetur, legem Commissoriam Imperatori, nempe Antonino Caracallo, displicuisse. Loquitur enim Paulus de Lege Commissoriâ in venditionis contractu, nec omninò tamen improbatâ Caracallo, verùm in specie illius legis duntaxat quæ tam præceps contractui adjecta fuerat, ut rectè Jacobus Godofredus. Sed huic sententiæ se opponit Jacobus Mæstertius *tract. de Lege Commissoriâ quæst. 5.* Et (1.) propter *l. Titius 34. ff. de Pign. act.* in quâ non putat aliam subesse dubitandi rationem, quam quod videbatur pactum in legem commissoriam, quæ in pignoribus improbata esset, incidere. Quæ verò cum in casu Marcelli cessaret, responsum ibi fuisse, conventionem subsistere. Sed hæc si dubitandi ratio fuit, oppido quam inepta fuit. Nam lex commissoria ut sit, non ex intervallo, sed statim initio contractus apponi debet, pretiumque ejus esse eadem quantitas, quæ debitori fuit credita: Hæc verò conventio dudum post contractum pignoris accessit, nec quicquam asperi continebat, ut loquitur de Lege Commissoria *l. ult. C. de pact. pign.* sed eo tempore interposita fuit, quo necessitas pecuniæ mutuo sumendæ creditorem non strangulabat. Sed nec quantitas crediti pretii loco in hoc casu fungi potuit, cum JCtus expressè dicat conventum fuisse, ut certo pretio fundus creditori esset emtus. Quin igitur hæc dubitandi ratio fuerit, quod debitor putarit, pignore jam vendito & dominio translato sibi adhuc integrum esset, ut sortem & usuras offerret, venditionemque revocaret. Cùm tamen eamdiu duntaxat jus offerendi locum habeat, quamdiu pignus duret. Quod verò durare amplius non possit, post acquisitum dominium creditori *l. pen. §. 1. ff. de Except. rei jud.* Sed relinquemus istam quæstionem, & reliqua argumenta Mæstertii ipsi disputationis aciei reservabimus.

Mæstertius refutatur.

XII. Ut ergò ad fiduciam redeamus, constare ex his jam potest, malè eam cum lege commissoria confundi. Quare nec à Constantino potuit aboleri *in l. ult. C. de pact. pign.* ubi commissoriam in pignores abolet, quod tamen Cujacio videtur. Nam & diu post Constantinum fiduciæ fit mentio, uti apud Ambrosium *in Tobiæ cap. 12.* & Sidonium Apollinarem: Verùm etiam ab Honorio Imp. *in l. 9. C. Theod. de infirm. his quæ sub Tyran.* Quare rectè concludere mihi videor, quod de fiducia in Pandectas & Codicem à Justiniano nihil relatum sit, id

Fiducia à Constantino non abolita.

non

non eâ factum esse ratione, quod lex commissoria à Constantino sublata fuerit, verum quod mancipationum solennia, quæ in fiducia interveniebant, unâ cum ipsa rerum mancipi & nec mancipi differentia & aliis fiduciariis actibus & mancipationibus à Justiniano fuerint sublata, ut benè differit Jacobus Godofredus.

Jure Saxonico dominium pignoris transit in creditorem.

XIII. Ex his itaque constat, quàm minimè repugnet naturæ pignoris, si id agatur, ut dominium in creditorem transeat. Quod si fieri potuit, favente Jurisprudentiâ Romanâ, quid est, quod Interpretes nostri ob hanc causam tantopere arietant jus nostrum Saxonicum? Quasi quod Romanis statuere licuit, id minus Saxonibus licere debeat. Ita verò statuit Saxo, ut habet Landrecht *lib. 2. art. 24.* ibi: Ein jeglich Mann mag seines Guts mit Recht wohl ohnig und loß werden/als ob er verkaufft/versetzet ꝛc. Textus Latinus: *unus quisquis potest sua bona etiam jure amittere seu alienare, si ab eo obligentur.* Quam dispositionem Saxonicam frustrà quidam iniquam neque ulli genti probatam fuisse ibi persvadet.

Defenditur Jur. Saxon.

Et si maximè Hebræorum, Atheniensium, Visigothorum, Longobardorum, Burgundiorum, Alemannorum, ad quas provocat, leges aliter statuant, non tamen inde efficies, ne jus Saxonicum sit rationi consentaneum. Et tamen de plerisque hisce gentibus non video probatum esse, quod debebat probari. Sanè *Exodi 22. vers. 26. 27.* agitur non de pignore quolibet, sed vestimenti, ejusque unici, quod sit tegumentum cutis suæ, & in quo dormiat. Quæ circumstantiæ propriam decidendi rationem habent. Non ergò sequitur: Integumentum corporis, & quidem unicum, in quo dormiat, debitori est reddendum. E. jure divino nullo casu potest creditori res in fiduciam dari. Eadem ratio est de certarum gentium statutis, quorum etiam pleraque id non probant. Imprimis Longobardis fiduciam non fuisse incognitam nec inusitatam docet lex eorum tertia in *n. tit. 15 lib. 2.*

Saxonibus & aliis populis placuit contra tertium possessorem actionem pro pignore non dare.

XIV. Cum itaque Jure Saxonico dominium pignoris in creditorem transeat, juris consequentiâ etiam fit, ut debitori contra tertium possessorem neque personalis neque realis actio concedatur, pro repetitione pignoris, etsi per Constitutiones Electorales aliud sancitum. Neque solis Saxonibus ita placuit in pignore, sed plurimis gentibus aliis ex quolibet contractu, ut non temerè adversus tertium possesso-

rem actionem porrigant. Ita statuto Ultrajectensium; si rem mobilem commodaveris, locaveris, isque vendiderit tertio bonâ fide accipienti, transit in accipientem dominium, denegatâ tibi rei vindicatione, ut u t absque tua voluntate alienata fuerit. Ant. Matthæi *paræmia 7. pag. 222.* quod & Lubecæ & Hamburgo, illustribus civitatibus placuisse tradit Mævius *lib. 3. ad Jus Lubecens. art. 2. §. 1. & 2.* ubi rationem hujus juris axiomate Jurisprudentiæ Lubecensi proprio niti ait: Hand muß wahren. Item: Wo iemand seinen Glauben gelassen / do muß er ihn wieder suchen / id est, cujus semel quis fidem secutus est, res suas ea tradendo, eum in repetitione hujus rei sequi seu convenire necesse est. Idem placuisse in rebus locatis & commodatis Ruremundanæ Tetrarchiæ, & Antverpiensium civitati testatur idem Ant. Matthæi *d. loc.*

XV. Sed quorsum ista ubi de Oppignorationibus Imperialibus erat agendum? Nimirum ita munienda nobis fuit via, ut eo facilius cum de sensu Capitulationum Cæsareanarum, in quas se obligant Imperatores nostri, tum Pacificationis Westphalicæ justitiâ constare, quibus locis de oppignorationibus rerum Imperii agitur, possit.

Oppignoratio rerum Imperii prohibita.

XVI. Ut ergò jam tandem dicamus, quod ille ait, de tribus capellis, agemus de oppignoratione, per Capitulationes Cæsareas prohibitâ. Verba Capitulationis Caroli V. ita habent artic. 9. Zu dem und insonderheit, sollen und wollen wir dem Heiligen Römischen Reich und desselben Zugehörungen / nicht allein ohne Wissen / Willen und Zulassen gemeldter Churfürsten sämtlich / nichts hingeben / verschreiben / verpfänden / versetzen / noch in andere Wege vereussern oder beschweren / sondern uns auch aufs höchste bearbeiten / und allen möglichen Fleiß und Ernst fürwenden / das jenige / so davon kommen / als verfallen Fürstenthumen / Herrschafften / und andere / auch confiscirete merckliche Güter / die zum theil in anderer frembder Nation Händ ungebührlicher Weiß gewachsen / zum förderlichsten wieder darzu bringen / zueignen / auch dabey bleiben lassen / doch männiglich an seinen gegebenen Privilegien / Rechten und Gerechtigkeiten unschädlich. Summam hujus §. eleganter & concisè more suo sic reddit Sleidanus *commentar. lib. 1.* Facultates Imperii neque distrahat neque oppignoret, nec alio quovis modo deteriores faciat, & quæ sunt ab aliis nationibus occupata vel ab Imperio divulsa,

bona

bona primo quoque tempore recuperet, sic tamen ne quid fraudi sit illis, qui vel privilegio vel jure nituntur.

XVII. Ubi tractandum, cui, quas res & quo alienationis titulo interdicatur alienare. Cui interdicitur, uno verbo expediri potest; Imperatori Romano-Germanico. Quid ergò? Res, nimirum, Imperii. Illæ autem non sunt unius generis, quædam enim sunt unius generis, quædam enim sunt in Patrimonio Principis, quas res privatas appellant Romani. Inde Comes rerum privatarum *passim in utroque Codice.* Privatum ærarium *l. un. C. Theod. Qui a praeb. tiron.* privatæ largitiones *l. ult. C. Theod. de Incorporat.* dicebantur etiam privata, absolutè. *l. ult. C. Theod. de Locat. fund. l. 120. C. Theod. de Decurion. l. 19 de Appellat. l. 18. de Palat. sacr. larg. C. Theod.* item res Cæsaris. Et ut Honorius & Theodosius *in l. 9. C. de Jure Fisci.* res dominicæ. Capitulares Caroli M. reddunt proprium dominicum *lib. 4. c. 34.* Theodoretus *lib. 3. c. 12.* Ἐλπίδιος τῶν ἰδίων τοῦ βασιλέως χρημάτων τε καὶ κτημάτων τὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένος. Κόμητα δὲ πριβάτων τὸν τοιοῦτον προσαγορεύειν εἰώθασι ῥωμαῖοι. Græci *lib. 6. Basilic.* τὸν Κόμητα τῆς ἰδικῆς περιουσίας. Τουτέστι τὸν φροντίζοντα τῶν πραγμάτων τῶν ἀφορισμένων εἰς τὰς ἰδίας χρείας τοῦ βασιλέως. Nimirum omnes illæ res, qui in privato Principis cujusvis patrimonio sunt, non quatenus est Princeps, sed ut ut Carolus, Ludovicus, Leopoldus, & quæ vel à Majoribus per hereditates, contractus, jure belli, vel aliis modis sibi acquisiverat. De his Eginhardus in vitâ Caroli, de Hilderico, ultimo è Merovingis Rege. *Cum præter inutile Regis nomen, & precarium vitæ stipendium, quod Præfectus Aulæ, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud proprii possideret, tàm unam & eam perparvi reditus villam, in qua domum, ex quâ famulos sibi necessaria ministrantes, atque obsequium exhibentes, paucæ numerositatis habebat.* Theganus in vita Ludovici I. *Erat Imperator in tantum largus, villas regias, quæ erant sui, & avi & tritavi fidelibus suis tradiderit in possessiones sempiternas.*

XVIII. Quædam verò res & bona sunt Fisci, quæ Principi ad tuendam dignitatem & Majestatem Imperatoriam serviunt. Romanis res sacri ærarii, largitiones sacræ, thesauri Majestatis Imperatoriæ. *l. 2. de Palat. sacr. larg. l. 1. C. de Quæstor. l. 2. C. Ut dign. ord. serv. l. 3. C. Ubi Senat. vel Clariss.* Zosimus: Πετρώνιος ὁ τῶν θησαυρῶν φρουρός. Julianus Impe-

Circa hanc prohibitionē de trib. agendum; Cui & quid prohibitum.

Res Imperii quotuplices.

Res privatæ.

Res Fisci.

Imperator in Misopogone: *οἱ ἐπιτροπεύσαντες τοὺς θησαυροὺς ἐμούς*; Julius Firmicus *lib. 3. c. 8.* qui omnes reditus regios thesaurosque suæ habent fideicommissos. Sanctarum digestus opum partæque per omnes
Divitias populos

ut loquitur *Papinius lib. 3. Sylvarum in lacrymis Etrusci.* Sacras opes orbisque tributa appellat Claudianus, in Panegyrico de Manlii Theodori Consulatu. Hottom. Franco-Galliâ *c. 8. & libr. 1. de antiquo jure Regni Galliæ, c. 8.* ubi ita scribit: *Sciendum est, antiquitus institutum fuisse, ut Francorum Regibus non modo fiscalia illa jura, qualia Romanis Imperatoribus concessa erant, verùm etiam certa fruenda prædia ad regiam suam dignitatem tuendam assignarentur, quæ barbaro vocabulo* DEMANUM *Regium appellantur, plerumque autem* DOMANIUM. *Est enim Domanium Regium quasi Dos regni, quomodo Veteres dicebant dotem prædii, sive ut planius loquamur, quasi quidam ususfructus certarum possessionum Regi ad tuendum dignitatis suæ splendorem attributus.* Hæc Hottomannus. Quamvis non nesciam aliter ab aliis Domanium accipi.

Domanium.

Res privatæ poterant alienari.

XIX. Ex duobus hisce rerum generibus, quorum alterum rectè res Imperatoris, alterum res Imperii, ut Galli res Coronæ, dixeris, non videtur prohibitio Capitulationis ad prius genus pertinere, quippe quod pleno jure Imperatoris est, ideoque plenam & summam ipsius pro suâ voluntate alienandi potestatem habet. De posteriori genere jam videamus. Sub Regibus seu Imperatoribus ante interregnum Francicis, Germaniæ imperantibus, quin licuerit Regi has quoque opes pro utilitate regni alienare quo minus dubitem, facit quod tum temporis omnia prædia, quæ privati possidebant non minus, atque de rebus Principis dictum, aut propria erant aut fiscalia. Propria seu proprietates dicebantur, quæ nullius juri obnoxia erant, sed optimo maximo jure possidebantur, ideoque ad heredes transibant. Fiscalia verò, quæ beneficia, & fiscalina bona appellabantur, concedebantur ita à Rege, ut certis legibus servitiisque obnoxia cum vitâ accipientis finirentur. Et prioris generis prædia Teutonico nomine ALODES dicebantur, liberi juris prædia, quæ nec fidem nec pensitationem deberent, ad differentiam beneficiorum fiscalinorum, quæ citeriori tempore Feoda & Feuda dici cœperunt. *Vid. lib. 1. Capitular. 132. lib. 3. c. 20. lib. 4. c. 21.* Johannes Octavus Pontifex Ludovico Regi

Poterant & res fiscales.

Bona fiscalina privatorū erant feudal.

Alodiū quid.

epistolâ

epistolâ 139. de Bosonis filiabus, ut eis bona paterna redderentur: *Et pro nostro amore integriter ipsas proprietates, quas Vos Alodes dicitis, reddat.* Sic quoque hereditas passim Alode dicitur. *Lege Salicâ tit. 62. Lege Ribuariorum tit. 58. Marculfus lib. 2. c. 7.* Vide Lindebrogii congesta in glossario LL. antiquarum, voce, Alode, Lydium ad Clemangem glossario, Bignonium, ad Marculfum *pag. 251. 252, 272. 273.* Wendelinum glossario Salico, Loccenium antiquitatum Suco-Gothicarum, *pag. 162.* Et hæc est orthographia vocis, quæ tot locis veterum scriptorum, quotquot hanc vocem adducunt, probatur. Ut mirarer Limneum ad Capitulationem Ferdinandi III. *pag. m. 715.* scribere, *neminem esse, qui orthographiam vocis norit*, nisi scirem, Limneum in lectione veterum scriptorum non fuisse versatum, & siquidem eos quandoque citat, vel ex recentioribus descripsisse, vel ex indicibus hausisse. Sed nec ratio ejus sana est. Quot enim vocum orthographia explorata est, quarum derivationem & vim non magis inde intelligimus. Mihi videtur vox esse composita, ex Ael/ quod etiamnum durat, pro quo hodie Alt/ & ohd/ oed/ od/ *possessio, bona*, quod hodie Goed/ Gut/ ut fit, ein alt-väterlich Gut/ Erb-Stamm-Gut. Hæc enim propria vocis & originaria significatio, quâ cæteris bonis, ut ut non minus propriis opponitur apud scriptores, vide Marculfi formulas *lib. 2. c. 4. 6. & 9.* Itaque comparatis & adquisitis bonis opponitur *lib. 2. c. 7. tam de Alode, aut de comparato, vel de quolibet attracto.* cap. 12. *tam de Alode paternâ, quàm de comparato.* Incerti auctoris formulæ LVII. *tam quod Alode Parentum, quàm ex meo contractu mihi obvenit.* Et cap. 49. *Formul. Roman. cap. 14. & 38.* Sed tandem & bona comparata cœperunt alodia dici, & generaliter omnis proprietas, ut observat ad capitula Francisc. Pithæus. Quemadmodum itaque nomine Alodii res singulorum propriæ, ita Fiscus, seu fisci nomen tum temporis usurpabatur, pro bonis à fisco profectis, & Regis liberalitate alicui beneficium concessis. Childeberdus Rex apud Aimonium *lib. 2. c. 20. Basilicæ Sancti Vincentii Martyris Fiscum Isciacensem concedit.* Sangallensis *l. 1. c. 14. cum illo fisco, vel curte, illâ Abbatiolâ vel Ecclesiâ, tàm bonum vel meliorem vasallum fidelem mihi facio.* Sigebertus Gemblacensis ad annum DCCCLXXXVI. *Persuadet, ut ab Imperatore Imperiales fiscos ad libitum suum sibi addi peteret.* Et Anno DCCCXC. *Arnulfus patruo suo,*

Limneus notatur.

G ex

ex Imperatore etiam necessariis egenti fiscos in Alemanniâ delegavit. Marculphus *lib. 1. c. 2.* in formulâ concessionis Regiæ; *Aut super proprietate, aut super fisco.* Junge Capitul. Caroli *lib. 3. c. 82.* Idem Arnolphus Episcopatui Eichstadiensi monasterium Hasenried donavit.

XX. Ex quo apparet, etiam illa bona, quæ pro tuendo statu Reges possidebant, alienari & in beneficium, seu feudum dari potuisse. Quis dubitet, quin & oppignorari? Gregorius Turonensis *lib. 9. c. 38. Sunnesigillus & Gallomagnus, privati à rebus, quas à fisco meruerant, in exilium retruduntur.* Capitulares Caroli M. *lib. 3. c. 19. Auditum habemus, qualiter & Comites & alii homines, qui nostra beneficia habere videntur, comparant sibi proprietates, de ipso nostro beneficio.*

Sub Impp. Saxonicis Magistratuum officia patrimonialia facta.

XXI. Haud secus sub Imperatoribus Saxonicis se rem habuisse, imò magis auxisse inde arguitur, quod Ducibus & Comitibus Imperii, qui hactenus nudi magistratus fuerant, Ducatus & Comitatus cœperint ab Imperatoribus in feudum dari. Ita enim B. Rhenanus *lib. 2. rerum Germanicarum. p. m. 181. Primus sub veteribus Francis liberæ potestatis Dux fuit in Saxoniâ Henricus Ottonis pater, qui postea Germanico regno præfuit. Idque eam ob causam, ut Sclavinos arceret, diligentius autem custodiuntur, quæ propria sunt. Nec hoc jus cuiquam aliorum Præsidum concessum est. At sub Saxonibus libertatem nacti sunt non solùm provinciarum gubernatores, sed & civitates ipsæ. Nam ut quæque plus bonorum quæ ad regnum pertinebant, habuit; ita maturius & faciliùs ad libertatem pervenit.* Münsterus rerum Germanicarum Scriptor scientissimus hac de re ita: Bey Zeiten Ludovici III. welcher regiret Anno 903. und vor derselben Zeit seynd Hertzogen/ Marggrafen/ Pfaltzgrafen und Ritter nur Namen der Aemter gewesen/ und nicht erbliche Herrligkeiten. Die Hertzogthum und Graffschaften waren nicht der Hertzogen und Grafen/ sondern deß Reichs König und Kayser. Unter Cunrado dem I. ist Hertzog Heinrichen von Sachsen/ so man nennet den Vogler/ das Hertzogthum in Sachsen zu einem Erblehn gegeben/ auf daß Er desto fleissiger zu streiten wider die Obotritos und andere Unglaubige. Nachmahls hat Otto der Erste und seine Nachkommen die obgedachte Aemter und Oerter zu Erblehn verliehen/ und bißweilen für eigen vergabet. Also seynd mehrentheils die Hertzogthüme und Graffschaften deß Reichs Erblehn worden. Es haben doch die Könige und Kayser viel Städte/ Thäler/ Gründe und Dörffer

Dörffer Ihnen und dem Reich vorbehalten / und gleicher Weiß wie die Könige und Kayser in Teutschlanden haben hochbegabet die Fürsten und Herren / also haben Sie auch nachmahls aus sonderbarer Gnade und Mildigkeit gefreyet die alte Städte / des Reichs Thäler und Flecken / denselben vergönnet eigne Regirung / deßgleichen einen mercklichen Theil der Zoll / Ungeldes und anderer Gefälle ihnen zugestellet. Confer Vadianum *de Collegiis & Monasteriis lib. 2.* Stumpfium *rerum Helveticarum lib. 4. c. 59.* Lehman. *Chron. Spir. lib. 4. c 1.*

XXII. Hoc autem genus contractus, quo res in feudum datur, utique in alienationem incidit, siquidem vasallo aliquod dominium, quod appellant utile, à directo distinctum tribuamus. Quomodo enim Dominus in alium dominium, quantumvis utile, transferre potest, ut non alienet? Licuit ergò sub Imperatoribus Saxonicis alienare res Imperii. Ergò & oppignorare. Gerlaco Archiepiscopo Otto filius Henrici Ducis Brunsvicensis vendidit Duderstedt. Serar. *p. 859.* Et Daniel Archiepiscopus Moguntinus Comitatum Reineccanum jure feudi caduci, & Kœnigsteinianam ditionem titulo beneficii Cæsarei: Archiepiscopus Coloniensis à Friderico I. Imperatore Ducatum Angriæ & Westphaliæ accepit. Münster. *Cosmogr. p. 500.* Archiepiscopo Trevirensi Henricus VII. Imper. Boppardum & Vesaliam oppignoravit. Henricus II. Imp. anno 1004. donavit Dogano Archiepiscopo Magdeburgico Gibichenstein cum pertinentibus septuaginta pagis & civitate Hallâ & suburbio Clauche / Neumarck / Lebekun / Conra. Episcopatus Bambergensis ab Henrico II. Imp. exstinctis Comitibus Bambergensibus possessionem suam accepit. Episcopus Herbipolensis jurisdictionem forestalem cum jure venandi in sylvâ der Steigerwald impetravit. Henricus II. Imp. dedit huic Episcopatui Brüxel & Rodenfels. Idem Henricus II. Imp. Meinvverco Episcopo Paderbornensi mortuis Comitibus Comitatum Werberg donavit, Cranz. *Metropoli. lib. 4. c. 4.* Et anno 1011. Comitatum Hahold. Hopenreich im Stammbuch *p. 54.* Episcopo Tridentino donavit Imper. Conradus II. Comitatum Tridentinum, cum valle venustâ, ut & oppidum Bozen. Episcopatum Basileensem Henricus II Imperator terris, arcibus & oppidis dotavit. Carolus IV. Imp. Comite Strombergensi bannito ditionem Stromberg dedit Episcopo Monasteriensi. Hammel-

Ergo licuit alienare res Imperii.

Exempla alienationum ab Impp.

melman. *in descript. VVestph.* Otto I. Ludolfo Episcopo Curiensi anno Christi 959. dedit mediam partem civitatis Curlensis, totum telonium, parochias S. Martini & Hilarii & sacellum Carpophori in Thrimmis. Hildebaldo Episcopo Otto I. largitus est anno 980. pensionem vectigalium pontis Clavennensis in prægalliâ perpetuò possidendam, Reinerus ab Ottone IV. regalia accepit. Fridericus II. Imper. de Comitatu Neuburg & Scharding/ ut Imperii feudis Ottonem Ducem Bavariæ investivit, deditque eundem Comitatum cum Greisbach & Ried Rudolfus Imp. in dotem filiæ suæ nuptæ Henrici Ducis filio Ottoni Duci Bavariæ. Fridericus I. pagum Rebdorff donavit. Episcopus Spirensis ex munere Henrici III. Imp. Rotenfels: Heinrici IV. Weiblingen & Herpheim accepit. Episcopatus Ratisbonensis Ottone III. Imperatore habet oppidum Pechlarn ad Danubium in inferiore Austriâ. Comites Palatini ab Imperio oppignorationis jure possident Lautern/ Oppenheim/ Nierstein/ Odernheim/ Ingelheim & Annweiler. Maximilianus I. Imperator post bellum Bavaricum loco impensarum Ducatum Neoburgicum addixit Ruperti Comitis Palatini filiis. Civitatem Leisnick cum toto districtu Henricus IV. Imper. donavit Comiti Wiperto de Groiz, cumque Imperator Alstedii comitia habuisset, reditus annuos in feudum dedit eidem Wiperto, ad trecentas auri marcas & tradidit arcem Dornburgensem cum omni pertinentiâ. *Chronicon Pegaviense.* Torgaviam Adolfus Imp. eripuit Comitibus de Torgau, vendiditque Anhaltinis, à quibus pervenit ad Fridericum Thuringiæ Landgravium. *Albinus in Chron. Misn.* Civitatem Culmbacensem, Hoff, Ludovicus IV. Imp. concessit Friderico II. Burggravio Noribergensi, à quo accepere Domini de Weida. *Peccenstein.*

Occurritur dubiis. XXIII. Quod verò Matthæus Paris ad annum MCCX. de Ottone IV. narrat, *quod juratus Papæ promiserit jura Imperii dispersa pro possibilitate suâ revocare, itaque per sacramenta legalium hominum Imperii, dominica castella sua ad dignitatem Imperii spectantia perquiri curasse, & quæcunque per recognitionem ad jus Imperii spectare didicisset, in usus suos converti,* id minimè eò pertinere puto, quasi jamtum Imperatori non

Matth. Paris explicatur. licuerit res Imperii alienare. Loquitur enim Paris de rebus, non quas Imperatores distraxerint; sed quas homines avari, injusti alienorum rapto-

raptores ad se traxerint. Quod & jam olim sub Carolo M. factum fuisse Capitulares *lib. 4. c. 34. ostendunt*, ibi: *Si quis proprium nostrum, quod investitura genitoris nostri fuit, alicui quærenti sine jussione nostra reddiderit, aliud tantum de suo proprio nobis cum suo lege componat. Et quicunque illud scienter per malum ingenium acquirere tentaverit, pro infideli teneatur, quia sacramentum fidelitatis, quod nobis promisit, irritum fecit, & ideò secundùm nostram voluntatem & potestatem judicandus est.*

XXIV. Nec magis alienationem Imperatorum constringit jusjurandum, de quo Speculum Saxon. *lib. 3. art. 54. Cum Rex eligitur, jurejurando homagium præstat, se velle Imperii secundum suum posse jura defendere.* Non enim sequitur: Qui sacramento adstringitur defendere jura, illius arbitrio non relinquitur alienatio. Defendere enim juuat non nisi contra injustas invasiones, occupationes, possessiones aliorum, tantum abest, ut hoc jusjurandum modum alienationi posuerit. Sanè Urstisius Chronico Basiliensi *lib. 2. c. 6.* refert, sub Imperatore Ottone I. decretum Imperii factum fuisse, ut nullum monasterium privilegiis constructum per manum regiam in proprietatem dare liceret, quamvis monasteria in dominio Imperatoris essent. Sed id auctoritate Juris Canonici religionis, piâque loci favore factum fuit. *Objectioni occurritur è Spec. Sax.*

XXV. An verò solus id Imperator potuit, an cum consensu Statuum? Quod posterius plerisque, in primis Limnæo *ad Capitul. Caroli V. art. VI. n. 5. & 9. ad verb* In ander Wege veræussern/ & ad Capitul. Leopoldi *tom. 5. J. P. p. m. 246.* placet. Mihi non liquet: Nec enim ad rem facit, si quis objecerit, quod in Comitiis Herbipolensibus anno 1216. statutum est, nullum principatum posse vel debere commutari vel alienari ab Imperio, vel ad alium Principem transferri, sine voluntate præsidentis Principis illius principatus, & pleno consensu ejusdem Ministerialium. Ex hoc enim colligo, ante hæc comitia id in usu fuisse, hactenus autem per sanctionem comitialem mutatum, ut in fraudem possessoris Principis & sine consensu Ministerialium posthac non debeat licere. Ergo Principatu vacante, vel feudo ad dominum reverso id licuisse consequitur. *An Imp. solus, an cum Statibus alienare potuit?*

XXVI. Porrò quod Henricus VI. Herbipolensi Episcopo, Austriæ & Bavariæ Ducibus anno 1220. corporali fide præstitâ promisit, quod nunquam aliqua bona, quæ ab Ecclesiâ Laureacensi ipse possi-

deret, alienaturus sit, obligando, vendendo, vel infeudando, & siquidem alicujus suggestione circumventus fuerit, quod aliqua bona prælibatæ ecclesiæ quocunque modo alienaverit id nullum robur firmitatis habere velit, nobis non officit. Id enim est ex privilegio, quod integrè ex avtographo extat apud Crusium *Annal. Suecic. part. 3. lib. 1. c. 5. fol. 19.* Unde sequitur, jus commune in contrarium fuisse.

Exempla alienationum à solo Imp.

XXVII. Nec desunt nobis exempla, quæ suppeditat horum temporum historia. Monasterium Altteich/ in ducatu Bavariæ, ad Imperium pertinens, Romanoque Imperatori annuum canonem, quem servitium regale vocarunt, solverat, Advocati ejus Comites de Pogen à Romano Imperio in feudum acceperunt, & usque ad tempora Friderici I. Imperatoris, qui monasterium unâ cum Advocatiâ, ob supervenientem inopiam Eberhardo II. Episcopo Bambergensi tradidit, possederunt: *Hundius in Metropoli. Salub. tom. 2. sub Rubricâ* Altaich. *& primâ parte* deß Beyrischen Stammbuchs/ *sub rubr.* Graven von Bogen *fol. 118.* Fridericus I. Abbatiam S. Mariæ in Pataviâ, cum omni integritate & honore, quo ad ipsum spectare dignoscebatur &c. ad Episcopatum Pataviensem Beato Stephano contradidit, tali conventione interveniente, ut Episcopus & ejus successores ipsi, & ejus successoribus singulis annis 40. libras Ratisbonensis monetæ Regio fisco de eâdem Abbatiâ persolverent. Monasterium Urspergense Philippus Imperator Berchtoldo de Neuffen oppignoravit. *Ursperg. chron. p. m. 237. Crusius ann. Suevic. parte 2. lib. 12. c. 45.* Fridericus II. Monasterium Imperiale Ober- und Nieder Münster in urbe Ratisbonâ permutationis contractu una cum Advocatiâ in civitatem Nordlingam, oppidum Oringam, ejusque Advocatiam in Episcopum Conradum Ratisbonensem transtulit. *Additionator Hundii in Metrop. Salub. tom. 3. rubr.* Ober Münster zu Regenspurg. Arnolphus Imperator & Otto I. Abbatiam Imperialem Moßburg in Bavariâ Episcopatui Frisingensi. *Hund. Metrop. tom. 2. rubr. Mosburg. fol. 504.* Henricus IV. Monasterium Imperiale Büren in Bavaria Episcopatui Frisingensi. Fridericus I. Monasterium Niedern Alt-Aich cum omnibus pertinentiis, cumque Advocatiâ Ministerialibus Eberhardo, Episcopo Bambergensi tradidit. Conradus II. Imperator Ernesto Duci Sueviæ Abbatiam Campidunensem in feudum dedit. *VVippo in vitâ Conradi.*

XXVIII.

XXVIII. In cunctis hisce alienationum exemplis, ne verbum de consensu Ordinum adhibito, & mirum sit, ni unus saltem & alter scriptorum monuisset, si necessario interponi debuisset, eum contra leges vel consuetudinem fuisse neglectum. Inprimis non tacuissent Clerici historias hasce tradentes, cum satis constat, quàm ægrè tulerint hasce rerum suarum alienationes. Porrò nec instrumento oppignorationis, quâ Ludovicus IV. Imp. Advocatiam Monasterii Lindaviensis Hugoni Comiti Brigantino pignori dedit anno 1334. ullam consensus facit mentionem. Verba ita habent: Wir Ludwig von Gottes Gnaden R. K. &c. thun kund allen denen die diesen Brieff sehen oder hören lesen / daß wir dem Edlen Mann / Hugen Grafen zu Bregentz und seinen Erben die Vogtey vor Lindaw über das Frauen Closter zu Lindaw versetzet haben für 200. Marck Silbers &c. Anno 1364. Cum Carolus IV. Comiti de Helffenstein oppignoraret Præfecturam, das Amanampt Civitatis Buchaviensis verba instrumenti ita habent: Wir Carl &c. thun kund &c daß wir mit wohlbedachtem Muthe / mit rechtem Wissen / und mit Kayserlicher Macht zu einen rechten redlichen Pfande eingesetzet haben &c. Simile instrumentum super alio pignore ejusdem Imperatoris eidem Comiti datum, eâdem formulâ fuit anno 1366. Eadem formula Wenceslai Imperatoris exstat über die Kellnhöfe vor Lindaw 1394. Ruperti Imperatoris 1402. Quæ singula & alia auctor deductionis Lindaviensis producit. Idem probat Privilegium Caroli IV. Civibus Francofordiensibus datum, ne liceat urbem oppignorare, quod exhibet Limneus *lib. 7. Juris publ. c. 17. n. 14.* Cum Ludovicus IV. Imperator civititatem Egram Johanni, Regi Bohemiæ oppignorasset, ita ad Senatum & cives Egranos rescripsit Anno 1315. Wir lan euch wissen / daß wir durch gemeinen Frommen und Ehre deß Reichs / und auch durch Friede und Nutz der Christenheit euch mit gewöhnlichen Dienst und Unterthänigkeit / der Ihr Römischen Reich schuldig seyd / dem Hochgebornen Johannes Könige vom Böheim / und deß Reichs getreuen Fürsten versetzet haben.

XXIX. Unde concludo, pace manium Limnei, qui superstes si non poterat, ut quisquam à se dissentiret, ante tempora Caroli fuisse Imperatoris arbitrio, res Imperii oppignorare. Et hæc nimirum causa est, quare omnes Sueviæ civitates, ut & quædam ex Rhenanis

nanis se privilegio de non oppignorando vel alienando muni..., quod Civitates cunctæ Imperiales in necessitatem Imperii servarentur, quâ emergente oppignorari invitæ ab Imperatore poterant, ut rectè scribit *Sprengerus in Lucernâ p. 228.* Neque enim verum est, quod sibi sumit Limneus, Imperatorem nostrum Imperii esse nudum tutorem, curatorem, administratorem, adeo argumentum, quod *n. 2. art. 6. Capitul. Caroli* à tutore pupilli privati ad Rempublicam pupillam nectit, ex arenâ vinculum est. Ergo cum Carolo V. cœptum est, jure Capitulationis, Electorum consensum requiri. Quærit autem Limneus *tom. V, Juris publici p. m. 246.* An in ejusmodi alienationibus suæ quoque sint partes reliquis Statibus? Quod affirmat. Ego dubito.

Limneus.

refutatur.

XXX. Quamvis enim persvadere velit, ac si à primis inde Reipublicæ Germanicæ initiis ad omnia summæ potestatis munia in publicis Comitiis proceres omnes sint tracti, nullâ Officialibus concessâ prærogativâ, usque ad seculum decimum tertium: Id tamen quia est facti, specificè probare debebat. Neque enim hîc conclusiunculæ ex generali politicâ, verisimilibus & conjecturis effictæ sufficiunt. In specie, inquam, probandum id erat, de alienatione rerum Imperii particularium. Quod nondum vidi præstitum. Deinde ponit quidem, at nec probat, rerum istarum particularium alienationes ejusmodi esse actus, qui ad summæ potestais, ut talis, munia pertineant. Sanè esto, reliquos Proceres juri suo nunquam renunciasse: At prius erat, ut ostenderetur, jus aliquod illorum fuisse. Longè alia ratio est, si violata Imperii jura ab exteris fuerint. Si integræ Imperii ditiones invadantur. Nam cum vindicare ea incumbebat Imperatori, referre ad Proceres Imperii eò conveniebat, cum ut de ipsius curâ & vigilantiâ constaret, cum, ut Principes, si bello fortè agendum, consilia conferrent. Non ergò propter consensum ad alienationem impetrandum, sed vel notitiæ gratiâ, vel ob erepta Imperii jura recuperanda, & quod res bellica ad status æquè ac Imperatorem pertineret, ad hos injuria ab exteris illata referenda fuit. Extra has causas, alienatio ad comitia non pertinuit. Quod exteri Reges sibi satis cautum non putarint, ni omnium Procerum consensus accesserit, ratio nimis debilis est. Non enim quæ majoris cautionis & prudentiæ sunt,

Obj.

R.

Instantia Limn.

Resp.

sunt, ideò necessaria absolutè sunt. Capitulationis verba, quæ solorum consensum Electorum postulant, tamdiu prout jacent, intelligi debent, donec contrarium liquidò probetur. Distant enim præconsultatio & consensus à se multis oppido parasangis. Si quod aliud ante Carolum V. obtinuit, id probandum est, non est enim de credendis. Sed hæc in acie disputationis validius pugnabantur. Et satis esto, de rebus, de quarum oppignoratione agitur. *Obj.*

XXXI. Jam, ut promisimus thesi XVII. de ipso titulo hujus nostræ alienationis videamus. Sed numquid frustra? cum indicem sui nomen pignoris secum ferat: Minimè sanè. Cum in discernendâ contractus specie ad intentionem & mentem contrahentium potius, quàm ad nomen, quo contractus appellatur respiciendum sit. *l. fin. C. quæ res pign. oblig. l. semper in stipulationibus, 34.* ibi Decius *ff. de R. I.* Menoch. *lib. 1. de præsumt. q. 16. num. 7.* Exemplum est in *L. si uno anno. aliàs §. Papinianus, l. ex conducto. ff. Loca* ubi contractus, quo annua pensio remittitur, dicitur & vocatur donatio, cum sit transactio. Alterum est in *L. Insulam. 6. ff. de præscr. verb.* ubi contrahentes utuntur vocabulo, vendidit, cum venditio non sit, sed articulus Do ut facias. Tertium in *l. l. si olei. 21. C. Locati*, ubi locatio vocatur, quæ secundum quosdam sit contractus innominatus. Vide Arunæum nostrum *lib. 2. decis. 5. n. 74.* Frider. Martinium *de censu c. 1. n. 2.* Valdè autem dubitant Jurisprudentes, de genere contractus hujus, utrum sit merum pignus, an cum pacto antichreseos, an emtio census, an venditio cum pacto redimendi, an peculiaris contractus, quem impignorationem vocari ait Martinius de jure censuum *c. 1. n. 7.* an nescio quid aliud. Etsi enim vocabula illa, Pfandschilling/ Pfandschafft/ Verpfändung/ si ad juris intellectum redacta pignus forent, tamen cum proferantur eo modo, in quo interpretatio tam juris, quâm usus communis loquendi haberi potest, tum potius accipienda erit interpretatio communis intellectus, quàm juris. *L. stipulatio a. 38. §. hæc quoque. 7. ibi Bartol. de V. O.* Roman. *cons. 4. n. 6.* Arumæ *part. 2. decis. 5. n. 74.* Besold. *thes. pract. rubr.* Pfandschilling. Non enim quod scriptum, sed quod gestum est, inspicitur. *l. 3. C. Plus. vol. od.* *De titulo alienationis.*

Non est pignoris contractus merus. XXXII. Et primo quidem merum non est pignus. Ex hoc enim creditor jus percipiendi fructus non habet, adeo, ut si absque domini voluntate saltem præsumtâ, pignore utatur, furtum committat. *l. si pignori. ff. de furt.* Panorm. *c. 1. x. de pos.* Sylvest. *verb. pignus.* Navar. *2. par. decr. c. 17. n. 204.* Et fructus perceptos, ut partem sortis in sortem imputare debet. *l. 1. C. de distract. pign.* Thomas Aquinas *22. Q. 78. art. 2. ad. 8.* Summenhart. *de contract. q. 2. concl. 5.* Quare nec pignus dicetur, cum pacto antichreseos. *non pactum antichreticū.* Nam cum pignore non liceat frui, sine hoc pacto, hoc verò, ubi additum est, ibi creditor fructus non ut pensionem seu reditum, sed ut partem sortis accipit, quod non ita fit in Pfandschafften/ palam est, nec oppignorationes Imperii pignus antichreticum constituere.

An venditio cum pacto retrovendendi. XXXIII. Wesenbecius, qui JCtus Germaniæ κατ' ἐξοχὴν audit, *parte 1. respons. 2. n. 90.* existimat esse contractum emtionis venditionis alicujus urbis, v. g. castri, præfecturæ, pagi, villæ, cum pacto retrovendendi. Ita & Zasius *cons. 12. n. 17.* Martin. Uranius *tom. 2. cons. 6. n. 3. & cons. 56. n. 5.* Wehner. *in obs. pract. verbo,* Pfandschafft & verpfänden. Consilium Acad. Ingolst. *tom. Illust. cons. 12.* Arum. *lib. 2. decis. 5. n. 75.* Georg. Eberhard. *1. cons. 54. n. 45.* Besold. *thes. pract. rubr.* Pfandschilling. Matth. Coler. *cons. 27. & 31.* *Est pignoris species.* Ego verò ex eo, quod actum esse formula concepta tinniat, contractus genus investigandum fore, ut non negem: sic pignus principaliter & primariò cont actum esse, si verbo hoc formula fuerit usa, censeo, quamvis emtioni-venditioni quam simillimum negocium hoc esse fatear. Quisquis enim contractus in essentiâ talis esse putatur, qualem figura literarum demonstrat. Bald. *in c. 1. n. 2. de feud. dato invic. L. commiss.* Egregiè Consultationes Saxonicæ *lib. 1. q. 52.* Mynsing. *obs. cent. 6. obs. 70.* *Probant id, vetera instrumenta.* Producemus aliquot exempla formularum, ex quibus constet, quid acti sit. Ea quâ Ludovicus Bavarus Advocatiam Lindaviensem oppignoravit, ita habet: Daß wir die Vogdey vor Lindaw über das Frauen-Closter zu Lindaw versetzet haben für 200. Marck Silbers/ also/ daß er und seine Erben die inne haben sollen und mögen mit allen Rechten/ Ehren/ Nutzen und Gewohnheiten/ die dazu gehörend/ und davon gefallen mögend/ und sind die Höfe zu Reitnaw/ zu Schönaw ꝛc. als lang wir oder unser Nachkomen am Reich die vorgenante Vogdey und Satz durch Recht/ dazu gehörend von ihm

oder

oder seinen Erben umb die 200. Marck Silber gänzlich wieder erledigen und erlösen: Formula Caroli IV. Procuratori Sueviæ Comiti de Helfenstein edita: Haben ihm zu einem rechten redlichen Pfand eingesetzt und versetzt das Ammann Ampt in der Stadt Buchaw und die gewöhnliche Steuren/ die Sie uns jährlich von des Reichs wegen geben ꝛc. umb 3000. Pfund guter Heller/ als die im Lande gäng und gebe sind/ und sol er und seine Erben die vorgeschriebene Ampt/ Steuer/ Leut und Gut inhaben und geniessen/ als da vor geschrieben steht/ als lang biß daß wir ꝛc. dieselben Ampt/ Steuer ꝛc. um sie gelösen und gelebigen. Idem cum augeretur sors credita, ita: Daß wir uf Pfandschafft/ das ist das Amman Ampt in dem Marckte zu Altorff das Amman Ampt in der Stadt Buchaw ꝛc. mit allem gewöhnlichen Steuren/ die Sie uns und dem Reich schuldig sind zu geben/ jährlichen und mit allen Nutzen/ die dazu gehören / die Ihm vormahls von uns und dem Reich um 3000. Pfund Heller versetzet und verpfändet sind ꝛc. ꝛc. 2000. fl. von unsern sondern Gnaden und mit rechten Wissen drauf geschlagen und verschrieben. Geben und verschreiben auch mit diesem Brieff also daß er und seine Erben dieselben Pfandschafft also lang in rechts Pfandweiß/ ohne allen Abschlag der Nutz/ inhaben/ nützen und niessen sol ꝛc.

XXXIV. Ex hisce formulis claret, primo pecuniam subesse, adeoque ex mutuo, deinde creditam esse, sub pignore in creditorem translato, tertio, ita translato, ut ejus proprium fieret, vel irrevocabiliter; vel revocabiliter, restituto nempe hoc casu credito, & quarto, proprietate ita in creditorem translatâ, ut fructus rei pignoratæ suos faciat, nec in sortem cogatur imputare. Nihil hic obest, quo minus pignus esse possit, nempe Fiducia. Nam regulariter jure Teutonico pignoris dominium transit in creditorem; Jure, inquam, Teutonico, non Saxonico solo; sed & Suevico. De Saxonico supra dictum, de Suevico vide speculum Suevicum c. 311. Erant enim, saltem sub Imperatoribus Suevicis, duo regni Teutonici summa Prætoria, seu tribunalia Reichs-Pfaltzen/ Saxonicum & Suevicum. Sachsen Sp. *lib. 3. c. 64.* Schwaben Sp. *lib. 1. c. 108.* Fabricius *lib. 1. Orig. pag. 80. 81.* Albinus *in Chronico Misnico tit. 15. p. 92. 93. tit. 16. p. 204.* Heiderus *discursu* von Reichs-Vogteyen *p. 5. 7. 39. 40.* Aventinus *lib. 4. p. m 383. n. 30.* Sub Suevico forum sortiebantur Germania inferior seu Belgica, Lo-

Nempe ea, quæ in Cod. Theod. Fiducia.

Erant regni Teutonici duo summa tribunalia. Reichs-Pfaltzen.

tharingia, Burgundia, & Arelatense regnum: Saxonicum forum competens erat, Bohemiæ, Moraviæ, Silesiæ, Poloniæ, Littaviæ, Livoniæ & Prussiæ. Hac de re ita scribit Goldastus: Nach Absterben Kayser Friederichs des II. als das Reich viel Jahr ohne einen gewissen König gewesen / auch eine Zeitlang gar öde gestanden / ward das Reich beyden hohen Pfaltz-Grafen am Rhein und Saxen / nach ihren habenden und tragenden Ampt befohlen / der Ertz-Pfaltz am Rhein das Kayserliche Hof- und Cammer-Gericht / mit samt der gantzen Kayserl. Hofhaltung / Regalien / und andern Königlichen Hoheiten / ausserhalb der Cron- und Fahnlehn / als den obersten Richter des Reichs. Schwaben Spieg. *lib. 1. c. 24. § 2.* und *lib. 2. c. 144.* Gülden Bull *c. 5. in pr. Carolus V. in confirm.* der Handlung deß Vicariats *fol. 242.* der Ertz Pfaltz Saxen das Kayserliche Hof-Gericht zu Magdeburg. *Ibid.* und im Weichbild. *art. 10.* Quia itaque utriusque Prætorii & Suevici & Saxonici jus in eo conveniunt, ut pignoris dominium in creditorem alienetur, constabit, opinor, quod probandum suscepimus, contractum non alium quærendum esse, quàm Fiduciam, ubicunque mentio fit einiges Pfandschillings / Verpfändung / Pfandschafft.

Pignus non soli mutuo: sed & aliis negociis accedebat.

XXXV. Sed id pignus, ut maximè fiebat frequentissimè in securitatem pecuniæ creditæ: Non tamen putandum est, soli mutuo accessisse; sed omni negocio, ubi cautio desiderabatur. Sic Stratam Montanam Archi-Episcopus Moguntinus Dieterus Electori Palatino Friderico oppignoravit, ob præstitum sibi auxilium contra Adolfum Comitem Nassovium, & sumtus belli, atque proinde ex causâ mandati, certè Negotii gesti, tam diu possidendam donec à sede Moguntinâ centies mille floreni refunderentur. Quibus, superioribus annis, refusis ex dispositione Pacificationis Westphalicæ *artic. 4. §. cum autem certa.* Strata montana ad pristinum dominum rediit.

Strata montana, Berg-Strase.

Similis causa hæc fuit. Cum Ferdinandus II. Imperator summam imperii bellici nomine ligæ Catholicæ in Bavarum, & si quid damni faceret, Cæsar ei restitueret. Hi sumtus postea computati sunt in summam XIII. myriadum, seu millionum Rhenanorum, quos Cæsar Bavaro deberet, & in securitatem Austria superior, Oesterreich Ob der Enß Bavaro pignoris nexu cedebatur *Theatr. Europ. tom. IV. pag. 657.* Idem Ferdinandus II. Johan. Georgio I. Electori Saxoniæ pro sum-

sumtibus bellicis oppignoravit Lusatiam, quam anno 1635. hereditario jure ei cessit.

XXXVI. Erunt autem fortasse, quibus παράδοξον videbitur, jus fiduciæ, quod jam tempore Justiniani exoleverat, inque proprio solo natalitio dudum occubuerat, Teutonico solo asserere, & ex umbris & cineribus Quiritum resuscitatum Aboriginibus nostris vindicare. Sed hi erunt ferè, qui historiam juris ex fontibus nunquam curarunt imbibere: In quorum gratiam provinciam hanc in me suscipiam, ut rem ab ovo repetam. Sub Regibus itaque Italiæ Gothicis, in Italia vim legis obtinuit jus Codicis Theodosiani, Cassiodoro totas fermè inde constitutiones referente. Vide Jac. Godofredum *prolegom. ad Cod. Theod. pag. 191.* quia partes ostendit, usum hujus Codicis in Ostro Gothis. Nam & Theodorici Edictum, quod 154. capitibus constar, totum fermè exinde collectum est, ut ipsemet testatur in fine ejusdem. Gelasius P. R. in decreto Ivonis *parte 1. c. 18.* ad Theodoricum: *Certè est magnificentiæ vestræ leges Romanorum Principum, quas in negotiis hominum custodien das esse præcipit, multo magis circa beati Petri Apostoli sedem pro sua felicitatis augmento velle servari.* Ubi per Leges Romanas intelligit Codicem Theodosianum. Hincmarus Rhemensis *Ep. 4. c. 6.* editionis Moguntinæ: *Sextus decimus liber legum, quibus unà cum sacris canonibus sancta moderatur Ecclesia.* Is est 16 liber Codicis Theodosiani. Non dubium igitur est, Codicis Theodosiani usum seculo V. tum in Oriente, tum Occidente fuisse usque dum Justinianus in Oriente, usum ejus minueret, imò obliteraret. In Occidente de Italiâ jam diximus, ubi quamdiu Gothi rerum ibi potiebantur jus Justinianum nunquam evaluit. In occidentis partibus & quidem Galliis quæcunque pars adhuc Romanis post exterarum Gentium, Francorum, Visigothorum, Burgundionum, irruptiones parebat, Theodosianis legibus constanter usa est, ut vel ex Sidonii Apollinaris loco *lib. 2. Epist. 1.* liquet. Scribit ibi ad Ecdicium Comitem & Magistrum militum Anthemii per Gallias, de Seronato ex Aturibus Aquitaniæ, quæ in potestate Gothorum erant, tanquam certissimâ patriæ suæ peste, & injustissimo incubatore, inter cætera ita: *Exultans Gothis, insultans Romanis; illudens Præfectis, colludensq; numerariis,* LEGES THEODOSIANAS *calcans, Theodoricianasq; proponens, veteres culpas nova tributa requirit.*

Codex Theodosianus in Italia regnantibus Gothis obtinuit.

Et in Galliis, quæ adhuc Romanis suberant.

Secq in locis, ubi gentes ad. venæ, & quid ibi.

XXXVII. Quæ verò provinciæ in exterarum nationum jura migraverant, utroque jure regebantur. Romani enim exteris immixti Theodosianas leges retinebant. Hinc Alaricus Visigothorum Tholosæ Rex Romanarum legum collectionem instituit, quibus Romani inter se disceptarent, quam potissimum ex Codice Theodosiano, tum ex Gregoriano, Hermogeniano, Pauli sententiis, Caji institutis, atque ex Novellarum corpore per Anianum, Referendarium, ordinante Gojarico Comite, confecit, ut docet ejusdem Commonitorium. Hæc Codicis Theodosiani epitome diu post Justiniani corpus anno Domini 570. sub Clotario Rege Francorum Juventuti Galliarum prælegebatur, ut tradit Gregorius Turonensis *lib. 40. c. 41.* usque dum anno Domini 640. circiter Chindus Windus ejus usu interdiceret subditos suos *tit. 1. lib. 2. LL. VVisigothicarum.* Neque sic tamen usus ejus penitus cessavit, ut Recisvindo filio denuo visum fuerit vetare. Porrò Burgundionum eadem per Gallias fuit ratio, vide LL. Burgundionum *tit. 60.* Et Sigismundi Regis additamentum *tit. 1. c. ult.* Cum verò Franci rerum domini facti subactis Gothis anno 507. & Burgundionibus anno 532. & ipsi legibus Theodosianis locum reliquerunt, adeò ut Clotharius A. D. 560. constitutione suâ, quæ exstat *tom. 1. Concil. Galliæ* præcipiat, inter Romanos negocia causarum Romanis legibus terminare. Idem & reliqui Francorum Reges fecerunt, quod pulcrè ostendit Goldastus, præfatione der Reichssatzungen. Ibi: Als Keyser Carl der Grosse an das Reich kommen/ und zu Erhaltung Fried und Ruh durch alle sein Reich eine General Reformation fürgenommen/ alle Stände geistlich und weltlich in eine beständige Ordnung zu bringen/ hat er auch unter andern obgedachtes Alaricianum corpus (compendium Codicis Theodosiani) der R. Keyser auffs neue revidiren lassen / und Alarici commonitorio tanquam à se profecto auctoritatem legis perpetuo valituræ bey den Francken aus seiner Macht Vollkommenheit gegeben/ wie zu Ende desselben Commonitorii geschrieben stehet: *Recognovimus. Dat. sub die IV. Nonas Febr. anno XXII. Alarici Regis Tolosæ. Et iterum anno XX. regnante Carolo Rege Francorum & Longobardorum & Patricii Romanorum.* Hucusque Goldastus. Cum itaque Jus Justinianum in Occidentem ante Lotharium Saxonem pedem nunquam posuit, certè haut stabilem

Leges Theodosianæ diu post Justinianum valuere.

Et quid, sub Francis,

lem nec autoritate publicâ: à Francis verò penitus receptum non sit, contra verò Leges Theodosianæ in Galliis & omni regno Francorum per Carolum M. admissæ, inque Corpore Alariciano Fiduciæ jus habeatur, quis dubitet, quin regno Teutonico si non nomen, res ipsa tamen recepta fuerit. Et hinc igitur fiduciæ pignus Jure Saxonico & Suevico transit in proprietatem creditoris, ut supra diximus. Et hactenus de prohibitâ oppignoratione rerum Imperii.

Res ab Imperatoribus oppignoratæ nõ debent relui, capitulationibus Impp.

XXXVIII. Nunc videamus de retentione rerum oppignoratarum, de quâ Capitulatio Caroli articulo IV.

Und in alle wege sollen und wollen wir die Teutsche Nation/ das Heilige R. Reich/ und die Chur-Fürsten/ als die förderstẽ Glieder desselben/ auch anderer Fürsten/ Graffen/ Herren/ und Stände bey ihren Hoheiten/ Würden/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ Macht und Gewalt/ jedem nach seinen Stand und Wesen bleiben lassen ohne Unser und männigliches Eintragen und Verhindernüß/ und Ihnen dazu ihre Regalien/ Obrigkeiten/ Freyheiten/ Privilegien/ Pfandschafften und Gerechtigkeiten/ auch Gebrauch und gute Gewohnheiten/ so sie bißher gehabt haben/ oder in Ubung gewesen sind/ zu Wasser und Land in guter beständiger Form ohne alle Weigerung confirmiren und bestätigen/ Sie auch dabey als Römischer König handhaben/ schützen und schirmen/ doch männiglich an seinen Rechten unschädlichen. Ita & secutæ Capitulationes Ferdinandi I. Rudolfi II. (Nam Capitulario Maximiliani II. non habet) Matthiæ, Ferdinandi II. Ferdinandi III. Ferdinandi IV. Leopoldi, sed hæ duæ posteriores cum pluribus additionibus auctius. Ubi res oppignoratæ, puta, antequam prohibitæ essent oppignorari, creditoribus manere jubentur, reluitione cessante. Id quod confirmatur in Pacificatione Westphalicâ *art. 5. §. 9.* his verbis: *Quod ad oppignorationes Imperiales attinet, cum in Capitulatione Cæsareâ dispositum reperiatur, quod Electus Romanorum Imperator, Electoribus, Principibus cæterisq; Statibus immediatis Imperii ejusmodi oppignorationes confirmentur, atque illos in earundem tranquillâ & quietâ possessione defendere ac manutenere debeat, conventum est, hanc dispositionem, donec consensu Electorum, Principum & Statuum aliter statutum fuerit, observandum esse, atque propterea civitati* Lindau, *nec non* Weissenburgo in Noricis *redditâ rite oppignorationes Imperiales ipsis ademtas illicò & plenariè restituendas.*

Et pacificatione novissimâ vetantibus.

XXXIX.

Discrepantia textus Germanici & Latini in instrumento Pacis.

XXXIX. Ubi observandum, quod in vernaculæ linguæ exemplari, tam eo quod Lipsiæ apud *Timotheum Ritschium anno 1648* typis exscriptum est, quam quod in Theatro Pacis quod Noribergæ *ab Endteris* prodiit *anno 1663.* nec non illo, quod in theatro Europæo *parte 6. pag. 669.* repræsentatur, insignis discrepantia reperiatur, circa restitutionis Lindaviensis causam: Loco enim verborum; *Redditâ sorte*, Germanicum exemplar habet, bey Wiedererstattung vorigen Standes/ id est, *restituto pristino statu.* Quæ duo nimium quantum inter se sunt diversa. Item, quod in Latino est, *VVeissenburgum in Noricis*, Germanica editio exprimit, Weissenburg in Nürenbergischen/ pro eo, quod debuit, in Nortgaw. Nortgoia autem, ut scribit Zeilerus *in Itinerario Germanico cap. 4. pag. 109.* non solum Noribergensium ditionem: sed & civitates, Amberg/ Neumarckt/ Cham/ und andere zur Obern-Pfaltz gehörige Orth/ wie auch den Egrischen und Elnbogischen Creyß/ Item Bareut/ Creußen/ und andere Marggräfflich-Culmbachische Ort/ das Bisthum Eichstatt/ die Reichs-Stadt Weissenburg/ die Gemein-Stadt Weyden/ das Sultzbach- und Hyppolsteinische Gebiet und Landgraffschafft Leuchtenberg ꝛc. complectitur. Confer Atlantem, von der Obern-Pfaltz.

Oppignoratio der Kölnhöfe vor Lindaw.

Ceterum de causa Lindaviensi ita habendum. Possederat Lindavia in insula Aeronii lacus sita, urbs imperialis, per annos ducentos ab Imperio jure pignoris advocatiam super villas Colonarias, Kölnhöfe / in quatuor pagis Lindaviensibus, anno 1334. ab Imp. Ludovico Comiti Hugoni Brigantino pro 200. argenti marcis, & postea anno 1364. à Carolo IV. Comitibus Helfensteiniis una cum aliis juribus pro ter mille libris Hallensibus oppignoratam, à quibus ad civitatem Ulmensem anno 1328. devenit, quæ vicissim Imperatori Wenceslao cessit, à quo anno 1394. Marquardo à Schöllenberg denuò oppignorata, eademque summa aliquoties aucta, & tandem anno 1430. florenis 1300. exsolutis ad ipsam civitatem rediit. Quorum mansorum sive Humbarum nomine postea inter ipsam civitatem & Abbatissam Lindaviensem de Jurisdictione territoriali & Advocatiæ oppignoratæ jure lis mota fuit. Sub Imp. Maximiliano I. impetravit Lindavia, ut Hubæ istæ in posterum nec alienari, nec hypothecæ dari, nec redimi debeant, nisi ab ipso Imperatore & ad manus ipsius Imperii. Hoc verò non atten-

attento Ferdinandus II. anno 1628. Hugoni Comiti de Montfort Advocatiam istam civitati anno 1430. nomine Imperii oppignoratam, concessit, qui exsoluto urbi oppignorationis pretio non solùm advocatiam, quæ sola ad Imperium spectat, sed etiam pagos cum Hubis ibi sitis occupavit. Civitas verò demonstraverat Hubarum proprietatem ad Abbatissam, Jurisdictionem ad civitatem, ad Imperium non nisi Advocatiam pertinere. Vicit itaque civitas & art. 5. Pacificationis restitui jussa est in Advocatiam, quod evenit quoque. Vide acta Londorpii continuata *lib. 4. p. 531.* De Weissenburgo autem videri potest Knipschilt. *lib. 3. de Civit. Imperial. c. 57.*

Oppignorata civitati Weissenburgo Noricorum.

XL. Quæritur itaque, an hæc promissio Imperatoris de jure subsistat? Si enim audimus Joh. de Selva, & ex eo Parladorium *2. rer. quot. cap. fin. p. 1. §. 7. n. 4.* svadebunt, signaturas, quas dederit Papa antequam exeat de conclavi, ubi electus est, nullius esse momenti. Cui consonat, quod scriptum est apud Palatium Rubeum *in rubr. de donat.* irritas fore donationes, quas in primis sui Principatus auspiciis Rex fecerit, si in suæ dignitatis, reive publicæ dispendium cedunt, quem refert & sequitur Nevizanus *in sylv. nupt. lib. 6. num. 55.* In his ergo casibus suadent judicibus, ne statim exsequantur, sed ad Regem ipsum referant, secundamque exspectent jussionem. Et quamvis alii hoc putent accipiendum, nisi in Regiis literis adjecta fuerit clausula: *Ex certâ scientiâ*; *Proprio motu*; *Potestate absolutâ*; *legibus non obstantibus*, de quarum clausularum vi, vide Dn. Præsidis *Lexicon particularum*, in, *Motu proprio*, & ; *Non obstantibus legibus.* Minuendam tamen esse hanc sententiam Parladorius censet. Id quod eo firmius concluditur inde, quod Imperator in Capitulatione juret, sich auffs höchste zu bearbeiten/ und allen möglichen Fleiß und Ernst fürzuwenden/ das jenige so vom Reich abkommen / als verfallene Fürstenthum/ Herrschafften und andere/auch confiscirte und unconfiscirte merckliche Güter/ die zum Theil in anderer frembder Nation Hand ungebührlicher weiß gewachsen/ zum förderlichsten wieder dazu zu bringen/ zueignen/ auch dabey selben zu lassen. *ar. ic. 9. Capit. Car. V.* Quomodo ergò jurans oppignorata se revocaturum esse, jurare poterit, se non passurum ut revocentur? Præsertim cum necessitatem revocandi demonstrat Julius Flugius, Episcopus Naumburgensis in celebri oratione de Repub. Ro-

Promissio an sit valida, quæ ab Imperatore in Capitulatione fit Rat. dub.

Romanâ, quam Goldastus inseruit politicis Imperialibus, ubi inprimis vectigalia & cætera pignora revocari suadet.

XLI. Sed & Nicolaus Cusanus *lib. 3. de concord. Cath. c. 30.* in specie hoc ulcus tangere videtur, his verbis: *Est insuper alia imperii destructio: quoniam cum Imperator solum administrator in utilitatem Reip. existat, sæpe per pacta Electorum sua quærentium intrat regimen. Et occupata contra jus imperialia, ob jusjurandum repetere non audet, telonia gravantia Remp. deponere, ac alias utiles ordinationes facere, & per antecessores inconsultè absque omnium conventu amoris inordinati aut affectionis vel sanguinis tam in præjudicium imperii donata vel impignorata revocare inhibetur. Et sic fit, ut dum Electores sua quærunt, ita sibi creditâ potestate abutantur, quod eis concessa potestas pro bono imperii in ejus destructionem convertatur. Quoniam Imperatores non deberent permitti ab ipsis facere alienationes præjudiciales, Imperatori ipsi assistere deberent, ut semper Augustus esset: sed quia eum ligant, ne ipsis donata vel obligata aliquando fiscè, vel per consanguineos aut parentes, qui imperio præfuerunt: tacent dum idem facere vident Imperatorem, ne se ipsos damnent. O cæcitas maxima: non credant principes de bonis imperii divites fieri, & permanere aliquamdiu? Curantibus enim omnibus sua augmentare, imperio ad nihil tendente: quid sequitur, nisi universorum destructio? Quoniam non existente potentiâ majori conservativa, & pacativa imperii invidia, eâdemque semper crescente cupiditate, bella, schismata, divisionesque faciet, & tunc sicut omne regnum in se divisum desolabitur iniquè collectum. Decipiuntur itaque Principes sub imperio, dum ob illum finem attrahunt & colligunt undique imperialia ut potentiores & fortiores fiant: quoniam postquam totam capitis & imperii potestatem membraque laniaverint & deglutiverint, desinet hierarchicus ordo: non enim est primus, ad quem concurratur. Et ubi non est ordo, ibi est confusio, & ubi confusio, ibi nullus tutus. Et sic nobilibus inter se altercantibus jus omne in armis propriis quærentes surgent: quoniam sicut principes imperium devorant, ita populares devorabunt Principes.*

Solutio dubii circa articulum nonum capitul.

XLII. Si jurat ergo Imperator Imperii beneficia seu feuda Imperio vindicare, quomodo jurare poterit, effecturum, ut possessores ea retineant? Nimirum Articulus IX. de duobus cavet, alterum est, ne Imperator res Imperii donet, hypothecæ supponat, oppignoret, & quibuscunque modis alienet. Alterum, ut quæ Imperio subducta,

ducta, avulsa, inde alienata recuperare velit. Prius illud prohibet in futurum, adeoque articulo tertio non obstat, qui de præterito quid habendum circa res Imperii pignoratas statuit. Posterius, quid juris circa jam alienata statuit, ut ea nempe Imperator recuperet: Sed quænam illa? Non sanè quæ Status Imperii justo titulo ab Imperatore possident. Hæc enim in fine §. 9. disertè excepta intelliguntur per verba: Doch männiglich an seinen gegebenen privilegien/ Rechten und Gerechtigkeiten unschädlich. Nec alienata extra Imperium sunt, quam intra Imperium ab ordinum aliquibus possessa teneantur. Sed ea quæ Imperio subducta so vom Reich abkommen/ verfallene Fürstenthum/ Herrschafften/ & hujus generis alia, caduca, exstincta, vacantia, ut & fisco vindicata, & quidem si alicujus pretii, merckliche Güther/ & in manibus exterorum injustè ungebührlicher Weise detineantur. Et de his intelligendum puto privilegium Comiti Palatino Electori datum, & à longo tempore quæsitum, à quæ Cæsaribus confirmatum, ut loca & dominia Imperii à Cæsaribus extra Imperium alienata & oppignorata ipsi eodem pretio, eisdem conditionibus reluere & redimere liceat, ut scribit Freherus *Orig. Palat. c. 16.* *Comitis Palatini privilegium.*

XLIII. Quæsitum & hoc memini, utrum jus retinendi pignora pertineat ad res, quæ vel ex conventione reluitionis sunt expertes, vel de quarum etiam reluitione in instrumento nihil fuit expressum, von unablößlichen/ oder solchen Pfandschafften/ bey denen keine Wiederlösung bedinget worden. An verò & ad eas, quæ reluitioni sunt obnoxiæ? Limnæus ad Capitulationem Caroli putat, quæcunque nomen pignoris, Pfandschafft/ habeant, reluitionem admittere, idque per naturam pignoris. Igitur confirmationem ab Imperatore factam non posse reluitionem impedire. Non enim confirmationem extendi ad non expressa in confirmato. Diversa esse oppignorationem confirmare, & reluitionem pignoris tollere. In Capitulationibus §. 4. confirmari oppignorationes: In §. verò nono immunitatem à reluitione ab Imperatore, sed cum consensu Electorum tribui: Sed mutavit sententiam propter Pacificationis recentioris *art. 5. §. 9.* Sed etsi absque Pacificatione esset, rationem Limneum fugisse facile ostendi possit. Nam ne res, quas constat reluitioni obnoxias non esse, reluantur, non opus erat Capitulationis speciali provisione, cum *Jus retinendi ad quæ pignora pertineat? Reluibilia an irreluibilia? Limneus ad non reluibilia refert, sed mutat sententiam.*

id, quod actum esset, ostenderat ipso & mero jure possessores tuos esse, & si de facto injuriâ afficerentur, ad tribunal ordinarium recurrendum. Ideò rectè scribit Daniel Heiderus *in deductione Lindaviensi pag. 447.* Daß die Stände des Reichs solche pignoratitias confirmationes aus mitgefolgter observantz bißher dahin verstanden/ daß sie den ohnwiederrufflichen allodial und feudal Regalien/ Obrigkeiten/ und Privilegien/ unter denen sie in confirmationibus promiscuè gesetzet und erzehlet werden/ dißfals gleich zu achten/ und derentwegen von confirmirender Keys. Mai. selbst nicht zu reluiren / oder wieder auffzuheben seynd/ bevorab die jenige/ welche nicht von hoher Würdigkeit ꝛc. zumahln auch in eines Standes Reichs-Anschläge gebracht worden. Falsum autem est, quod confirmatio §. *quarti* tantùm contractum pignoris confirmet, ut Limneo videtur. Imò possessionem: Verba: Bey ihren Rechten/ Gerechtigkeiten bleiben lassen/ &, Sie auch dabey als Römischer König handhaben/ schützen und schirmen. Quò magis mirer judicium Limnei, qui cum propter verba Pacificationis mutasse sententiam fateatur, mutare tamen propter verba Capitulationis noluit, quæ eadem sunt, atque verba Capitulationis. Capitulatio: Ohne alle Weigerung confirmiren und bestätigen/ sie auch dabey handhabe/ schützen und schirmen. Pacificatio: Confirmare atque Status in earundem tranquilla & quieta possessione defendere ac manutenere.

Pignoratitius dominus seu creditor facit fructus suos.

XLIV. Postquam naturam & genus contractus hujus & alia id genus vidimus, nunc effectus etiam quosdam paucis pro instituto delibabimus. Et quia demonstratum à nobis est, dominium pignoris in accipientem transire, consequens est, ut & fructus perfectè faciat suos pignoris novus dominus. *Dd. in l. 2. C. de pact. int. emt.* nec in sortem eos imputare tenetur. Mart. Uranius *tom. 2, consil. 56. num. 5.* Non minus enim est dominus pleno jure, à quo revocari potest aliquo casu fundus, certâ lege redhibendus. Tiraquell. *ad l. si unquam. C. de revoc. don. n. 36. & seqq.* Wesemb. *consil. 109. n. 75. & cons. 123. n. 13.* Est enim regulare, ut fructus dominium sequatur. Argol. *cons. 55.* Nec ad rem facit, quod in pacto addictionis in diem, ut & legis commissoriæ fructus restitui debeant: quoniam in oppignoratione non fit resolutio contractus ipso jure, sed demum impletâ potestativâ conditione exercitâ nimirum lege reluitionis. Tiraq. *de retr. convent. §. 2. gloss. 1. n. 39. & seqq.*

XLV.

XLV. Porrò quia res pignorata transit cum omni causa in creditorem, qualis fuit apud pignoris dominum den Pfandsherrn / ideò si res Imperii oppignorata fuerit, quæritur, an jure aliarum provinciarum rerum jurisdictioni territoriali subjiciatur? Sanè per hanc translationem non solùm dominium, sed etiam exercitium & commodum jurisdictionis, si qua eo loci fuerat, in rem pignoratam adquiritur. Concessio enim territorio universali concessa est quoque omnis Jurisdictio, ut notant Dd. Butrio, Jason. & alii in *l. 1. & l. imperium. ff. de Jurisd.* latè Baldus *cap. 1. de Capitan. qui curiam vend. n. 1. cum seqq.* Sed quid in causa appellationis creditori habente privilegium de non appellando. An ad Cameram nihilominus appellabitur? Videtur ita, quia alienatio rem cum eâ causâ transfert, quâ esset futura, si apud eum, qui alienat, res mansisset. *l. 18. §. 2. ff. de pign. act.* quod in omni alienatione res ejusque causa sic transit, qualis esset futura, si apud eos mansisset. *l. alienatio. 67. ff. de contr. emt. l. traditio. 20 §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* Quia translatum adhuc idem esse creditur. *l. filio quem. ff. de lib. & post. Azevedo lib. 9. Const. Hisp. tit. 17. l. 2. n.* 41. Sed in confesso est, quod ante oppignorationem immediatè ad Cameram appellare potuerit: Privilegium autem de non appellando ad Cameram contra Imperii supremitatem ab Impp. concedi non possit: sed et ipso jure nullum. Nulla enim pragmatica sanctio? nulla sacra annotatio, quæ juri generali adversatur, valet. *l. fin. C. si contra jus vel util. publ.* anorm. *in c. cum non liceat, n. 16. in fin. de præscript.* Ubi dicit, quod Imperator non possit concedere privilegium omnimodæ exemtionis, quia esset lacerare imperium, & abdicare à se Jurisdictionem, quod non esset possibile. *arg. l. pen. §. 1. de Offic. Præf.* Vid. Gilman. *tom. 1. lib. 2. tit. XI. voto. 5.* Hinc in oppignorationibus Austriacis appellationes Camera recipit apud Meichsnerum *tom. 3. decis. 26.* ibi: *Non puto obstare privilegium Austriæ, nam respondetur, Cameram ab antiquo esse in contrariâ possessione, appellationes* am Landgerichte *interpositas recipiendi.* Conf. Gilman. *tom. 2. part. 2. vot. 8.* Wehner. *tom. 6. Symphorem. c. 2. n. 1.*

Res pignorata est sub jurisdictione domini pignoratitii.

Quid in appellatione?

XLVI. Sed hæc opinio non est tuta, Jurisdictio enim computatur in fructu rei. Ideò ad creditorem tamdiu pertinet, donac ad pristinum dominium revertatur. Vid Wehner. *tom. 2. symphor. c. 7. p. 219. in Observat. Pract. Rubr.* Pfandschilling. *p. m.* 551. ubi adducit exem-

plum civitatis Oppenhemii, cujus judicium, ut ut Imperii esset, tamen appellatur ad Palatinum. Et sic judicatum refert in causa Mainz contra G. Reeras und Consorten / daß die Sache durch geschehene appellation ans Kayserl. Cammergericht nicht erwachsen / sondern ans Churpfältzische Hofgericht gehörig. Idque tanto firmius nunc concluditur, ex quo perfecta & inamissibilis alienatio pignorum per Capitulationem & Pacificationem facta est, per quam res pignoratæ unitæ irrevocabiliter sunt de territoriis tenentium eas. Inseparabilis autem unio rem ejusque naturam alterat, & priorem quasi confusione quâdam extinguit *per text. in Nov. 8. c. 2. & l. 20. §. tyranna ff. de instr. vel instr. leg. Bart. ad l. 36. C. de Appell. in fin.* Quemadmodum de Comitatu Valentinensi & Diensi judicat Guido Papæ *decis. 265.* Quâ de unione, augmento & accessione Doctores passim tractant. Baldus *in cap. 1. §. præterea Ducatus, in quæstione, quæ incipit; sed quid si Marchionibus &c. circa fin. de prohib. feud. alien. per Frid. Bartolus in L. insulâ. ff. de A. R. D. Guilsel. de Cuneo in l. si convenerit. ff. de pignor. act. Jason. in l. fin. vers. ad prædicta. C. de V. S. Et l. quod in rerum. 24. §. si quis post. 2. in 1. notâ. ff. de Leg. 1. Præpositus in c. 1. §. fin. de invest. de re alien. fact. Roman. cons. 343. & 383. Molineus consuet. Paris. §. 7. n. 32. Guido Papæ, decis. 489. Covarruvias Pract. Quæst. c. 1. Azevedo lib. 6. ad Const. Hisp. tit. 2. Rubr. n. 215. Angelus. cons. 247. Socin. junior. cons. 28. n. 21. Cacheranus decis. 22. n. 1. Choppinus lib. 1. de LL. Andium c 62. n. 3. & lib. 2. q. 3. c. 1. tit. 1. n. 3. & 4. Cravetta de antiq. temp. par. 4. c. 1. num. 11. & Consil. 454. Decianus cons. 32. n. 29. lib. 2. Natta consil. 636. n. 88. Decianus resp. 112. num. 69. vol. 3. Regner. Sixtinus consil. Marpurg. 14. n. 91. 98. 108. Card. Tuschus. Pract. concl. 229. & seqq. & conclusione 242. verbo: Unio & unita Ecclesia.* Imprimis Victor, *de caus. exemt. concl. 19. & lib. 1. class. 4. c. 17. à n. 95.* Quod diximus de Jurisdictione, idem etiam circa reliquas qualitates & onera dictum puta.

Jus patronatus rei oppignor. an in pignoratitium transeat?

XLVII. De jure Patronatus quid statuendum? Id in creditorem non transire. *c. cum Bertoldus. x. de re jud. & ibi Abbas n. 7.* ait, hunc intellectum esse verum & communem. Sed juvat speciem ejus Decretalis collatâ collectione tertiâ pressius intueri. Bertoldus quidam miles curiam suam in Westhusen (ita enim legendum, ut compilatio III. disertè præfert) cuidam Pelegrino, qui & ipse miles, pignori dedit,

it, exceptô sibi nominatim jure Patronatus in Ecclesiâ in hoc fundo nstructâ. Eodem P. sublato de medio Artongus nepos ejus, qui ccessit eidem, Argentinensis diœceseos vacante Ecclesiâ ejusdem ci in Westhusen asserens, quod jus Patronatus cum universitate ansivisset in eum, Brunum Clericum ejusdem diœcesis ad preces bo- : memoriæ C. Argentinensis Episcopi (forte Conradi de Himen- urg sexagesimi numero Episcopi Argentinensis) ejusdem loci Archi- acono præsentavit & instituit. Bertoldus, dominus feudi, asserens retinuisse expresse jus Patronatus fundo obligato T. sacerdotem emorato Episcopo præsentavit: Sed Episcopus admittere noluit. ortuo Episcopo dictus T. egit adversus Brunum Clericum coram gentinensi Electo, à quo appellatum est ad Rhemensem Archiepi- pum Cardinalem, tunc Episcopum Prænestinum, Apostolicæ se. Legatum. Is fuit Guido ex Abbate Cistericensi Cardinalis, de- o in capitulo: *Dilectus x. de Offic. Legat. & c. Dilectus. x. de Prebend.* chiepiscopus absolvit Brunum. Causa denuò subdelegatis man- tur, à quibus Brunus ad Pontificem appellat. Pontifex dicto T. judicat Ecclesiam, quia constabat eum fuisse præsentatum à vero trono, nempe à domino feudi, cui inhærebat jus Patronatus.

XLVIII. Ex his constat, malè Doctores negare, jus Patronatus n transire in creditorem pignoratitium cum universitate. Casus m dicti cap. est de exceptione, nec regulam infringit. Exceptionis itia in eo est, quod Bertoldus oppignorando fundum nominatim reservasset jus Patronatus. Ergò eô non reservato transiisset cùm versitate. *c. cùm seculum & c. ex literis x. de Jure Patron.* Quare con- cto secundum mores Germaniæ pignore & per universitatem do- nio translato, etiam jus Patronatus transfertur. Confer Finckel- sium *de Jure Patronat. c. 5. n. 11. & seqq.* Dissentientes autem, inter os est auctor Consiliorum Andreæ Gailio adscriptorum *part. 2. cons. n. 8.* loquuntur de pignore, cujus dominium in creditorem non isit. Vid. Cujac. *ad d. c. 18. x. de sent. & re jud.*

XLIX. Quæritur & hoc, cui competat jus confiscandi re pigno- î debitori an creditori? Videbatur debitori, cum sit inter regalia, : nisi specialiter exprimantur, non transeunt. Nam Princeps non est alienare regalia per verba generalia, sed specialibus opus est, ut in

ut in *l. 1. C. ne sine juss. Princ. c. sedes 15. x. de Rescript. Socin. cons. 123. lib. 4.* Gravetta *cons. 95. n.* 10. Zasius *epit. feud. part. 5. n.* 11. Bald. & Alex. *in l. 1. ff. de Offic. ejus, cui mand. est jurisd.* Riminaldus *in l. imperium ff. de Jurisdict.* Sed & hic videndum quid acti sit. Regalibus enim in genere oppignoratis, saltem mero imperio, nisi bonorum publicatio consignatè excepta sit, & hæc quoque transit. Cui enim competunt Regalia eidem & Fiscalia. Confiscatio enim bonorum debet competere domino altæ justitiæ, ut loquuntur Subbasilicani. Chassan. *rubr. 2. de confisc.* §. 1. *pr. n. 40.* Matth. de Afflict. *c. 1. §. si quis aliquem. n. 16. de pace tenenda.* Vid. Argentoratenses. *cons 1. q. 1.*

L. Quid verò? pignoratitius dominus an poterat religionem reformare, mutare, aliamve inducere? Hanc quæstionem ventilarunt jamdudum Dillingenses JCti, si modo JCti fuerint auctores, in compositione Pacis *c. 6. q. 39.* inque negativam ivere; sive Status aliquis Augustanæ Confessioni addictus civitatem oppignoratam reformare, sive ipsa civitas subditos suos ad confessionem Augustanam reducere velit, quos sequi videtur & Besoldus *Thesaur. Pract. Rubr.* Pfandschilling. *§. ac notandum.* Sed ex Pacificatione Westphalicâ videtur dominium utilem seu pignoratitium creditorem reformare potuisse. Dum enim disponit *artic. 5.* quod Dominus directus in terras antehac pignoratas, & demum ad se reversas suæ religionis exercitium publicè possit introducere, apparet dominum utilem antea aliam religionem introducere potuisse. Quod apud Augustanæ confessionis ut & Reformatos Ordines tantò probabilius, quia religio territorium sequitur. At diximus supra res pignoratas uniri territorio pignorantis. Quid? si in re assecuratâ investitus creditor, jure feudi ut teneret. An reformandi jus habebit? Ita videtur. Cùm enim per feudum utile dominium territorialis potestatis transferri possit, utique etiam transferetur religionis exercitium juri territoriali inhærens, quod concedunt Dillingenses *q. 39. n. 91.* Sed hodiè post novissimam pacificationem si Pontificius vel Lutheranus Status religionem pro se mutare velit, alterutramque harum religionum amplecti, tenendæ sunt regulæ Pacificationis, quod id ei liceat: Sed incolæ & subditi non coguntur solum vertere, aut suam religionem, in cujus quacunque anni 1624. parte professionem exercuerunt, deserere. Quod si Lutheranus Sta-

tus

tus ad Reformatos, vel hic ad illos transeat, neuter horum suæ religionis exercitium in territorium introducere potest: sed suæ conscientiæ solus ipse relinquitur.

LI. Sed ut tandem finiamus, quæritur, quis indicare vel designare teneatur, quæ & quot sint illæ res, quæ pignoris nexu domino pignoratitio oppositæ habeantur? Ubi Dd. pro regulâ tradunt, quod Vasallus, emphyteuta, vel quisquis denique confitetur, se ab alio possidere, ad id teneatur, alioquin omnes res, quas ipse tenet, præsumuntur ex istâ causâ teneri. Hostiens. *in Summâ tit. de Feud. §. Quibus mod. vers. Quid si vasallus.* Alber. de Rosate *in l. Titius. 2. n. 2. de act. emt.* Per *l. fin. ff. de pignor. act. Nov. XVII, c. 8. l. forma. 4. In verbis: Referatur & nomen fundi. ff. de censib. l. si quis argentum. §. si verò reditum. C. de donat.* Hinc compellatus ad designandos fines, si non obtemperat, intelligitur in dolo esse. Jacob. de S. Georg. *de feud n. 12. verb. dictique vasalli promiserunt.* Wehn. *cons. Franconi. 72. n. 7. verb. adducitur hac ratio.* Sed fallit regula quando ipse possessor in probabili versatur ignorantiâ. Alvarot. *in c. si vasallus. n. 10. si de feudo fuer. controv.* Zasius, *Epit. feud. pag. 7. n. 25.* And. de Isern. *§. illud quoque n. 4.* Quo casu si adest expressio generalis pertinentiarum, vel unico manso satisfieri potest, dominus plures pertinentias probet. Rosenthal. *de feud. cap. 12. conclus. 15. à pr. n. 21.* Maximè si possessor rem per triginta annos possedit ut suam. Thoming. *vol. 1. consil. 10. n. 41.* Sed & possessorem hac demonstrationis necessitate liberari Dd. communiter volunt, si juratô affirmaverit, se demonstrare id non posse Jacob. de S. Georg. *de feud. ver. dictiq. vasalli, n. 15. ad fin.* Sichard. *cons. feud. 6. n. 65.* Rosenthal. *de feud. c. 8. quæst. 33. num. 4. in fin. & gloss. lit. B.* Dn. Tubingenses *consilio* 180. Et hæc quidem hactenus.

Quis teneatur specificare res pignori nexas, dominus pignoris, an pignoratitius?

Exceptio.

EXERCITATIO TERTIA.

De Cursu Publico, & Angariis & Parangariis, deq; Temonario onere.

CAPUT PRIMUM.

SUMMARIA.

Munera. Honores. Sordida munera. Angariæ. Cursus Publ. duplex velox, gravis. Xenoph. Cyroped. Fr. Jun. notatur. Parasanga. Auctor Cursus Publ. Augustus Imp. Finis primarius. Locus ejus duplex. Iter Publ. & via militaris differunt. Jus Postarum est Regale. 2. F. 56 in feudum concessum. Comites de Taxis. Sub infeudatio locum in eo habet. Responsf. JC. Lovaniens. de concessione in prejudicium Vasalli. Statibus Imperii an competit.

THES. I.

Munerum, quæ JCtis officia, onera & necessitates dicuntur, quæque à singulis præstari in publicum Reip. interest, alia Sordida appellari, alia cum dignitate conjuncta seu Honores, tralatitium est. Ista rebus viliotibus aut molestioribus expediendis occupantur, quæ si personis in dignitate positis aut bene de Rep. meritis imponerentur, dedecus foret & injuria; Ita quam Temonis necessitatem Impp. in *l. 12. C. de excus. muner.* appellant, Temonum vocat injuriam quoad hos, qui in Sacris Scriniis referuntur, *l. 4. C. de Prox. Sacr. Scrin.* Sordidorum munerum series in *d. l. 12. C. de excus. mun.* & *l. 15. & 18. C. Th. de extraord. s. sord. mun.* extat. Inter ea quoque Angariæ & Parangariæ & Paraveredi referuntur *l. 2. C. de Præpos. Sacr. Cubic.*

II. Angariarum nomine imprimis Cursum Publicum, eumque velocem, quem vocat Arcadius Imp. *l. 62. C. Th. de Curs. Publ.* venire, tam certum est, quàm, quod utrumque, & res & nomen, à Persis originem trahit: quanquam postea, ubi Augustus Imp. Institutum Persicum, ut antea Græci, Angariæ de Vehiculari potiùs Cursu, eoque tan-

tandem gravi illo & tardigrado usurpatæ, qui & Clabularis dictus, *l. 11. C.h.t.& l.62. C. Th. eo.* & aliis. De utroque deinceps, sed quasi per saturam differemus.

III. Atque Cursum Publicum, quas POSTAS, Gallico voculo, hodie indigitamus, à Cyro Sapientissimo Rege, excogitatum refert Xenoph. VIII. de ejus vita & disciplina libro: qui & si, monente Cicerone ad Q. Fratrem non ad Historiæ fidem scriptus sit; sed ad effigiem justi imperii, adeò, ut Jos. Scaliger non dubitet asserere in toto illo libro veri nihil esse, præter nuda nomina & mentionem duorum triumve eventuum; ut Babyloniæ captæ & Crœsi victi, *Vid.Voss.de Hist.Græc.l.1.c.V.* Præterquam tamen quod saltem hoc ipsius Xenophontis foret inventum, utpote non minùs prudentissimi militis, quàm insignis Historici & præclari Philosophi; etiam aliàs certum est. Persarum Regibus publicum cursum fuisse frequentatum. Non enim Herodotus modò lib.VIII.de Persicis hisce Cursoribus loquens, ait, τῦτο τὸ δρόμημα τῶν ἵππων, καλέυσι Πέρσαι Ἀγγαρήϊον id quod Jonicè pro Ἀγγαρεῖον dictum; sed & Suidas pluribus refert τὺς Ἀγγάρυς Persico vocabulo appellatos τὺς βασιλέων ἀγγέλυς, Regum tabellarios, γραμματοφόρυς, Ἀςάνδας quoque Persicè vocatos. Et quoniam hisce Cursoribus fas erat, cujusvis equos vel naves, aut ipsos etiam homines rapere ad cursum, ut hodie apud Turcas, teste Laonico Chalcondyla, *lib. IX. Histor. Gent. Turcic. Lips. Cent. Ep. 59.* hinc Ἄγγαροι etiam hi appellati οἱ ἄτρακτοι καὶ νωθεῖς, καὶ οἱ ἐπὶ τὸ καθοδηγεῖν συμπαραλαμβανόμενοι, ignavi inertesque, qui sic abrepti, ut duces sint itineris, *notante ex Lex. suo Ver. H. Stephano Thes. Gr. L.* Et Verb. ἀγγαρεύειν, aut, ut à posterioribus Græcis, ut Harmenopulo scribitur, ἀγκαρεύειν, cogere ad tale servitium præstandum, *Suidas. Matth. c. V. & XXVII.* Ἀγγαρείαν porrò idem Suidas notat esse ἀνάγκην καὶ δυλείαν ἀκέσιον, καὶ ἐκ βίας γινομένην ὑπηρεσίαν. Quæ tamen de Persicis illis primis institutis Barbariem spirantibus intelligenda, quam Romani à suo Cursu Publico procul abesse voluerunt. Nihilominus tamen etiam apud Rom. posteriores vox Angaria generatim de necessariò subeundo labore fuit usurpata, quem Galli Courvve, nos frohnen/ & speciatim in re militari, schantzen appellamus. *Veget. l. 1.* si longior expeditio emergit, in angariis plurimum detinendi sunt, pro-

 culque

cuique habendi à civitatis illecebris. *Vid. Nic. Rigaltii Gloss. Tactic. Mixto Barb. p. 12.* Inde Angariæ dicuntur Frohnfuhren/ Frohndienst. *2 F. 56.* de quibus postea.

IV. Persica cæteroquin vox cognatæ stirpis videtur esse Syro: נגר attraxit, in Aphel אַגַּר ἄγγαρ, ἄγγαρος nuncius & coactus, & alios cogens; cumque ר sæpe in λ mutetur, videtur ejusdem originis etiam Gr. ἄγγελος & ἀγγέλλειν esse. Παραγγαρεία, parangaria hybrida vox est, ex angaria & Gr. παρὰ, uti & pa averedus, de quibus postea. Ludit verò Fr. Junius, fingens nescio quid vocabuli *Parasangara, & Parasibangarus,* atque exinde esse vocem *Parasanga*, h. e. spatium XXX. stadiorum, quantum scil. cursor angarius ab una mansione ad alteram decurrebat, licet Voss. *de Vit. ser. m. Lat. l. 1. c. 5.* Gener Soceri laudet conjecturam. Nec dum constat, tam brevis intervalli fuisse ista stationes, h. e. quatuor milliar. Rom. Vet. vel unius Leucæ seu spatii Horarii, juxta computum Lipsianum, *d. Ep. 59 C. 3.* Sed hæc ad τὺς τῶν Γραμματικῶν παῖδας.

V. Ad locum Xenophontis: ex quo apparet, Cursum publicum apud Persas Equestrem fuisse, stationes & stabula, die Posthäuser/ Poststallungen æqualibus intervallis dissitas, quas Galli Postes vocant, quasi Positas stationes. Deinde fuisse etiam Magistrum certum qualibet statione constitutum, Postmeister/ qui literas curaret, & homines veredosque summitteret fatigatis, & huic subjectos qui equos curarent Hippocomos vocant Græci, & Romani recepto ab illis vocabulo. Denique diurnus regulariter Persis fuit Cursus, non in horas, ut die noctuque curratur, ut hodie præcipuæ Postæ. An verò ex Fisco sumtus in Cursum fusi, hîc non exprimitur, ex antea tamen allatis conjicitur haud temere, onus fuisse Subditorum.

VI. Pedestrem Cursum Græcos recepisse, indubium est; vocabant enim Cursores suos *Hemerodromos*, i. e. Cursores diarios, qui per diem integrum continuò currunt. Nam & apud hos noctu ordinariè quiescebant. Equis an hoc cursu publico Græci usi, firmiter se nescire fatetur Lipsius, in Livio tamen legi, *Lib. XXXVII.* Ti. Sempr. Gracchum acerrimum juvenem, per dispositos equos propè incredibili celeritate, ab Amphissa Pellam tertio die pervenisse. Quò pertinet, & quem Suidas affert locum, in quo ἄγγαρος Adjectivè ponitur,

tur, λεῖαι ἀγγάρων ἡμιόνων, quos H. Steph. conjicit, fortè potiùs mulos esse, quibus nuntii illi celeres usi fuissent.

VII. A Græcis ad Romanos transeamus. J. Lipsius ex *C. Cæsaris l. 3. de B. C.* loco: *Vibullium, omnibus opidis, mutatis ad celeritatem jumentis, ad Pompejum contendisse.* Iterumque in eodem: *Nuncios, per dispositos equites, de Victoria Cæsaris, Messanam allatos.* Fuisse rem in usu ante Imper. Augustum, sed vix publico sumtu aut curâ, ac dixerim, *inquit*, privatos, lucelli causâ, equos sic elocâsse & præbuisse, præsertim Magnatibus notisque viris. Sanè *Sveton. de Jul. Cæs. c. LVII.* Longissimas vias incredibili celeritate confecit, expeditus *meritoriâ rhedâ*, centena passuum millia in singulos dies. Planè Octavius Augustus Imper. & Cursum Publicum Jure Imperatorio instituit, & hoc adinvenit, ne in singulis mansionibus equi mutarentur cùm equis, ut vehiculis partim, partim pedibus fieret. Idem Sveton. *in Aug. c. XLIX. Et quo celerius ac sub manum annuntiari cognoscique posset, quid in Provincia quâque gereretur, juvenes primò modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula disposuit: commodius id visum est, ut qui à loco eidem perferrent literas interrogari quoque, siquid res exigerent, possent?* Viæ militares publicæ sunt, quarum exitus, aut ad mare, aut in urbes, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem, & ita differunt à Vicinalibus, quæ quidem publicæ, sed exitus earum alius, *l. 3. D. de loc. & it. publ.* Landstrassen & appositè, Heerstrassen/viæ Regiæ, ad has cursus publicus ab initio ita fuit restrictus, auctoritate Regiâ: Erantque stratæ ubique lapide aut glareâ, atque ita æquabiles, & sine salebris, faciles & meabiles curribus eoque minùs incommodi in Vehiculis, ut Lipsius jam observavit. Sequentibus tamen temporibus, fortè quòd viæ non semper repararentur, aut quum ad vicinas gentes nuncii mitterentur, equorum quoque usus fuit receptus. Sed & hoc observari licet, cum ut ex Svetonii loco liquet, Augustus Cursui Publico vias militares destinarit, Constantini jamtum ævo suum sibi iter publicum. Cursus habuit, velox ille, contra Clabularis & Par Angariarum viæ militari relictus. *l. 4. C. Th. de Curs. Publ.* ibi: *Si à publico itinere aliquâ militari viâ devertendum fuerit, ubi evectio non erit, publicis utemini agminalibus.*

IIX. Constat igitur satis de fine primario inventi Cursus Publici,

blici, quem publicæ utilitatis nomine comprehendunt Impp. Constantin. & Constans *l. 2. de Cohortal.* in qua & Judicum seu Præfectorum tanto muneri dignitas & prærogativa continetur. Patet hinc etiam Causa & fons constituendi hujus Cursus, summa videl. Potestas Civilis, seu Majestas, cujus partes singulæ Jura Majestatica itemque Regalia vocantur; Imp. Fridericus *2. F. 56.* inter Regalia recenset etiam angariarum & parangariarum, plaustrorum & navium præstationes. Etsi verò Imperator hic non intelligat Cursum Publicum seu Postarum jus, quippe quod ejus ætate vix amplius in usu videtur fuisse, sed ut antea monitum, operas subditorum vehiculares, Anspann/ Frohnfuhren/ Frohndienste in genere: Tamen & Jus Cursus Publici vi vocis Angariarum primævâ continetur, & jure meritò summæ in Rep. Potestati vindicatur, quia quæ ad publicam utilitatem & statum pertinent, illius propria quasi sunt.

IX. Quamobrem nec hodiè fas est dubitare, Jus Postarum Cursusvè publici seu constituendi supremum Magistrum Tabellionum, General Postmeister / ad S. Cæsaream Majestatem pertinere. Circa A. C. 1577. Rudolphus II. Imper. Cursum Publ. instauravit. Imprimis verò Matthias Imp. Baronem Lamoralem de Taxis A. 1615. Magistrum Postarum Generalem per Germaniam Super. & Infer. instituit, *Hornik. de Jur. Postar. c. V.* Quam familiam Comitum dignitate assumtâ, tantum non CC. annis in Hispania, Italia, Belgio Rei Cursoriæ præfuisse idem refert, c. *6.* & quidem novâ & feudali ratione, quâ instar feudi Gvardiæ ipsi hoc officium concessum, quum suis quidem sumtibus Postas erexerit, vicissim verò reditûs suos faceret. Quæ nova ratio longè melior veteri utrâque, neque enim Fiscum, neque Provinciales aggravat.

X. Subinfeudationem quoque hîc locum invenire, non ambigo; etiam pretio interveniente, *Dn. Struv. de J. Feud. C. XII. S. XI.* Neque dominum feudi in præjudicium hujusmodi vasalli Tertio concessionem posse indulgere hactenus jure responderunt JCti Lovanienses A. C. 1627. *apud Hornik. de J. Post. c. XIX.* nisi, in quantum Statibus Imperii Jure territoriali & Angariarum pro salute suæ cujusque Provinciæ institutio Cursus Publici competere videtur præsertim imminentibus bellis civilibus, ùt tum erant tempora. Hinc verba Recess.

Imp.

Imp. de A. 1542 non negligenda: Und damit man auch jederzeit zu und von den Obersten der Nothdurfft nach Botschafft habe/ wollen gemeine Stände Ordnung geben/ daß derhalben eine Post an gelegene Mahlstatt gelegt/ unterhalten werde 2c.

XXII. Atque consuetudine cernimus etiam Status & Principes Imperii Jure constituendi Cursus Publici & Postarum gaudere, etsi non sine omni contradictione Aulæ Cæsareæ; pro qua Regula quidem militare videtur: Quæ in Capitulatione vel Ordinatione Imperii Ordinatione Imperii Ordinibus ac Statibus non expresse asseruntur, competere soli Cæsari; idque propterea, quòd Ordines per Capitulationem &c. certa sibi jura reservarunt. Pro statibus tamen, præterquam; quòd Jus Cursus Publici Jure Territorii & Regali Angariarum & Parangariarum Statibus in feudum dato Jure contineri videtur; dissentiente licet *Hornick. de J. Post. C. XIX.* etiam exceptio allegari potest, nisi quædam jura consuetudine jam tum sint confirmata. Quæ denique consuetudo etiam ratione nititur, quum Statibus Imperii & analoga competat Majestas cuilibet in suo sibi territorio, & cura utilitatis publicæ, quam & primarius finis & secundarii intendunt, pariter incumbat. Unde ipse etiam Imp. tanquam Status Imperii per Provincias Hæreditarias peculiarem Magistrum Postarum instituit, de quo *V. Hornick. c. VI. & XIX.* Ut enim Cursus Publicus est medium conservandi Jus P. & B. *Lips. 4. Pol. X. 12. & l. 5. 16. 20.* itemque Commerciorum; ita quâ ratione Statibus illa concessa sunt, eâdem & hoc videri potest. Sed nostrum non est, tantam componere litem.

CAPUT III.

SUMMARIA.

Fines secundarii. 1. Vectura Magistratuum in Provincias, Mancipes Præbendorum. Casaub. not. Spartiani locus. L. 2. 20. C. h. t. Libra auri. Cohors. Feudum de Curte. L. 6. C. h. Tribonianus defensus contra Jac. Goth. 2. ad Legationes obeundas, l. 16. eo. ducum dignitas & origo. differentia inter Cursum Publ. Veterum & Postas Hodiernas. Privatorum evectiones prohibitæ. Jus Hodiernum.

TH. I.

TH. I.

EOrum igitur tres potissimum possunt constitui, quorum duo Jure Romano, ultimus Hodierno obtinent; Vectura Magistratuum ex Urbe in Provincias missorum, vel à Vicinis gentibus Legatorum, & denique Privatorum commerciorumque utilitas.

II. Ante Octavium nihil opus tali subsidio Magistratibus Provinciarum: cum præstò ipsis adessent præbendorum mancipes, qui equos, mulos, tabernacula & quicquid ad iter necessarium, de publico exhiberent, ait Casaub. ad Spartian. Talis Manceps seu Publicanus conductorvé publicus Vendidius Bassus celebratur *à Gellio l. XV. c. IV.* victum enim sibi ægrè quæsisse, eumque sordidè invenisse comparandis mulis & vehiculis, Magistratibus, qui sortiti Provincias forent, præbenda publicè conduxisse; in istoque quæstu notum esse cœpisse C. Cæsari, & cum eo profectum esse in Gallias. Qui quum postea, ignobilissimus priùs, Pontificatum atque Consulatum adeptus esset, eam rem tam intoleranter tulisse Pop. Rom. ut vulgò per vias urbis (ita enim pro Verbis legendum videtur) versiculi proscriberentur;

Concurrite omnes Augures, Aruspices,
Portentum inusitatum conflatum est recens,
Nam mulos qui fricabat, Consul factus est.

Quod Gellius publicè conducere appellat, id Svet. *in Aug. c. 36.* publicè locari solitos fuisse mulos & tabernacula Proconsulibus. Quod utrique Publicè fieri dicitur, id S. Pompej. Festus à Populo fieri vocat. *Manceps*, ait, *dicitur, qui quid à Populo emit conducitvè. Dioni Lib. LIII.* ἐργολαβῶντες παρὰ τῦ δημοσίυ Mancipes igitur seu Publicani à Populo seu Republ. seu Fisco vel Ærario conducebant Præbenda Magistratibus, acceptâ certâ mercede, ut Magistratus gratis transveherentur in Provincias.

III. Sed quod antea è Casaubono allatum est, quidquid ad iter necessarium fuisset Magistratibus, Mancipes de publico exhibuisse, in dubium vocari potest ex locis Gellii & Suetonii citatis. Iste enim præbenda illa Magistratibus in Provincias ituris cônstitisse testatur in vehiculis & mulis præstandis. Hic verò, Octavium auctorem fuisse, ut Proconsulibus ad mulos & tabernacula, quæ publicè locari solebant, certa pecunia constitueretur. Ex quo patet, ante Augustum non-

nonnisi mulos cum vehiculis, & tabernacula publicè præberi solita fuisse, cætera suis aut Provincialium sumtibus Magistratus comparâsse: Augusti demum instituto, subsidium quoque pecuniarium fuisse adjectum. Sed & eos, qui Legem Curiatam h.e. ad populum per Curias congregatum latam de imperio militari, non habuissent, viatico publico fraudatos fuisse, atque ita suo sumtu per omnia in provincias ivisse, ex Cic. *lib. 1. ad Famil. Ep. pen.* colligit Rosin. *l. 7. Antiq. Rom. c. 42.* argumento licet non aperto satis. Pro Casauboni tamen sententia facere videtur Dio *loc. cit.* & quem ipse allegat ad locum Svetonii, *τὸ μὲν γὰρ πάλαι ἐργολαβοῦντές τινες παρὰ τοῦ δημοσίου πάντα σφίσι τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα παρεῖχον.* Miraturque interpretes Dionis in re nota errasse omnes, itaque ipse vertit: *Nam olim quidem erant, qui prebenda ituris in Provincias publicè redimerent, & quid quid iis muneris sui causâ opus esset, exhiberent.* Verum haud ignotum est Græcè scientibus, *τὸ φέρειν* hoc in significatu non præcisè indigentiam & necessitatem inferre, sed saltem pertinentiam, & id quod more ac jure cuique competit. Quare ex istis quidem Dionis verbis nihil colligitur, nisi ea, quæ præberi solita Magistratibus, Mancipes exhibuisse. Sed & Ciceronis, quem Causab. *in Æl. Lamprid. pag. 375. è lib. IV. in Verrem.* allegat, locus, nihil probat, nisi his, qui cum potestate aut legatione in Provinciam essent profecti, argentum & vestem de publico datam, mancipium non item, quippe quo aliàs uterentur, de cæteris ejus generis igitur idem facilè judicari poterit. Neque idem Lampridius Ciceronis hac de re testimonium citans, aliud docet, nisi argento & necessariis veteres instruxisse abituros, putà quæ necessaria essent ad hanc potestatem dignè obeundam, quibus si absque illa foret, ipsi non uterentur. Verba Lampridii hæc sunt: *Judices cum promoveret Alex. Severus, exemplo veterum, ut & Cicero docet, & argento & necessariis instruebat, ita ut Præsides Provinciarum acciperent argenti pondo vicina, phialas senas, mulos binos, equos binos, vestes forenses binas, domesticas singulas, balneares singulas, aureos centenos, cocos singulos. Et si uxores non haberent, singulas concubinas (quod sine his esse non possent) reddituri depositâ administratione mulas, mulos, equos, muliones & cocos: cætera sibi habitur, si bene egissent: in quadruplum reddituri, si malè.*

IV. Livius *Lib. XLII.* initio, instrumentum militare videtur appellare, & quia ibi rem omnem dilucidè exponit, meretur locus adscribi:

L. Postumius Cos. iratus Praenestinis, quod cùm eò privatus, sacrificii in templo Fortunæ faciendi causâ, profectus esset, nihil in se honorifice, neque publicè, neque privatim factum à Prænestinis esset: priusquam ab Roma (ad agrum publicum à privato terminandum in Campaniam) *proficisceretur, literas Præneste misit, ut sibi Magistratus obviam exiret, locum publicè pararet, ubi diverteretur, jumentaq; cum exiret, inde præstò essent. Ante hunc Cos. nemo unquam sociis in ulla re oneri aut sumtui fuit. Ideò Magistratus mulis tabernaculisque, & omni alio instrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent sociis: privata hospitia habebant, ea benignè comiterque colebant; domusq; eorum Romæ hospitibus patebant, apud quos ipsis diverti mos esset. Legati, qui repentè aliquo mitterentur, singula jumenta per oppida, iter quâ faciendum erat, imperabant: aliam impensam socii Magistratus Rom. non faciebant. Injuria Consulis etiamsi justa, non tamen in Magistratu exercenda, & silentium nimis aut modestum aut timidum Prænestinorum, jus, velut probato exemplo, Magistratibus fecit graviorum indies talis generis imperiorum.* Hæc Livius. Iniit iste Cos. Magistratum cum Collega M. Popilio Lænate A. V. C. 580. ante C. N. 171. Igitur ab illo tempore usque ad Octavium August. cœpit commeatus Magistratuum ad Provinciales transferri, ut ea, quæ antea de publico data, præberentur, etiam ulteriùs per mancipes, sed quos quisque sumtus de suo antè faciebat, eos deinceps Provincialibus Magistratibus exemplo hujus Postumii Albini imperarunt. Nam quod exemplo fit, id etiam jure fieri putant, & aliquid atque adeò multa addunt & afferunt de suo, ait Cic. *l. IV. Ep. 3. ad Sulpit.* Qui idem etiam *l. III. Eph. X. ad App.* testatur: *Ad me*, inquiens, *adire quosdam memini, qui dicerent, nimis magnos sumtus legatis decerni; quibus ego non tàm imperavi, quàm censui, sumtus legatis quèm maximè ad L. Cornel. decernendos; atque in ipso me non perseverâsse, testes sunt rationes civitatum; in quibus, quantum quæque voluit, legatis tuis datum induxit.* add. *Ep. VIII. ejusd. lib.* Non possum non itaque à Casauboni sententia hactenus discedere, quòd ante Octavium Magistratibus nihil opus subsidio fuisset; sed omnia necessaria à Mancipibus suppeditati; Nihil certè ab his præbitum, nisi quòd è Fisco seu de publico daretur: cætera ad iter necessaria suo sumtu ante Postumium curabant; Post eum Magistratus Provinciales seu decuriones onerati plerisque omnibus. Atque videtur Augustus Imper. ad illos ipsos levandos, instituisse

stituisse illud subsidium pecuniarium, de quo modo Sveton. Num verò plurimorum Magistratuum avaritia scopum hunc attingi passa fuerit, non temerè dubitari poterit.

V. Atque hactenus quod ad Cursum Publicum pertineret, nihil allatum fuisse, fateor; sed & eò ipso ab eodem summo Viro, Js. Casaubono dissentire iterum cogor. Is enim loco allegato in Spartianum Constitutionem Hadriani Imper. de Magistratibus in Provincias ituris interpretans, multa coacervat, quæ planè dubiæ sunt fidei. Ait in cursu publico etiam eorum, qui illum usurparent, sumtus intervenisse. Quâ auctoritate id dicitur? Certè Cursores Ordinarii, quos Postiliones vocamus hodie, suis sumtibus non usurparunt Cursum: Privatis portò planè non licuit. Milites verò quis diceret suis sumtibus vehiculatione uso? Res ergò eò redit, Magistratûs in Provincias ituros Cursu Publico usos, Potuit id quidem fieri, & sine dubio sumtibus propriis, quoties Cursus Publicus fuit Fiscalis: Sed quid opus fuit Magistratibus uti hoc Cursu, quum jam tum, antequam is institueretur ab Octovio, onus illud præstandorum jumentorum & alia plura ad commeatum pertinentia ad Municipales Magistratus devolvissent, teste Livio; neque legitur hanc rationem postea ab Octavio fuisse mutatam, quamquam id ex Svetonio & Dione persvadeat sibi Casaubonus; ut enim jam tum fuit ostensum, aucta fuit subsidio pecuniario, non minuta. Licet ergò præfractè haud negandum sit, Magistratus illos, præter ea, quæ Fiscus præbuit, & quæ Provincialibus imperârunt, etiam quandoque pro re natâ, Cursu Publico fuisse usos; idque omninò suis sumtibus debuisse; Tamen id nec probat nec persuadet Casaub. in gratiam horum Magistratuum Cursum fuisse Fiscalem redditum. Confundere igitur videtur Casaub. Cursus Publici rationem & Viatici ac Commeatûs, quâ solebant Provinciæ & eò destinati Magistratus ornari.

VI. Locus Spartiani hic est: *Statim Cursum Fiscalem instituit* (Hadrianus) *ne Magistratus hoc onere gravarentur.* Non defuturos rectè autumat Casaub. qui hæc referre malint ad Magistratuum prædia, quæ in Italia & Provinciis possidebant, quæ hac lege Hadriani munera angariarum fuerint sublevata. Eamque interpretationem quidem negat esse absurdam; veriorem tamen illam, quam ipse affert. Sed hanc

ipſam planè non veriſimilem eſſe evincit, quòd illud munus à Spartiano intelligitur, quo regulariter & ex inſtituto Magiſtratus fuerunt gravati. Atqui Curſus Publicus non ideò fuit inſtitutus, ut Magiſtratus in Provincias ituri eo aut gravarentur, aut ſublevarentur, ſed ut his mediis noſcerentur ocyus, quæ ubique è Rep. gererentur, ut loquitur Aurel. Victor. Ex accidenti porrò factum, quod Magiſtratus ex urbe ituri in Provincias, aut redituri eodem uterentur, non ùt onere tamen, ſed ùt medio promto: non ergo eò gravati; nec onus, ſed licentiam appellare licet, immitatione Imp. Conſtantini hanc uſurpandi Veredi *l. 2. Cod h. t.* ubi & Paraveredi uſum Magiſtratibus derogavit, quòd *propterea Reſpublicæ & annonas & alimenta pecoribus ſubminiſtrent, ne Curſui Publico ſint moleſti.*

VII. Ita enim non malè in quibusdam MSS. legi obſervavit D. Gothofr. præter ea enim, quæ ex Fiſco Principis ad ornandam Provinciam concedebantur, etiam Civitates Provinciales ex inſtituto Poſthumii Coss. hoſpitium & jumenta & plura alia ſucceſſu temporis præbuiſſe, antea ex Livio oſtenſum. Atque qvum ſequioribus temporibus Magiſtratus hi non tantum in Provincias deſignatas proficiſcentes, ſed & ibi poſtea iter quodcunque facientes abuti Curſu auderent, lata eſt *l. 20. h.* Ubi Impp. Arcadius, Honorius & Theodoſ. Anthemio P P. Orientis CPol. IV. Non. Aug. Honorio VII. & Theodoſ. II. AA. Coss. reſcribunt; ut *Nemo Ducum ſeu Magiſtratuum Provincialium, imprimis militarium, ingreſſus ſemel Provinciam ſuam, poſtmodum in itineribus faciendis Curſu atque Angariis ipſe vel ſuum utatur Officium, ſed expeditionem militarem jumentis propriis exequatur.* Duobus hîc interdicitur, *Curſu* & *Angariis*, quæ etiam in Rubrica junguntur, nec id ταυτολογικῶς, Curſus enim velox modò Fiſci erat onus, modò Provincialium munus: Angariæ ferè graves & Provincialium: Igitur tam ad ſublevandum Fiſcum, quàm ad levandos ſubditos pertinet hæc Conſtitutio. Prohibetur porrò non modo Ducibus ipſis, ſed & eorum *Officio* ſeu Collegio Officialium, quod fortè hodie Cancellaria militaris vocatur. Et attinet hoc interdictum non tam ſua privatorum negotia, quam ſententiam, Baſilica *L. 56. t. 17. XX. ibi:* εἰς χρείας ἰδίας fovere videntur, quàm ipſa negotia Ducalia & militaria. Porrò eadem lege etiam *Cohortalinis officiis* in negotiis Provincialibus Veredo ſeu Curſu Publico

Publico uti inhibetur, additâ sanctione in singula animalia singularum librarum auri inferendarum. *Libra auri* isto tempore constitit LXXII. *solidis*; *solitus* verò duobus Scutatis seu Aureis Rhenanis, præter propter, Libra igitur auri facit 144. Scut. 180. Unciales. *Officium* denique *Cohortalinum* est Corpus cohortalium qui dicebantur, h. e. cohors Dacis vel Præsidis officialium, & ut hodie loquimur Cameralium, Cammer-Canţeley / ex quo sequentibus temporibus Cohortes & corruptè *Curtes* dictæ Curiæ Principum, Cancellariæ, unde *Feudum de Curte*, h. e. ex cohorte seu Camera aut Cavena domini concessum. Sed hæc obiter. Ad Spartianum revertamur.

VIII. Ex dictis igitur conficitur, non Magistratus Romanos in Provincias proficiscentes, sed Municipales à Spartiano intelligi: isti enim hoc onere Patrimoniali gravati erant, de quo postea. Præterea Cursus Publicus erat perpetuum quid & continuum, etsi Magistratus in Provincias nulli ibant. Quid? an ergò ante istam Hadriani Constitutionem Magistratus, etsi non irent in Provincias, Cursum tamen Publicum suis sumtibus tenebantur servare? ἄτοπον. Igitur Cursus Publicus & munus vehicularium planè diversum quid ab eo, quòd Magistratibus in Provincias ituris certi sumtus præscripti; neque hoc muneris nomine venit, neque illud Munus hos Magistratus gravavit: neque *d. l. 20. h. t.* Hadriani illam Constitutionem aut confirmavit, aut abrogavit, ut Casaubono visum. Quare non tam finis fuit Cursûs Publici, evectio Magistratuum, quàm fortè usus, sic enim veteres Logicos finem ab usu discriminavisse didicimus, quòd finis sit bonum cujusq; rei conveniens ἁπλῶς, usus verò quasi accommodatio & ἀγαθόν τινι.

IX. Planè evectionum harum copiam Senatui, cum proficiscendi ad Impp. necessitas fuit; Impp. Valentin. Valens & Gratianus largiti sunt, *l. 6. C. h. t.* ita tamen, secundùm Arcadii & Honorii restrictionem, quæ extat iisdem ferè verbis *in l. 54. C. Th. h. t. cum aut ab Impp. evocaretur, aut ab iisdem discederet*, adjectâ hâc interminatione, *ut, si quis postea contra vetitum sibi cursum publ. illicitâ temeritate præsumserit, motum in se Imperatoriæ Mansuetudinis excitaturus sit.* Ex quo textu etiam hoc apparet, Senatores Roman. sæpius abusos fuisse Cursu Publico, in faciendis itineribus non necessariis; ut ita Impp. & istam usurpandi licentiam coërcendi causam invenerint. Cæterum gravis hic adversaria

constituta est Triboniano à Jac. Goth. Neque negari potest, si ista lex cum textu Codicis Theodos. confertur, quod & plurima detraxisse, multa adjecisse, imò & verba, & sensum mutasse Vir Magnificus videatur. Ita enim legitur in *C. Theodos. l. 32. eo. Evectionum copiam Senatui, cum proficiscendi ad nos necessitas fuerit, S. N. l. e: Nam si acclamationibus Populi Rom nostri, aliisque antiquis & solennibus rebus, concessa jugitas illibata servatur, Provincialibus etiam, quando è re esse censerent, evectionum copia, non negata est, ut ad nos sumta evectione contendant, Quantò magis hujus arbitrii his facultas est deferenda, quos Collegii meritō, videre frequentius cupimus.* Verùm cum lex hæc ad horum temporum historiam potissimum pertineret, ut ipse Goth. ad alteram h. l. partem, *l.* 10. *de malef.* fatetur, Tribonianus jure suo usus est, & istam planè resecavit, hanc verò ad statum tunc præsentem ex Imperatoris jussu immutavit, & ex hac & *l. 54. C. Th. h. t.* unam collegit, & limitando clariorem reddidit, ut neque ἀσελγείας, neque securitatis nimiæ jure argui posse videatur. Data est hæc Constitutio *3. Id. Decembr. 371.* Imp. *Gratiano A. II.* in Occidente, & *Sex. Anicio Petronio Probo* in Oriente *Coss.* à Valentiniano Imp. in occidente, communi nomine ut tum moris erat, nec tamen propterea in cæteris Rom. Imperii partibus obligabant, nisi etiam à cæteris Imperii Collegis promulgarentur. Egit tum *Treviris* Valentin. contra Alemannos & Francos militans, cum filius Aug. Gratianus annum ætatis sextum ageret. *Amphilius* quis fuerit, ad quem scripta est epistola, in obscuro esset, nisi Cod. Theodos. verum nomen *Ampelii* retegeret, is fuit Præf. Urbi, de quo *Marcellin. L. XXVIII.*

X. LEGATIS porrò ordinariè fuit usus Cursus Publ. concessus, nec tamen nisi peregrinarum gentium, ita enim Impp. *Arcadius & Honorius l. 16. h. ad Remitheum,* rectiùs *Remisthеum,* ad quem etiam *l. 15. C. Th. de re milit.* inscripta, *Ducem Armeniæ,* jam enim non solùm militaris dignitatis vox, sed etiam Magistratùs Provincialis erat appellatio, imprimis verò *Limitanei,* uti pleniùs *Duces limitum* vocantur, & gradus eorum post *Comites,* secundi & tertii ordinis, primi ordinis honorariis & Vicariis exæquati, *l un. C. de Comit. & Archiatr.* Sicuti Dux Tripolitanæ & Byzacenæ Provinciæ, Dux Numidiæ, Mauritaniæ, Rhætici Limitis, Scythici, Illyriciani, &c. legitur, *Vid. Notit. Dignitat. Jac. Goth.*

& sic

& sic intelligitur vox *Ducum* etiam *in l. 20. h. t.* Treb. Poll. in D. Claudio, p. 306. *Dux factus est totius Illyrici, habet in potestatem Thracias, Mæsias, Dalmatias, Pannonios, Dacos exercitus &c. tantum argenti, quantum accepit curator Illyrici Metatius.* Quæ Magistratus Provincialis dignitas mansisse & ap. Gothos Francosque atque Germanos videtur, usque dum Imperium Roman. transferretur ad Saxones, Provinciæque cœpissent fieri Hæreditariæ ac Jurisdictio non modo Patrimonialis, sed etiam summæ Majestatis species communicari & Ducibus, & Comitibus denique atque Baronibus, sed & civitatibus tandem sub nomine tamen non tam Majestatis, quàm superioritatis Territorialis, sed de his aliàs.

XI. Ad l. 16. tandem accedamus: *His tantummodò utendi Cursus Publ. facultas concessa est, qui legati de diversis gentibus ad nostram Clementiam propterare festinant.* Recte Bartolus hæc de Legatis gentium Principi non subditarum exponit. Provinciales igitur & Romani Senatûs prohibiti fuisse videntur. Negat, id Jac. Goth. per *l. 32. C. Th. h. t. & l. 6. 9. eo. de legat.* Atque omnino, si tota lex hæc, uti in C. Th. exstat, inspicitur, localis potiùs videtur, & ad Armeniæ statum tunc directa, ut ita de Legatis Senatus Rom. aut Provinciarum aliarum non cogitatum. Quia tamen saltem Legati Provinciæ hujus hîc excluduntur, & Justinianus per Suos parte eâ, quæ legem localem facit, detractâ, *uti in d. l. 6.* alium & generalem attribuit sensum, non immeritò huic standum, donec clarior quis textus apparuerit. His verò, quos Impp. ipsi mitterent, ab iisdem evectionis copia pro arbitrio data videtur; Cæterum deest in h. l. dies & Coss. Quia tamen interjecta est binis legibus, quarum prior *Olybrio & Probino Coss.* A. C. CCCXCV. posterior *Honorio A. IV. & Eutychiano Coss.* An. CCCXCVIII. data est, sine dubio intermedio tempore & hæc scripta est; præsertim cum prioribus istis Coss. germanis fratribus, *Sex. Anicio Hermog. Olybrio, & Sex. Anicio Probino*, Hunni per Armeniam ex ultimâ Mœotidis palude in Asiam irrumperent. Atque omnino in C. Th. l. 17. cujus hæc est lacinia exprimitur, *V. Kal. Mart. C P. Cæsario & Attico Coss. 397.* Ex quo etiam illud apparet, falsam esse inscriptionem *Haloandri*, quæ has duas Constitutiones XV. & XVI. Imp. Zenoni tribuit, qui tamen LXXX. ferè annos post illos Fratres Coss. Imperium accepit; quorum Consulatum

tum laudat & D. Hieronym. *de Custod. virginit. V. Glandorp. Onomast. voc. Olybrii.*

XII. Denique Privatis per omnia interdictum fuit, uti Cursu Publico, uti claret ex Constit. Gratiani, Valentin. & Theod. *in l. 11. C. h. t.* quæ est particula *l. 44. C. Th. eo.* qvum antea privati ausi fuerint tam in Oriente, quàm Occidente Cursu Publ. abuti ad suos sibi usus. Ex quo diversitas Veteris & Hodierni Cursus Publ. maximè apparet Hodie enim & Commerciorum vigor, & privatorum quorumvis negotiorum expeditio Cursu Publ. maximè sustinetur, & hic vicissim ab illis fovetur. Postquam enim neque Fisci neque Provincialium sumtibus Cursus alitur, sed sumtibus eorum, qui eo utuntur, etiam peregrinorum, & copia horum requiritur, & commoditate invitantur, & refractarii sæpe compelluntur. Desit igitur causa quærimoniæ Aurelii Victoris; *Munus Cursus Publici satis utile, in pestem Romani Orbis vertisse posteriorum avaritiam insolentiamque.*

CAPUT III.

SUMMARIA.

Cursus Publ. munus patrimoniale: Angariæ: l. 18. §. 3. 4. 22. D. de mun. & hon. explicatur. Tirones qui. Heersfolge. Außschuß. *A. Cujac. recessum. Jac. Gothofr. notatus. Veredi usus in acie. Paraveredus cur ita dictus. Palfredus. Dextrarius. Agminales. Parhippus. Avertarius, Averta. Angaria boum. Clabularis cursus. l. 22. C. de Curs. Publ. Canalis, via militaris. Jus Vetus & Hodiernum comparantur. Operæ Rusticorum.* Pferdfrohnen. Vorspann. *Adæratio onerum.* Frohngeld. *Solidus. Capitulariorum & Temonariorum munus ax idem. Cujac. & Jac. Gothofredus committuntur cum Tabore. Additamentum Triboniani in l. 2 C. de privil. eor. qui in S. Pal. defenditur. Ab utriusque partis sententia receditur. Oneris Capitularis & Temonis finis, structura & reparatio ædium.* Bauführen: *istud boum & jumentorum, hoc vehiculorum. Flagellum pro Vehiculo. Temo, Temen, à texendo, ejus variæ notationes. Angariæ semper includunt vehicula. l. 11. C. de SS. Eccles. Plaustrorum munus. Temonariorum munus. l. 7. C. Th. de Tiron. l. 14. C. Th. de Extraord. mun.*

TH. I. Cur-

TH. I.

Cursum publicum seu vehicularem, uti eum Octavius instituerat, ab initio *munus* provincialium fuisse, & qvidem *patrimoniale*, non est dubium. Testis luculentus est Arcadius JC. *lib. sing. de muneribus civil. l. 18. §. 22. D. de mun & hon. Patrimoniorum*, inqvit, *munera duplicia sunt: nam quadam ex his muneribus possessionibus sive patrimoniis indicuntur, veluti agminales eqvi, vel mula, & angaria, atq; veredi.* Porro qvi super hos provinciales ita obligatos inspectionem & procurationem haberent, horum munus *personale* esse idem *d. l. §. 3. & 4.* docet: *Tyronum sive eqvorum productio, & si qva alia animalia necessario producenda vel res pervehendæ, sive perseqvendæ sunt, vel pecuniæ fiscales, sive annona, vel vestis persona munus est. Cursus vehicularis sollicitudo, item angariarum præbitio, personale munus est*; ut qvæ singula animi provisione & corporalis laboris intentione sine Patrimonii gerentis detrimento perpetrantur. Qvo in loco *Tyrones* vocantur qvi & alias *Juniores*, juvenes non tantum corporibus, sed & animis præstantissimi; delecti ad militiam; hi novo Constantini invento indicti possessionibus, Veget. *l. 1. de Re mil. c. VII.* de facultatibus posci soliti, *l. 1. C. Th. Qui a præbit. Tiron. & eqvor. excus.* Simile qvid die Heerfolge : Ausschuß des Landvolcks. Igitur & Tironum & Eqvorum, sive pretii definiti Pro ei collatio, munus fuit patrimoniale; *l. 7. C. Th. de Tyron.* At hos *producere* dicitur Munus personale, *h. l.* Cujac. *in l. 4. C. de dignit.* explicat per τὸ διασῶσαι, servare producendos. Sed qvid hoc, nisi alere? id qvod porro non fit sine Patrimonii detrimento. In *l. 21. C. Th. de Tiron.* Tirones refugæ produci dicuntur. Sed id cuivis, non ut munus, sub gravissima pœna incubuit, & qvandoqve extra ordinem inqvisitores Per provincias ob id missi, *l. 10. C. Th. de desertor.* Producere igitur Tirones vel Eqvos, videtur nihil esse aliud, qvam eos, qvoties necessitas postulat, evocare, secundum seriem & numerum, uti res flagitat. Itaqve & curare, ut res qvæcunqve juste pervehantur, personale munus est, qvod hodie officialium præfecturalium ac Municipalium munus esse solet.

II. Ex qvibus non obscure colligi potest, ut alia cura fuit circa eqvos producendos, alia circa res pervehendas, ita alios suppeditasse eqvos, alios præstitisse vecturam, de qvo postea Pluribus. Hæc

M tamen

tamen productio eqvorum & vecturarum adhuc diversa intelligitur, & nisi fallor extraordinaria vel saltem militiæ destinata: qvum contra Cursus vehicularis sollicitudo & Angariarum præbitio, ordinarium qvid fuerit. *præbere Angarias* eodem modo de procuratore seu exactore ut vocatur *l. 23. C. Th. de Curs. publ.* dicitur, qvo producere eqvos, & in *l. 5. C. Th. de Curios.* excurare angarias. Cursus vehicularis hic est ipse Cursus publicus, velox tamen ille, Angariæ vero stricta notatione Cursum vehicularem graviorem designant.

III. Atqve ita JC in *d. §. 22.* qvatuor genera jungit, agminales eqvos & mulas, angarias, & veredos. Veredi Cursui publico veloci inserviunt sine vehiculis, seu rhedis, qvibus tamen mulæ jungebantur, *l. 8. C. Th. h.* angariæ graviorem constituunt: agminales eqvi parangariis adhibentur, qvi & Paraveredi dicti, *l. 4. C. Th. h. t. ibi usurpandi agminalis seu paraveredi licentia derogetur.* Veredos itineri publico, Poststrassen / insistere oportuit, item Angarias; paraveredos & Parangarias vero viis militaribus utpote latioribus, *d. l. 4. C. Th. h. t.* ibi: *Vestra vero Gravitatis* (præf. Præt.) *ubi ratio exegerit, Cursus P. præsto: qvibus si a publico itenere aliqva militari via devertendum fuerit, ubi evectio non erit, publicis utemini agminalibus, sed modice &c.* Ad qvam leg. Jac. Goth. Cursum publ. & fiscalem pro synonymis habet, qvum tamen ex Charisio nostro, qvi ipso Goth. auctore, circa hæc tempora floruit, constet, Veredos fuisse munus patrimoniale, qvod & sui immemor ad *l. 5. de Curios.* agnoverat. præterea cum recte atqve ex sententia Imperatoris viam militarem & transversam pro eadem parangariis destinata habeat via, sibi contrarius in *l. 2. de Curiosis*, eas distingvit, & viam militarem Cursui veloci & veredis, assignat, contra *d. l. 4.* sed cogitationes posteriores prioribus meliores, nec in tam vasto opere omnium habere memoriam mortalitatis est. Usum qvoqve fuisse Veredi in acie struenda & prælio incundo ex Græco Anonymo, qvem Rigalt, *in Gloss. Tactic. voc.* Βερέδος, recitat, conspicitur, ubi instruit Ducem exercitus, qvid faciendum si ante hostium προμάχους, avant-garde, vel Propius vel longinqvius τὸ Βέρεδον præiret.

IV. *Paraveredus* & *Parangaria* eodem modo dicuntur, qvia uti Constantin. M. in modo *d. l. 4.* loqvitur, a publico itinere ad vias militares

litares divertunt, διὰ τῆς ἐκ πλαγείας ὁδοῦ, *Basilic. lib. LVI. t. 17.* Via transversa, qvæ & πλατὺς δρόμος, & δι' ὀχημάτων dictus. Retentum hoc vocabulum a Francis & mutatum in *Palfredus*, cui opposuerunt *Dextrarium eqvum*, ille est ad iter perficiendum & res vehendas aptus, hic dexteritate bellica præeminet. *Agminales* etiam dicuntur, eo, qvod civitatibus incumbebat certa agmina, aut greges horum eqvorum alere, *Jac. Goth. ad l. 3. C. Th. h. t.* *Parhippii* vi vocis & ex multorum sententia, iidem, qvi paraveredi esse videntur. Julian. Imp. *in l. 4. C. h.* definit: *Parhippum eum videri & habendum esse, qvi usurpato uno vel duobus veredis, qvos solos evectio continebit, alterum tertiumve extra ordinem commoveat.* Unde liqvet, Parhippum non esse paraveredum, sed veredum ultra modum Evectionis seu Concessionis usurpatum, ex impositione Juliani. Cæteroqvin plerumqve significat eqvum *Avertarium*, h. e. Sagmarium, qvi sarcinam Fell-Eisen / Mantel-Sack / rc. portet, ita enim contra Budæi & qvi eum secuti plerorumq; omnium interpretationem ex Horatii veteri Interprete ostendit Jac. Goth. *ad l. 48. C. Th. h. t.* *Averta est pera seu mantica ad vestes viatorias, aliave necessaria condenda.* ὑπομάχαλον *Basil. l. 56. t. 17.*

V. Angaria etsi sua latitudine originaria omnem Cursum publicum amplectitur, a Charisio tamen h. l. Pro Cursu vehiculari graviori capitur, qvi bobus fere fiebat, & Clabularis etiam dictus. Singulæ porro Angariæ binis boum paribus constituerat ex definitione Constantii Imp. *l. XI. C. Th.* qvanqvam id non perpetuum judicet D. Scheffer. *l. 2. de Re vehic. Vet. c. XXIX.* *Clabularis* Cursus mentio fit *l. 2. & 5. C. Th. de Curios. l. 23. 26. 62. C. Th. de Curs. publ. l. 22. C. Just. eod.* ita enim istam leg. JCtorum principes hodie emandarunt. & ab *Ammian. Marcell. lib. XX.* Et concurrere cum Angariis & parangariis ex *d. l. 5.* manifestum fit, ubi singulæ angariæ e cursu Clabulari excurari seu præberi dicuntur. itemqve ex *d. l. 62.* qva Cursus publ. in genere in velocem & Clabularium dividitur: unde, cum velox aut veredis aut rhedis, qvibus octo vel decem animalia pro diverso hyemis aut æstatis tempore jungebantur, fiebat & qvidem per iter publicum & directum, Clabularius parangariarum qvatuor bobus per vias militares transversas divertebat, ne sua tarditate istius velocitatem retineret: atqve propter hæc diverticula viæ illæ etiam *Canales* dictæ *publi-*

ci, *l. 2. C. Th. de curiof.* qvæ etiam eodem loco in C. Just. legitur, sed hac parte truncata. Nomen unde sortitus sit, ambiguum est. placet interim Jac. Goth. sententia a *Clava* seu *Clavula*, h. e. talea, ramo ex arbore deciso, *ap. Varr. & Nonium.* Clavulare enim vehiculum nihil aliud fuisse, qvam rusticum, minus affabre factum, ex ligno rudi, prosegminibus & nudis clavulis, κλάδος, κλάδα, Acol. κλάδα, ῥάβδος, clava, *V. Dn. Scheff. d. l. 2. c. V. III.*

VI. Sed satis de V. S. qvam tamen nec JC. nec ejus interpres, si frugi esse cupit, neglectui habere debet. patet etiam ex hactenus dictis, Cursum publ. tam velocem qvam Clabularium ut plurium non Fiscalem, sed munus Patrimoniale provincialium fuisse. Hodie alia harum rerum est facies. Cursus velox veredorum & rhedarum, non amplius munus est subditorum, sed ad comites & Magistros Postarum pertinet, qvi sive feudali nexu, sive alia concessione a principibus acceptum, sumtibus utentium conservant: Clabularius Angariarum cursus & vehiculatio vero adhuc videtur esse munus patrimoniale, qvod jure Majestatis & superioritatis Territorialis a subditis exigitur; Imo & in subfeudum datum cernitur Nobilibus aliisqve Landsassiis: Verum cum modo præstandi etiam nomen nonnihil mutarunt, freqventiori appellamento adscito, *Operarum rusticarum*, Pferd Frohnen / Fuhren / qvarum diversæ species secundum diversitatem objectorum, Baufuhren / Wildpretsfuhren / Holzfuhren / rc. qvandoqve tantum eqvi aut boves, pro singulis tamen eqvis bini boves, conferuntur, sine vehiculis, ut qvando miles, aut comitatus principis transvehendus, & proprie vocatur vorspannen. Suntque, aliæ *Operæ determinatæ*, aliæ *indeterminatæ*, qvæ tamen ipsæ arbitrio Boni viri & æqvitati conformandæ sunt, ne subditi a rusticatione & re familiari in Perniciem Reip. abstrahantur, id qvod piissimi Impp. perpetuo caverunt & imprimis Constant. M. *l. 1. C. Th. de Curs. p.* qvæ est de Bobus aratoriis ad Cursum publ. non abstrahendis, qvam legem ut æqvissimam, ita & principem hujus tituli merito Theodosius constituit.

VII. Hinc etiam *aderatio* & olim, & hodie non sine provincialium commodo introducta cernitur, qva certum pretium aut canon Princspi aut Domino confertur, nos vocamus Frohngelder / adæratio

ratio angariarum: Præsentgelder adæratio servitiorum feudalium, der Ritter Pferde/ sic adæratio Tironum varia erat pro temporum & Fisci necessitate, ut XXV. XXX. XXXVI. Solidorum, h. e. L. LX. LXXII. Ducatonum, *l. 7. l. 13. l. 20. l. 44. C. Th. de Tiron.* dicebatur *Aurum Tironicum*, ejusqve exactores, Capitularii *Symmach. Ep.* X. *l. 9.* Rationem denominationis suppeditant Impp. *d. l. 7. C. Th. de Tiron. Sin vero Aurum pro Tironibus fuerit inferendum, unumqvemqve pro modo Capitationis suæ debitum redhibere oportet: Et ne aliquid dubium relinquatur, & Solidorum numerum, qui Temonario inferendus est, designamus* &c. Ex qua & *l. 14. C. Th. de extraord. & Sord. mun.* ibi: *omnium vilium munerum ac totius Capitularia, sive, ut rem, quam volumus intelligi, communi denunciatione signemus, Temonariæ functionis, fieri jubemus exsortes.* colligit Cujacius, & qui eum plerique omnes sequuntur *Temonarios* & *Capitularios* eosdem fuisse, qui scilicet equos, tirones vel aurum tironicum exigerent, ita tamen ut Jac. Gothof. munus *Capitulare* genus constituat; quod comprehendat munus *Turmariorum*, qui corpora & turmas tironum, & *Temonariorum*, qui aurum inferrent, atque potius *Timonarios* ἀπὸ τῆς τιμῆς dicendos esse. Dissentit ab his & in alia omnia abit D. Tabor. *ad Tit. de Metat. Cap. IV. art. 1. th. 4.* ideò, quòd Temonarii à Capitularibus disertè distingvantur, ùt in *l. de Cubic. 2. C. de privil. eor. qui in S. Pal. l. 14. C. Th. de prox. com. dispos. l. 18. C. Th. de extraord. & sord. mun. l. 1. C. de palat. sacr. largit.* Quare sicut Provinciales tirones, jumenta præstare coacti fuerint, ita etiam plaustra, & ejusmodi materiam, ligna, trabes, tigna atque adeò etiam temones plaustris & jugis aptandos, atque hos esse temonarios, cæterum qui aurum pro his exigerent, generali voce Capitulariorum venisse.

VII. Sanè Temonarios non à Gr. τιμὴ, sed à Lat. Temo, præcipuâ plaustri aut Cabularis vehiculi parte derivari analogia Grammatica facilè confirmat. Et quamvis Jac. Gothof. ex *d. l. 2. de privil. eorum.* per aliam distinctionem facilè se extricârit, turmarios pro exactoribus corporum & temonarios pretii capiens, urget tamen eum Tribonianus, qui harum rerum peritissimus expressè addidit; *aut etiam tironis præsentationem agnoscant*, unde recte colligitur turmarios alios fuisse, quàm tironum exhibitores. Turbat tamen iterum, quòd in utroque Cod. hæc lex turmarios & capitularios pro iisdem habet;

Quicquid tamen sit, lex ista Taboris sententiam parùm juvat, nisi quòd Temonarios & Turmarios seu Capitularios distingvit, id quod suo modo nec dissentientes inficiantur. Videtur Tribonianus per *præsentationem Tironum*, onus præstandi tironis patrimoniale intelligere, cum cætera munera sint personalia & istorum realium exactoria, idque fortè ideò, quòd tum hac de re dubitatio in facto circa Palatinos orta fuerat, adjecit. Similiter in *d. l. 14. de prox. comit.* Temonis injuria sive necessitas distingvitur à præstatione tironum & equorum, sed intelligitur communiter de adæratione & taxatione eorundem. *L. 1. C. de Palat. S. Largit.* quæ est *l. 6. C. Th. de extraord. mun.* maximè urget Tabor, eâ quippe Temonaria onera ita opponuntur pensitationibus capitulariis, ut istis liberati ab his immunes non sint. Nequicquam tamen conficit contra adversarios, qui Temonaria onera interpretantur de pretio & taxatione pro tironibus præstandis. Denique nescio quid inconcinni hæc Taboris sententia secum fert; etsi enim verum est, Provincialium onus quoque fuisse, materiam lignorum atque tabulata præbere, ridiculum tamen foret, fingere plaustra separatim, separatimque temones istis demum aptandos præstitos fuisse.

IX. Est tamen nihilominus, cur à Cujacii & communi Interpp. opinione recedendum videtur. Primò enim cùm certum sit, non ἀπὸ τῆς τιμῆς, sed à Temone Temonarios dici, & hoc ipsum onus, Temonis necessitatem, *l. 12. C. de excus. mun.* Temonum injuriam, *l. 4. C. de prox. S. scrin.* sanè nulla apparet ratio denominationis, nulla communio Temonum cum Tironibus & horum præstatione, adeoque & adæratione, pretiique susceptione. Atque præposterè omnino & supervacuè dictum foret in *d. l. 4. C. de prox. s. scrin.* eos nullam Temonis (h. e. pretii pro Tironibus inferendi) pati injuriam, & Equorum Tironumque præstationem non agnoscere. Quis etenim de hoc dubitaret, si ne quidem ad adærationem essent obstricti? Tertiò, sicut in *d. l. 4.* Equorum & Tironum præstatio, uti passim junguntur, Temonis verò necessitas separatim ponitur; ita in *l. 1. de Palatin. sacr. Largit.* itidem capita & juga h. e. tirones & equi junguntur, & horum pensitatio à Palatinis postulatur, contra temoniariis oneribus liberantur. Igitur Temonaria onera non significant pensitationem auri tiro-

ri tironici. Denique cùm ex fine cujusque rei moralis natura quàm maximè dignoscatur, is temonis necessitati in *l. 12. C. de excus. mun.* disertè assignatur, publicarum vel sacrarum ædium constructio, jungiturque capitalis necessitas. Sed hæc nihil ad Tirones, nihil ad aurum Tironicum. Dicis: Sufficere capitum h. e. equorum hîc habere rationem, temonem porrò esse adærationem illorum. Concederem, si primò quâvis ratione temonis vocabulum adærationis significationem induisse, credibile esset: Deinde solos equos aut eorum pretium certum ad structuras ædium requiri, sine vecturis.

X. Atq; ex his utique non absurdum mihi videtur, Temonis & Capituli necessitatem ita in h. l. distingvere, ut hæc præstationem æquorum aut jumentorum, illa plaustrorum, clabularum & id genus vehiculorum notet. Id quod pertinuisset ad mitiùs tractandos Provinciales atque subditos, ut his jumenta, illis Temones seu vehicula præstare imcumberet. Neque absurdum est *Temonem* pro plaustro aut vehiculo accipi, cum Flagella etiam singulæ rhedæ seu Quadrigæ dictæ fuerint. *l. 5. C. Th. de Curios.* secundum Jac. Gothofredi interpretationem, eò, quòd uno flagello vel aurigâ regerentur, id quod quidem Dn. Scheffer. l. 2. de Re vehic. Vet. c. XXX. in dubium vocat: Certe tamen vehiculum temone gubernatur. Etsi enim Temo secundùm originem suam instrumentum notet ligneum ex aliâve materia, protensum, quo duo corpora à sese distantia colligantur, junguntur, & quasi inferuntur; videtur namque ejusdem originis cum voce *Temen* & *Subtemen*, à Texendo, cui opponitur *Stamen*, de quibus Fr. Jun. *ad Tertull. de Pall.* & quæ inde compilavit Taubman. *ad Plaut. Mercat. 2. 4.* Ræward. *Conject. 345.* quâ notatione Columella *l. 9. c. 19.* de machina facienda, quâ clausa animalia curentur, *Huic soli*, inquit, *septenum pedum stipites recti ab utroque latere quaterni applicantur. Ii autem in ipsis quatuor angulis affixi sunt, omnesque transversis sex temonibus q. vacerræ inter se ligantur, ita ut à posteriore parte, quæ latior est, velut in caveam, quadrupes possit induci.* Tamen speciatim instrumentum curule notat, quo mediante equi & currus junguntur, & quasi contexuntur, sicut Virgilio, *2. Æn. contextus equus* dicitur. Cicer. *2. de Nat. Deor.* ex Poëta:

Arctophylax vulgò qui dicitur esse Bootes,
Quod quasi temone adjunctum præ se quatit Arctum.

Colu-

Columell. *6. 2. cui ramus illigatur, & temonis vice trahitur, interdum & pondus injungitur.* Convenit igitur hæc appellatio cum Clabula, seu Clavula, quæ & ipsa ramum ejusmodi eudemve temonem significat, de qua supra.

XI. Imprimis verò Temonis usus in gubernando curru cernitur. Unde Temo, *πηδάλιον, οἴαξ*, gubernaculum, clavus, ex qua ipsa voce putarim Clabulare vehiculum trahere originem) synonyma sunt. Et quid si Temonarium onus comprehendat omnem supellectilem temonariam seu vehicularem? vincula, funes, lora, catenas, Schiff und Geschirr; sane successerunt funes & catenæ *τῶν σειραφόρων ἵππων*, die usn Riemen gehen/ in locum temonis, Rutgers. *Var. Lect. l. 1. c. X.* Temonarius igitur hactenus foret communis appellatio rectorum omnis generis vehiculorum, imprimis verò, quæ ad Angarias & vehiculationem Clavularem pertinent, sicut Rhedarius, Carrucarius, Essedarius, Cisiarius, Plaustrarius, qui rhedam, carrucam, essedam, cisium, plaustrum agit. Atque adeò munere Temonario, & vehiculum, & lora & peritus rector venire videtur.

XII. Paulus *l. 3. Sent. c. 6. §. pen. Carruca cum junctura legata, mulæ quoque legatæ, non mulio, propter quotidianam loquendi consuetudinem,* ait. Secus igitur, si Carruca simpliciter legata. Ad eum modum Angariæ semper intelligi cum junctura impositæ, ut non tantùm jumenta aut boves, sed & vehicula & clabularia, (quæ à Carris, contra Cl. Salmasium, Dn. Scheffer. *l. 2. c. 28. de Re Vehic. Vet.* ex ponderum discrimine rectè distinguit, quanquam sequioribus temporibus angariæ cum carris factæ, ut ex LL. Bojar. idem cap. seq. affert.) eo nomine veniant, observant *post Cujac. Hottom.* Sixtin. Regner. *de Regal. l. 2. c. XIII. n. & 39.* Unde est, quòd *l. 11. C. de SS. Eccles.* & quæ sed plenior repetitur *l. 2. C. de quib. mun. nem. lic. se exc.* speciatim Post Angarias, Plaustra subjiciuntur. Quòd Angariæ regulariter clabularibus non carris fiebant, igitur speciatim Plaustrorum munus quoties opus erat, indicebatur, hodieque fieri solet.

XIII. Igitur ut rem contraham in pauca: *Temonis* vox primò generatim instrumentum junctorium, deinde speciatim vehiculare, tandem *συνεκδοχικῶς* vehiculum totum, & denique munus seu onus ejus præstandi regendive: unde quia non simplex onus est, Numero multitu-

multitudinis enunciari solent, ut *l. 4. C. de dignit.* Senatorum & substantias & homines à Temonariis oneribus conferendis liberos esse. *Temonarius* porrò substantivè sumtâ voce, primò eum notat, qui onera temonaria conferre tenetur, temonem præstare gubernareq; Deinde eum, qui excurat, & exigit hæc onera: Aut tertiò, qui aurum pro adærato hoc onere suscipit; Cui muneri denique quartò adjecta fuit etiam functio exigendi auri pro Tironibus, equisque præstandis, idque non ideò, quasi onus Temonis & Tironis eadem essent, sed quia commodum fuit visum Curam & Inspectionem susceptionemque pecuniæ ex diversis oneribus, uni conjunctim commendare. Atque ex his facile patet, *l. 7. C. Th. de Tiron. & l. 14. C. eodem, de extr. & sord. m.* nostræ sententiæ nihil quicquam officere, adeoque secundùm præcepta Artis Hermenevticæ, illas, utpote obscuriores, ex supra allegatis clarioribus junctâ ope Analogiæ Grammaticæ & utilissimæ de propria V. S. doctrinæ, lucem fœnerari oportere. Hæc tamen non animo cornicum oculos, quod est in Proverbio, configendi, aut solidiora docenti haud cedendi, prolata esse testor, sed ut in veritate exploranda alacriùs exerceamur. Meliora cum die & Deo.

EXERCITATIO QUARTA.

De Jure & Privilegiis Nobilium Liberorum & Immediatorum.

Thes. I.

DE Nobilitate dissertaturo, cura prima erit, unde nomen descendat. (a) Dicitur autem Nobilitas à noscendo. (b) quasi noscibilitas, & nobilis quasi noscibilis, (c) germanicè ein Edelmann (d) à voce Adel (e) & Mann (f).

(a) *arg. l. 1. in pr. ff. de I. & I.* rei enim explanationem ex significatione promanare, testatur *Ulpian. in l. 1. pr. ff. de reb. cred.* cui adstipulatur JCtus Proculus, nominis appellatione rem ipsam significari asserens *in l. 4. ff. de V. S.* quippe nomina dicentis voluntatem demonstrant, referente cel sissimi ingenii Celso *in l. 1. §. 2. ff. de supell. legat.* Et

N usu

usu vocis cognitò sæpe in perceptionem ipsius rei provehimur. *Scaliger, Exerc.* 1 *pr. Galenus lib.* 1. *de method. cap.* 5. (*b*) *Tiraquellus de Nob. c.* 2. *n.* 3. *Tholosanus lib.* 4. *de rep. c.* 2. *n.* 8. *Sonsbecius de feud. part.* 7 *num.* 20. (*c*) *Sinibald. Ubald. de Nobil. axiom.* 8. *Conzen. Pol. lib.* 8. *c.* 10. §. 3. Quæ allusio planior & communis est, cum non solùm notatio sit quædam Grammatica, quæ metitur sonos ac syllabas, ex additione vel detractione litteræ, sed etiam notatio nominis Logica, propterea quod ipsius virtus καὶ ἐξοχὴν nota esse debeat, ita ut revera nobilis sit aliquis, daß er etwas mehr sey/ als der gemeine Mann/ nulla labe conspersus, virtute sua præfulgens, & cuivis noscibilem & conspicuum se reddens. (*d*) Dicitur etiam Junckherr/ verum non in illa plebeja significatione, quæ passim in civitatibus civem vel hospitem denotat: sed quasi Juncker Herr ætate ac robore juvenili pollens, armis rebusque gerendis aptior Heros sive Dominus *Matth. Stephani de Nobil. c.* 2. *n.* 11. Quæ denominatio olim non solum Ducum Principum, Comitumque filiis natu minoribus, quique dominatu nondum potiti erant, tribuebatur. *Cl. JC. Christ. Besold. in Disc. de Ord. Eq. n.* 3. Quemadmodum ex Epitaphio quodam vetusto Reinerus Reineccius in tr. von des Adels anfänglichen Herkommen/ refert: Der Edle / Wolgeborne Junckher/ Junckher Bernhard/ Edler Herr zu der Lippe etc. sed etiam Regum filios hac denominatione salutatos invenimus apud *Cyriac. Spangenberg. lib.* 1. *Chron. Henneb. c.* 5. Ubi Otto filius Regis Daniæ vocatur, Junckherr Otto von Dennemarck *Joh. Norderman. de Jure Principatus concl.* 88. Quod nomen postea Nobiles sibi attribuerunt, quamvis ab eodem multis in locis incipiant abhorrere. (*e*) Etyma vocis Adel. varia adferuntur: nonnulli dictum putant ab Adelingis vel Edhilingis Saxonicis, qui erant præcipuæ dignitatis proceres, *Knich. de Jur. territor. c.* 1. *n.* 23. Ubi post alios gentem Saxonicam, tripartito constitisse ordine subjicit, alii siquidem Adelingi nobiliores scilicet, Frilingi alii, quasi liberi relicti, Lassi cæteri, id est coloni seu adscriptitii glebæ Eygne Leut/ quorum meminit *Butherus in Tacit. de moribus Germ. c.* 43. indigetati. At verò hoc non de una Saxonum natione esse intelligendum, sed de universa Germanorum gente probat. *Cl. Besold. in disc. de Ord. eq. n* 2. Nonnulli ab Hebræo Atsilim אצילים id est optimates. Alii ab Ædilibus Curulibus. *Joh. Geiler. in navi stultifera.*

rifera sub turba 76. Alii ab Adelo Frisonis, Frisonicæ gentis conditoris filio. Alii ab Aquila vulgò ein Adeler/ quod ut illa altius volatu penetrando, omnes aves longo post se intervallo relinquit, ita & Nobiles virtutum gloria cæteros hominum ordines longè antecellant. Alii Græco ἔδελον sedes, hoc est possessio & bona, quia Nobiles ut plurimum æstimantur ab opulentis possessionibus. Vel ab ἄεθλιος quod bene meritum, seu præmio affectum denotat, deducitant *Clar. Dn. Besold. Pol. lib. 1. c. 11. § 6. n. 38. Nob. Petrus Frisovvitz in Disc. de Nobil. th. 6. Nolden. de nobil. c. 1.* (*f*) In genere olim omnes subditi aut etiam cives Leut/ sive Leudes dicti fuerunt, inter hoc tamen quidam homines servientes Arme Leut dicebantur. *Cl. Besold. lib. 1. pol. c. 10 n. 16.* Adde *Althamer. in Tacit. de morib. Germ.* Nobiles verò specialiter Manne indigitabantur. *Cl. Besold. in disc. de Com. & Baron. n. 16.* Similiter Jure feudali Saxonico Vasalli simpliciter Manne vocitantur, quasi prædíti virilitate animoque strenuo & recto. *Petr. Heig. part. 1. quæst. 2. n. 85. Besold. Thesaur. Pract. verb.* Adel. *Ibique novissimè Dn. Dietherr.*

II. Contractiori significatione olim apud Hebræos illustrium ac nobilium virorum duo genera fuerunt, alterum ab Aaronis stirpe, qui soli Sacerdotes erant, (*a*) alterum à stirpe Regum: Apud Græcos Nobiles vocabantur, qui à stirpe Regum aut Heroum (*b*) originem ducebant: aut qui ob res tum à se, tum à majoribus præclarè gestas, publico decreto coronam auream, immunitates, statuas, victum in Prytaneo, vel similia cum laudatione consequebantur (*c*) Apud Romanos Nobiles dicebantur, quorum majores Curules magistratus gesserunt. (*d*) Apud Gallos duo genera nobilium fuerunt, (*e*) alterum Druidum, (*f*) alterum Equitum. (*g*)

(*a*) cum enim gens illa summam bonorum omnium in religionibus ac Divini Numinis cultu collocaret; Sacerdotes, qui proximè ad immortalis Dei numen accederent, nobilissimos omnium judicabant, ut refert *Bodinus de Rep. lib. 3. c. 8.* ex Josepho antiquitatum Judaicarum scriptorum (*b*) Puta Heraclidarum, Æacidarum, *Bodinus de Republ. d. c. 8.* (*c*) *Besold. pol. lib. 1. c. 11. §. 6. n. 42. Sinibald. Ubald. de*

Nobil. axiom. 9. Robert. Glaver. in Nobil. Polit. tit. de Prim. Grec. Nobil, Bodin. de Repub. c. 8. (*d*) Ut sunt Consulatus, Censura, Prætura, Ædilitas, *Bodin. de Rep. c. 8. Robert. Glaver. in Nobil. Polit. tit. de Prim. Roman. Nobil.* (*e*) De quibus *Jul. Cæsar. de bello Gallico lib. 6.* ita scribit: Homines eos qui aliquo in numero sunt atque honore, in duo genera diviserunt. Plebs apud illos penè servorum habetur loco, & nulli consilio adhibetur (*f*) Illi rebus Divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religionesque interpretantur. Et ex prima Nobilitate fuisse eos qui ad arcana sapientiæ, futuraque sacerdotia admittebantur, ostendit *Pompon. Mela. lib. 3. c. 11.* Docent multa, inquiens, nobilissimos gentis, clam & diu, vicenis annis (*g*) Equitum genus cum exigit usus atque aliquod bellum incidit, omnes in eo versantur, atque illarum ut quisque est copiis amplissimus. ita plurimos circum se Ambactos clientesque habet. *Julius Cæsar de bello Gallico lib. 8.*

III. Quoad Statum Imperii nostri hodierni Germanici, distingui possunt vel ratione Ortus; vel ratione Status, insignem diversitatem jurium inferentis. Origenis vel Ortus intuitu Nobiles Germaniæ in triplici vel potius quadruplici noscuntur esse differentia; ita ut in primam classem referendi sint: Aborigenes à primis sc. antiquissimis Germanis & Alemannis harum regionum incolis oriundi. (*a*) His invalescente Imperio Romanorum subvenerunt illi, qui ortum Nobilitatis suæ acceptum ferunt Romanis, quos militibus suis in Germania trans Rhenum prædia distribuisse constat, sub conditione, ut & ipsi & hæredes ipsorum militarent possidenda. (*b*) Tertii generis Nobiles à Francis victoribus, quæ gens liberrima semper fuit, provenerunt. (*c*) Quarto denique ac ultimo loco censentur illi, qui ab Imperatoribus inde à Carolo Magno adhæc usq; tempora vel nobilitati vel etiam nunc nobilitatis insignibus donantur. (*d*)

(*a*) Nam & apud Germanos antiquissimos distinctiones Ordinum & ita Nobiles & ignobiles fuisse, Tacitus, Cæsar, Athenæus ex Possidonio, Adamus Bremensis & alii demonstrant. (*b*) Inter quos

procul

procul dubio multi Centuriones, Tribuni, Equites Romani, Patricii & Senatorum filii fuerunt. Qui postquam terras has longa annorum serie usque ad Francorum fines Imperii sui longè lateque proferentium adventum inhabitarunt, dulcedine Soli nativi illecti ibi manserunt atque se Francis victoribus (quod & alios ex primo genere Nobilium nempe Aboriginum factitasse nullum est dubium) accommodarunt, inque eorum partes transiverunt, cum alii, utpote obstinatiores in servitutem redacti fuerint. (*c*) Non à vero abludere videntur, qui ab insigni ac decantata hujus Germanicæ gentis libertate eminentiorem ac excellentiorem illam libertatem, quâ hodierna Franciæ Orientalis, Sueviæ, Rheni, Tractusque Alsatici Nobilitas præ aliis Nobilibus gaudet, derivandam esse censent, ita ut credibile admodum sit, hos Equestris ordinis Viros à Francis victoribus oriundos in perpetua ac illibata libertate semper mansisse, nec unquam postea Ducibus Sueviæ, Franconiæ, Comitibusque Palatinis, quà talibus, absolutè subjectos sed immediatè sub tutela ac Corona Imperatorum fuisse; Cum contra Saxones ac Bavari ab Imperatoribus devicti, sub Regulorum suorum ditione ac potestate, sed sub aliis Ducum nimirum titulis adeoque arctiori subjectionis vinculo remanserint. Cui sententiæ adstipulantur & illi, qui neutiquam concedunt, quod ullus Dux Sveviæ, universam Sveviam, ullus Dux Franconiæ universam Franconiam, Comesve palatinus Rheni omnem tractum Rheni absolute cum omni Jurisdictione, potestate ac juribus territorialibus, adeoqve conclusum, quod ajunt territorium habuerit, sed dispersas tantum hinc inde particulas, ita ut districtus intermixti aliorum sive principum, sive Comitum, Nobilium, Civitatumque & essent ac in immediata Imperii fide ac tutela manerent. Qvamvis me non lateat, alios aliter sentire, Nobiles nimirum (eadem est ratio Comitum ac Civitatum) in Franconia, Svevia, Tractuque Rheni Ducibus Franconiæ ac Sueviæ olim subjectos fuisse, libertatem ac immediatam dependentiam post extinctam demum horum Ducum prosapiam obtinuisse. (*d*) De his sicubi in Franconia, Suevia, Tractuque Rheni bona ut fieri sæpe solet, vel emtionis vel alio titulo conseqvantur, non immerito quæritur, an iisdem Juribus ac privilegiis quibus alii Immediati Nobiles gaudent, eo ipso participes fiant. Dico si bona

Nobilium immediata jure Dominii acquirant. Nam extra horum bonorum considerationem fieri id non posse, nullam habet dubitationem. Hinc memini paucos ante annos, cum in pleno consessu Nobilitatis Circuli Steigervvaltici Nobiliss. Dominus Reinholdus de Weida, qui hypothecæ tantum loco pagum Fröschstockheim tenebat, in numerum Ordinis Equestrii immediati adoptari se ac recipi postularet, haud dubie repulsam reportaturus fuisset, nisi præter dictum pagum Fröschstockheim alium adhuc pagum Hohefeld jure dominii habuisset, cujus intuitu immatriculatio & receptio facta est. Bona ergo immediata ad Ordinem Equestrem immediatum spectantia præcipuum sunt requisitum, sine quibus aliquem Nobilem ab immediatis Nobilium familiis non oriundum in societatem Ordinis Equestris immediati unquam admissum fuisse non audivi. Sed nec qualitas horum bonorum sola sufficit sed amplius requiritur, ut a Nobilitate receptio & immatriculatio apud Ordinem Equestrem ejus Circuli cui inseri cupit, decenter non tantum petatur, sed prævia causæ cognitione decernatur. Qua immatriculatione ac receptione facta, præstitisque præstandis nobilis hujusmodi demum pari jure cum reliquis immediatis Nobilibus censetur, in Ordinis Equestris Immediati Conventibus, consessibus ac deliberationibus publicis sessionem, votum ac jura suffragiorum consequitur, omniumque aliorum jurium ac privilegiorum immediatæ Nobilitati competentium fit particeps. Extat de hac re Sanctio totius Ordinis Equestris immediati in Recessu Correspondentiæ facto Mergenthemii Anno 1651. ubi in §. undecimo hæc habentur verba. Anlangend Exspectens/die jenigen so sich bey Löbl. Reichs-Ritterschafft umb die Immatriculation oder reception anmelden / ist solches als eine der Ritterschafft angelegene Sach in reiffe deliberation gezogen / und dabey rathsam erachtet worden / das forderst der jenige so sich zu recipiren suchet / solches bey des Orts Ritterhauptmann und Räthen / schrifftlich anbringe; welche alsdann nach erkundigung der Umbständ / und ob solche Person von tapffern und guten qualitäten / und als ein Rittergenoß zu seyn / und unter die Gemeinschafft des Freyen Reichs-Adels zu ziehen würdig seye; Solches auff nechsten Ritter- oder Ortstag den übrigen Mitgliedern referiren / und wofern derselbe von Adelichen Herkommen / oder sonsten von Ihr Käyserl. Majestät. specia-

specialiter nobilitirt / auch vor der Reception oder ausliefferung deß Scheins ein hundert Goldgülden biß zu hundert Ducaten / zur Ritter-Cassa zu liefern / auch mit Mund und Hand Herren Directori Räthen und Außschüssen angeloben / und versprechen wird / daß er forderist der Käys. Mayt. hohe Käys. autorität aller unterthänigst beobachten / so dann von Zeit der Reception bey der Ritterschafft und dem Ort / dahinn er auffgenommen getreulich halten / und derselben in allen Vorfallenheiten heben / und legen / und sich den Ritterlichen Verfassungen / Ordnungen / Verträgen und Abschieden gemeß bezeigen; auch darneben der Ritterschafft bestes / an Ehr / Würde / und Nutzen mit Rath und That suchen / deren Schaden und Nachtheil warnen und abwenden wellen. Worauff derselbe wircklich recipirt und immatriculirt werden solle. Solte aber einer durch contract und in andere weg Ritterliche Güter an sich bringen / und entweder die Reception nicht begehren / oder deren nicht theilhafftig seyn können / wird noch ferner nöthig erachtet / daß solche Güter bey der Ritter-Cassa erhalten / und dardurch dem Ritter-Corpori kein præjudicium zugezogen werde. Ob aber und wie dergleichen neu-recipirte auff Rittertag zu beschreiben / und was für eine Session ihnen zu verstatten / solches wird jedes Orts Ritterhauptman und Rath discretion lediglich anheims gestellet.

IV. Altera distinctio à statu Nobilium civili desumta est, quod quidam principibus & Ordinibus subjecti sunt, (*a*) quidam liberi, (*b*) qui nulli statui (*c*) sed immediate (*d*) Imperio parent, & vocantur **Die freye von Adel** (*e*) **welche ohne Mittel der Käyserlichen Majestatt / und dem Heiligen Reich unterworffen** / (*f*) de quibus in præsenti palæstra.

(*a*) Vocantur Gemittelte von Adel oder Landsassen / qui indifferenter omnibus in causis etiam non feudalibus coram Domino vor ihren Landsfürsten / comparere tenentur, *Cl. JCt. Ioach. Cluten. in Sylloge rer. quotid. th. 26.* Et duplex Juramentum præstant Domino territorii, propter rem feudalem & propter subjectionem. Illud quod ob beneficium, id est feudum præstatur, beneficio definente, etiam deficit; alterum autem quod subjectionis causa præstatur, vim retinet donec territorium immoratur. *Ioh. Ferrar. Montan. in usib. feud. lib. 6. c. 1.* Et his nonnulli ratione certorum bonorum (quæ die Sattelgüter:

telgüter vocantur) privilegiati sunt, adeoq; æq; ac alii constitutionum Imperii capaces. *Wehner. in pract. obs. verb.* Sattelgüter. Ita Nobiles die Ried Esel zu Isenbach præstant reale Homagium Abbati Fuldensi. & Landgraviis Hassiæ, suntq; pars equestris ordinis in Hassia Erbmarschalck des Hauses Hessen / comparentq; in omnibus conventibus provincialibus: nihilominus tamen in Camera Imperiali multos processus obtinuerunt, non contra alios immediatos tantum, sed etiam contra ipsum Abbatem. *Gylm. decis. Cam 56. Part. 1. n. 153.* Sic Marfeld / im Stifft Münster / Steinheimb und Prümbt / Fortun in Ducatu Clivensi ratione der Herrschafft Witting und Königelding / sunt specialiter privilegiati, ipsisq; ratione eorum bonorum processus decreti; ut in relaxando arresto Steinheim contra Dortmundt. *Gylm. tom. 3. Simphor. Wehner in Pract. obs. verb.* Sattelgüter. Hi autem omnes æque ac immediati, in Camera Imperiali, tanquam Assessores præsentantur, ad Collegia Canonica recipiuntur, ad Torneamenta aliosque ludos Equestres admittuntur inter illustres: ratione enim personarum & dignitatum nulla est differentia inter nobiles, & libertas non facit differre specie, sed gradu. (*b*) Liberi κατ' ἐξοχὴν die Freye von Adel dicuntur, non quod ab omni Jurisdictione plane pleneque liberi sint; quia tales in imperio non reperiuntur, *arg. c. nulla ratione distinct. 93.* Sed quia solum Imperatorem pro superiore recognoscunt. *Bidenbach. quæst. nobil. 1. n. 6.* Mit Pflichten der Käyserlichen Mayst und dem H. Reich zugethan seynd. Reichs Abschied de Anno 1542. zu Speyer § dieweil aber etliche. Und von anderer Herren Landsobrigkeit gefreyet seyn. *Reinkingk. de Regim. Secul. d. lib. 1. cl. 5. c. 10.* (*c*) Hoc primum adæquatum & substantiale signum est, quo immediati a mediatè nobilibus differunt. Cum ut ostensum est supra, die Landsassen ihren Landfürsten / omnino ratione superioritatis & Jurisdictionis der Landfürstlichen Obrigkeit parere debeant, & primam instantiam tam active quam passive sortiantur, geben und nehmen recht coram principe, oder dessen Hoffgericht. Econtra autem die befreyte Reichs Ritterschafft / quæ nulli statui paret, einen Reichsfürsten / in cuivis territorio sua nobilia & libera prædia habent, nequaquam pro suo magistratu recognoscunt denn die Landfürstliche Obrigkeit / kan nicht über die immediatos Nobiles extendirt werden. *Bidenbach. quæst. nobil. 2. n. 7.* (*d*) Immediatæ

mediatæ qualitati nihil detrahit, quod multi Nobiles Principum Imperii vasalli sint, & bona sua ab illis vel ex parte, vel in totum recognoscunt; domini enim nullam in eos jurisdictionem exercent, quam eam, quæ ad curiam feudalem pertinet. *H. Rosenthal. cap. 5. feud. concl. 18. n. 9. &c. 5. q. 5. Matth. Steph. lib. 2. de Jurisd. cap. 7. part. 1. n. 117.* Deinde quemadmodum multi Electores, Principes & Comites Imperii ab inferioribus statibus feuda tenent, horumque respectu vasalli eorundem sunt, sed tamen hoc immedietati eorum & præeminentiæ nihil obest: ita nobilis, certorum bonorum intuitu subditus aut Landsaß esse potest, qui tamen aliorum bonorum respectu immediatè subest imperio, videlicet si feudum possideat imperii, aut castrum liberum, ein Frey Adelich Rittergut / nec alibi quam in gemeine der Ritterschafft Kasten/contribuere soleat. *Wernher. Kylling. de Ganerbiis Castror. Discur. 16. n. 13. Arnisaut de Jurib. Maj. lib. 1. c. 5. n. 2. Matth. Steph. de Jurisd. part. 1. c. 4. n. 49.* (5) Ante ducentos vel circiter annos in Germania nemo ferè nisi Nobiles, eorumq; ministri militabant; omnis exercitus Equitatu solo constabat: indeque Nobilium ordo, fere non aliter adhuc, als die Ritterschafft indigetatur. Hinc Besoldus Nobilium ordinem seminarium vocat militiæ, [qua de causa etiam militum nomen in feudalibus consuetudinibus, pro Nobili usurpatur *de vasal. milit.* 2. *F.* 21.] eoq; haud improbabiliter conjicit, nobiles olim penè omnes, vel Romanorum vel Francorum milites præsidiarios extitisse, qui in castris burgisq; suis, vel loco vel arte munitis habitarunt, & provincias bello acquisitas aut gubernarunt, aut contra hostes & veteres colonos defenderunt, *arg. l. 2. §. 4. Cod. de Offic. Præf. Prat. Afr.* (*f*) Reichs Abschied zu Augspurg. *de Anno* 1555. §. und in solchen Frieden. *Ord. Cam. part. 2. t. 5.* Ibi Ein Edelman oder andern deß Adels/der oder die dem Reich ohne Mittel unterworffen. *Cluten. in syllog. rer.*

quotid. th. 26. Libenthal. in coll. Pol. Diſp. 1. th. 16. Beſold. in diſc. de Ord. Eq. n. 5. Petr. Fritze in Diſp. de nobil. concl. 18.

V. Hi à loco ubi degunt in tres claſſes diſtribuuntur, *(a)* Franconiam, Suevicam & Rhenanam *(b)* Equites Franconiæ rurſus in ſex loca dividuntur *(c)* Odenwald / Gebürg / Röhn und Werra / Steigerwald / Altmühl / Baunach. *(d)* Suevi in quinque quaterniones ſeparantur, *(e)* Hegöw / Boden-See und Allgöw / an der Donaw / am Kocher oder Goochen / am Schwartzwald oder Neckher / im Kreuchgaw. Rhenani dividuntur in Rhenanos propriè ſic dictos & VVederavicos. *(f)* His acceſſerunt etiam des Reichs Frey Ritterſchafft des Bezircks im Untern Elſaß. *(g)* Et quamvis poſt Imp. Maximiliani I. tempora, quibus ob reditus Imperii diſtractos ac imminutos contributiones Turcicæ maximè invaluerunt, votum & ſeſſionem in Comitiis *(h)* non uſurparent, *(i)* tamen adhuc ſunt Status Imperii *(k)* & conſtitutionibus de Immediatis loquentibus comprehenduntur. *(l)*

(a) *Beſold in diſcurſ. de Ord. Eq. n. 5. Cluten. in ſyllog. rer. quotid. th. 26. Nolden. de Nobil. civil. c. 17. Libenthal. Coll. Polit. Diſp. 10. th. 26. Wehner, Pract. obſerv. verb.* Ritterſchafft. *Pe-*

trus

trus Fritze de Nobil. concl. 18. (*b*) Reichs Abschied *de Anno* 1500. Was man mit den Ritterschafften zu Franckhen / Schwaben und Rheinlanden handeln soll. Reichs Abschied zu Speyer de Anno 1542. §. Demnach haben wir auf der Churfürsten. (*c*) Solche Sechs Ort gehören zusammen / in ein gemeine Ritterschafft so ein unzertrennt Corpus und Respublica ist / und haben deßwegen Käyserliche und Königliche Befreyungen / alte Herkommen / beständige und über Menschen Gedencken hergebrachte Lehens und andere Gebräuch / so sie in possessione vel quasi & exercitio haben / deren weiland Vor-Eltern seeligen / mit ihren Ritter-Diensten / dem H. Römischen Reich mannigfaltig und nützlich gedient / und fürs Vaterland gestritten / erobert / und erlangt und dahero noch auf heutigen Tag die Freyen Francken genennt werden. *Webner. Pract. obs. verb.* Kräyßtage. (*d*) So seinen Anfang zu Franckfurt am Mayn / hienüber auf den Vogelsberg / nach dem Knoll / zu dem Sullingswalt / an die Werra / dann disseits solches Flusses an den Thüringer und Böheimer Wald herum / hinter dem Nortgaw her / biß an das Herdfeld und herwarts deß Kochers die Jagst hinab / dem Neckher zu gegen Wimpffen / von dannen nach Aschaffenburg / und also den Mayn hinunter biß wider gen Franckfurt. Invictissimus & Clementissimus Imperator Ferdinandus II. *in Confirm. & Declar. Privil.* der Gefreyten Fränckischen Ritterschafft. (*e*) *Besold. in disc. de Ord. Eq. n 5. Nolden. c. 17. Cluten. in syllog. rer. quotid. th. 26* (*f*) Sub Rhenana enim classe continetur etiam die Wedderaw / und deroselben zu gehörige Oerter so seinen Anfang / am Hagenawer Forst gehabt / und sich an selbiger Seiten deß Rheins biß an das Ertzstifft Cöln erstreckt / auf der andern Seiten deß Rheins / deß Orts gegen Mäyntz über / da der Mayn in den Rhein fleusst / anfahend / und daselbst den Mayn hinauf biß gegen Aschaffenburg / von dannen wider herum von Geln-

 hausen

hausen/folgends hinüber auf den Lohnstrom/von Lohnstrom auf beyden Seiten den Westerwald hinab/biß an den Rhein/und allda den Rhein wieder hinauf und hinab/biß an das Land Bergen gehend. *Simon. Gunther. de Privil. Rhenana Nobilit pr. 4. n* 7. (*g*) Videatur confirmatio. deß Conjunctur Recess, zu Mergentheim aufgerichtet. *D. Ferdinandi III. Imp. Anno Chr.* 1652. Item das Käyserliche / *Diploma* über deß Ritterlichen *Prædicats* erhöhung *Ejusd. Ferdinandi III. Imp.* unserer und deß Reichs Freyen Ritterschafften der Craisen/ Viertel/ Ritter-Ort und Bezircken in Land zu Schwaben/ Francken/ Reinstrom/ und deß Bezircks in untern Elsaß. Anno Chr. 1654. ertheilt. (*h*) ut *Aristot.* distinguit inter Cives & subditos, ita ut horum essentiam in subjectione; illorum vero in rerum publicarum cura ac tractatione ponat nec civis nomine dignetur eum, cui non sit potestas adeundi Comitia & in iis ferendi suffragia. *1. Polit. c. 2. 3. Pol. c. 4. 4. Pol. c. 4.* ita magnum momentum in eo situm esse, utrum quis Comitiis Imperialibus, in quibus Summa Imperii consistit, interesse, inq; legibus Imperii vel ferendis vel abrogandis una concurrere suoque suffragii jure uti possit, nemo negabit; quod in tantum nonnulli extendunt, ut solo hoc Comitiorum jure illam Statuum in terris suis superioritatem, independentemque potestatem, qua quilibet in suo territorio, quod imperator in universo, facere posse dicitur, niti autument. Quid ergo de Immediatis Imperii Nobilibus statuendum? an illis propterea, quia tanto temporis decursu nec vocati sunt, nec in Comitiis comparuerunt, vel jura sessionis ac suffragiorum non desiderarunt, jura eadem superioritatis in suis castris, oppidis ac pagis cum appertinentiis abjudicanda ac deneganda sunt? Minimè gentium. Frui enim iisdem plus quam notorium est; Dicendum ergo effectu favoris hoc factum esse & inde Originem traxisse suam, tùm postquàm edictaliter citari status desierunt, cæptumq;

ptumq; est singulatim unumquemq; vocari, quo tempore Ordo Equestris immediatus nondum in certos circulos erat relatus; ut proinde citatio singulorum expediri non tam facilè potuerit; nisi quod jam tum non paucissimo plurimi in societatem Clypei Sancti Georgii coaluerint; quos sub hoc societatis nomine ad Comitia vocatos esse apparet ex actis des gemeinen Pfennings. Tum præcipuè, quia pecuniaria subsidia, quæ distractis Imperii reditibus in Comitiis contra Turcas tùm maximè in solito more Germanorum, utpote qui non pecunias sed viros militares mittere consueverunt, urgebantur, præstare noluerunt, sed ipsi vestigiis Majorum insistentes militare pro consueto salario maluerunt, probrosum sibi ac libertati perniciosum reputantes, si onera realia ac patrimonialia, à quibus semper fuerunt exemti, subire cogerentur. Quod si vero nunc inversa Imperii Germanici forma huic suo favori renunciare & in comitiis ad votum & sessionem admitti cuperent (id quod in Comitibus Franconiæ ob prædictas rationes demum Anno 1641. factum esse constant) nec tamen à Statibus reliquis præter spem admitti vellent, manifesta hæc esset iniquitas ac contemtus, possetq; pars contemta persequi contemtum. Quando enim aliquid concluditur à Statibus licet inauditis Nobilibus, vel etiam, si auditi, nihil obtinuissent, posset utcunq; valere conclusio propter tacitum consensum, quia sua sponte non comparuerunt vel auditi sunt, secus quando comparentes nõ audiuntur; Tunc enim possunt contemtum persequi, per ea quæ in terminis terminantibus tradunt. *Gremp. & Hieron.* zum Lamb §. die Dritte. *p. 77.* & § das Erste. Nec obstat quod tanto temporis spacio non comparuerunt; Favore enim libertatis hoc factum esse, adeoq; liberæ facultatis mansisse, nec ullam unquam ex parte reliquorũ Statuum prohibitionẽ interpositam fuisse constat. Ubi autẽ nulla est prohibitio, ibi nulla esse potest possessio, utpotè, quæ à prohibitione demũ causatur; Et ubi nulla est possessio, ibi nulla esse

poteſt præſcriptio. (*i*) Olim liberum Equeſtrem Ordinem ad conventus generales,tanquam ſingularem Imperii Statum vocatum fuiſſe,colligitur tum ex procœmio Aureæ Bullæ,ibi: in gemeiner Verſamlung und Gegenwarth aller/2c. Edlen/tum ex priſco illo Cæſareo ſtylo, mit guten Rath/ unſer und des Heil. Reichs Churfürſten/Fürſten/2c. Rittern/2c. Tum denique ex Imperatoris Friderici III. Reformatione Francofurti Anno 1442. promulgata in pr. ibi. Und darum durch Anbringen. auch mit Beywesen und Rath/ unſer und des H. Reichs Chur- fürſten/2c. Ritter und Knechten / die wir denn durch ſie ſelbſten/ oder ihre mächtige Sendbotten / darumb inſonderheit her zu uns zu kommen / gebetten und geheiſſen haben. Unde etiam Nobiles quosdam ad certum circulum relatos legimus, quales erant: die Ritterſchafft/und Geſellſchafft S. Georgen Schilds im Hegow. Erklärung deß Landfriedens zu Nürnberg Anno 1522. aufgericht / *rubr.* der Schwäbiſche Kreyß. *Gerlac. Buxtorf ad auream Bullam. th. 5. Rumelin. ad Auream Bullam Differt. 1. th. 12.* Poſtquam vero Nobiles ex parte (ut in Saxonia, Bavaria,Haſſia) Principum Landſaſſij facti ex parte (ut in Franconia, Suevia & Rheni tractu) oneribus & Imperii collectis ſeſe eximere vellent, eos ſeſſionem ac ſuffragium amiſiſſe,in eorumque favorem receptum eſſe,ne Cameræ Imperialis ſumtus pro rata ferre, aliaque ſtatuum onera, der gewiſſen Anſchläg ſubire tenerentur, tradit. *Henric. Bruning. de Variis Univ. ſpec. th. 18. Ludovic. Gremp. & Hieronym.* zum Lamb. *in conſ. de ſeſſion. & voc. lib. civit. Imp. q. 2.* §. in der Vierdten *Objection. Vintherus in diſſert. de Rep. th. 277. Beſold. in diſc. de Ord. Eq. & in Theſauro. Practico.* (*k*) *Wehner. in Obſerv. Pract. verb* Ritterſchafft. *Rumelin. ad Aur. Bullam. Differt. 2. th. 12. Nordermann. de Jure Principatus. concl. 86. lit. B. Paurmeiſt. de Jurisd. libr. 2. c. 7. n. 17.* Ordinem Equeſtrem immediatum non tantum juribus ac

ac privilegiis aliorum Statuum Imperii gaudere, sed etiam ab aliquot retrosecculis ab Imperatoribus titulo ac nomine Status insignitum acta Imperii testantur. Sub Rudolpho. I. in Comitiis Augustanis Idibus Maij 1275. Sub Carolo IV. in Aurea Bulla. Sub Wenceslao in Sententia Depositionis. 20. Aug. 1400. Item à Sigismundo in sua Aurea Bulla de Anno 1431. A Friderico III. in Comitiis Noriberg. de Anno 1466. In Reformatione de Anno 1442. pr. In Constitutione Pacis Publicæ Augustæ Vind. de Anno 1474. A. Maximiliano I. Wormatiæ de Anno 1495. & consequenter in prima Ordinatione Judicii Imperialis. A Carolo V. in literis credentialibus ad Ordinem Equestrem in Franconia de dato Burgos 3. Febr. Anno 1528. In ejusd. Diplomate de dato 13. April. 1546. Ut & in credentialibus pro ejusd. Ablegatis ad Comitia de Anno 1555. A Ferd. I. in Recessu de anno 1542. Spiræ promulgato. §. dergleichen wir jetzt im nechsten Artickul angezeigt/ versic. Es wolten dann dieselben von Adel ibi auch wie wir von andern Ständen. In Recessu de anno 1564. §. wir wollen auch. A Rudolpho II. in monitorio de anno 1610. A Matthia In Rescripto ad Com. Palatinum Frid. V. sub dato Prag. 20. Julii. Anno 1617. à Ferd. II. in Capitulatione art. 13. A Ferd. III. in capitulatione art. 17. A. Ferd. IV. Reg. Rom. in cap. art. 15. Auch die Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Herren / von Adel auch andere Stände deß Reichs. Et denique in denen Alten und Neuen Reichs Hoffraths-Ordnungen. Tit. 2. Sondern auch unsere und deß H. Reichs Churfürsten / Fürsten/ Graven/ Herren/ Stände/ Gefreyter Reichs-Ritterschafft / &c Hinc rectè de cætero ait *Mozambano*, Nobiles immediati paribus ferè cum reliquis Statibus libertate & juribus gaudent, ut ad Principum fortunam nihil ipsis desit præter opes. *de Stat. Imp. pag. 56* (*l*) *Besold. in disc. de Ord. Eq. n. 5. Cluten. in syllog. rer. quotid. th. 26.*

VI. Pri-

VI. Privilegia nobilium Liberorum ſunt vel generalia, vel ſpecialia. Generalia ſunt partim Jure Communi, partim conſuetudine, ſtatuto, vel ſpeciali lege conceſſa; *(a)* & competunt univerſaliter omnibus Nobilibus, vel mediatè vel immediatè Imperio ſubjectis. *(b)* Ex his quædam conſiſtunt in Immunitatibus: Ab officiis enim civilibus perſonalibus, plus oneris quàm dignitatis annexum habentibus excuſationem merentur: (c) Hinc nobiles tutelæ munus publicum *(d)* pupillorum ignobilium ſubire non coguntur; *(e)* Ab onere Collectarum *(f)* & à vectigalis præſtatione *(g)* immunes ſunt.

(*a*) *Balthaſar Friſowitz. in Diſcurs. de Nobil. th. 28. Petrus Fritze in Diſp. de Nobil. Civil. concl. 2*. (*b*) *Libenthal. Coll. Polit. Diſp. 10. th. 15. Nolden de Nobil. civil. c. 12. in pr.* (*c*) *Tiraquellus de Nobil. c. 37. n. 16.* & in penuria hominum perſuaderi potius, quam cogi debent: adeoque à ſordidis muneribus eò magis ſunt exemti nobiles; quippe quod per ſordida exercitia & artificia nobilitas amittatur *l. 13. ſordidorum. C. de excuſ. muner.* (*d*) *l. 1. ff. de mun. & bon. l. 9. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur. l. 17. § 2. de excuſat. tut. pr. Inſtit. eod.* quod propterea invito imponitur *§. pen. Inſt. de ſatisdat. l. 1. in pr. ff. de admin. tutor. l. 3. C. de Suſpect. tut.* niſi executionibus deprecari poſſit *l. 214. ff. de V. S. l. 28. C. de Decurion.* (*e*) *l. 17. §. 1. ff. de Excuſ. tut. l. 7. à muneribus ff. de vacat. & excuſ. mun. Tiraq. c. 37. n. 16. Köppen.*

pen. decis. 61. n. 3. Sed Nobilis si voluntariè tutelam ignobilium semel suscipiat, num imposterum in alia de novo delata teneatur? Negatur, quia per unum actum contrarium quis non perdit in aliis privilegium habens actum reiterabilem & successivum *l. 12. C. de excus. tut. Nolden. de nobil. c. 14. num. 62.* (*f*) *Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 18. Brautlacht. in Synops. Jur. publ.* inprimis ratione bonorum feudalium, pro quibus Domino suo servitia feudalia præstant, ad collectas non tenentur. *Petr. Heig. quæst. 18. part. 1. n. 21. Tiraquell. de Nobil. c. 20. Bidenbach. quæst. 18. de Nobil. num. 4.* Qui enim Principis sunt servitio, merito à collectis excusantur. *arg. l. omnium C. d. Testam.* & feudalia bona ad popularem pensitationem non accedunt: sed nobiles ac vasalli eorum contemplatione servitia Equestria debent, præter quæ non sunt molestandi. *Johann. Ferrar. Mont. in usibus feud. l. 6. c. 4. §. à quibus oneribus, & lib. 6. c. 5. §. quæcunque.* Quod tamen fallit in collectis universalibus der Türckensteur. Immunitas enim concessa non intelligitur de his quæ necessitatis. *l. 1. C. ut nem. lic. in empt. spec. Wintzler. de Collect. decis. 6. n. 13.* facit Reichs Abschied zu Augspurg de Anno 1551. §. Solche der Ständen & de Anno 1566. dieweil nunmehr diese Reichs Abschied zu Regenspurg de Anno 1554 §. Nachdem nun. Da soll ein jeder belegt sein Geistlich oder Weltlich / Exempt oder nicht Exempt / Gefreyet oder nicht gefreyt / niemand ausgenommen / etc. unverhindert aller verträg / Statuten, Obligationen, Gewonheiten und Herkommen. Idem Reichs Abschied de Anno 1598. & 1603. zu Regenspurg. Præsertim si necessitas tanta, ut sustineri non possit, nisi perveniatur ad exemptos. *Curt. Jun. Consil. 61. n. 14 part. 1.* Neque mediati tantum, sed & Nobiles immediati (qui alias specialiter privilegiati sunt contra onus collectarum, vide privilegium contra Landsässerey speciale à D. Rudolpho II. der Gefreyten Ritterschafft der Sechs Ort in

Francken concessum, ubi, von aller Reichung der Reichs-Land-Tranck Steuer/ Schatzung/ Straffen/ Aufflagen/ eximuntur) in societatem harum collectarum vocantur, Reichs Abschied de Anno 1576. zu Regenspurg §. dann weiters wollen. Et Reichs Abschied de Anno 1566. zu Augspurg §. wir wollen auch/ *Denais in jur. Cam. tit. 99. n. 26. Casp. Klock. de Contribut. concl. 38 Wentz er. de Collect. obs. 14.* Non quidem ut cæteri status, denen ihr gewisser Anschlag auferlegt / sunt enim in den Anschlägen deß H. Reichs nicht begriffen / Reichs Abschied de Anno 1542. §. Demnach haben wir / zu Nürmberg, sed requiruntur à Cæsarea Majestate umb ein Christliche mitleidende Hülff/ ohne einigen gewissen Anschlag. Reichs Abschied zu Augspurg de Anno 1500. §. wir oder der Anno 1557. & Anno 1577. §. Dann weiters (*g*) *arg. l. 6.* Ubi personæ tantum privatæ vectigalibus sunt obnoxiæ. *C. de Vectigal. & 5. C. eod.* Expeditum enim est, vectigalia à Nobilibus exigi non debere, *Guid. Papa decis. 41. & decis. 384. & 387.* & nobiles in Germania ex antiquissima consuetudine à collectis, teloniis,& similibus oneribus publicis immunes esse, ait *Koppen. in decis. quæst. 61. num. 3. Mindan. in Proceß. Cam. lib. 2. c. 42. §. 6. Bechtius de Securit. & salv. conduct. th. 214. Clar. JCtus Boeer. in tr. de Regal. cap. 2. num. 398.* Cujusmodi Privilegium in specie Nobilibus Circuli Franconici à D. Rudolpho II. Anno 1609. 11. die Maji concessum est. Similia Privilegia etiam Nobile, Suevi & Rhenani Circuli habere, testatur. *Klock. in Discept. Polit. Jurid. de Vectigal. Jur. concl. 31. lit. B.* Item Privilegium über die Zoll-Freyheit. D. Ferd. III. Gefreyter Reichs Ritterschafft und Adel im Land Elsaß Anno 1637. 8 Aug. confirmatum. Und wie den Neuen Zöllen/ sie mögen Nahmen haben wie sie wollen zubegegnen/ docet cap. Invictissimi & clementissimi nostri Imp. Leopold. I. art. 22. Und solle darneben einem jeden Churfürsten / Fürsten und

Stand/

Stand/ingleichen der Freyen Reichs-Ritterschafft erlaubt seyn/ sich und die Seinige solcher Beschwerden/ wie bey dem 25. Articul allschon vermeldet / selbst so gut er kan zuerledigen und zubefreyen.

VII. Quædam consistunt in reverentia & honoribus nobilitati deferendis. Sunt enim nobiles præ cæteris honorandi : (*a*) in salutationibus & sessionibus præferendi, (*b*) non tenentur ire pedes, (*c*) ad eorum domum accedendum, non ipsi cogendi domo relicta, alios adire, præsertim in officio dignitatem habente constituti : (*d*) In judiciis sedendo locus iis assignandus, (*e*) eorum facta majori solennitate pertractanda. (*f*) Dos iis major & latior ab uxore constituenda. (*g*) Usus iis relictus uberius est interpretandus ; (*h*) Injuria iis facta gravius punienda, quam quæ facta plebejo ; (*i*) Alimenta iis largius præstanda, (*k*) Nobilium funus majoribus expensis & solennitatibus celebrandum. (*l*) Et licet pater non teneatur alere filium inopem, qui suis manibus sibi victum quærere potest ; (*m*) id tamen non procedit in filio nobili, cui esset indecorum hujusmodi opera servilia tractare. (*n*)

(*a*) *l. ad honorem. ff. de Decurion. l. 45. C. eod. Matth. Steph. de*

de Nobil. c. 6. n. 10. (*b*) *l. 2. & 3. C. de Off. diverſ. Iud. l. 1. C. de Off. civ. jud. l. 3. pr. C. ubi ſenator. l. 1. & l. 2. C. ut dign. ord. ſervetur. Matth. Steph. d. c. 6. n. 10.* Quod non tantum obtinet in viris nobilibus, ſed etiam in illorum uxoribus. *Decian. reſp. 84. vol. 5.* Cum diſpoſitum in uno ex correlatis, intelligatur etiam diſpoſitum in altero *Curt. Jun. Conſil. 6. n. 14. part. 1* (*c*) Sed equo vel vehiculo uti debent, *Gail. 2. obſ. 99. n. 4. Tiraq. de Nobil. c. 20* Sic etiamſi Nobiles à commiſſariis citentur, ſe excuſare ſolent, daß ſie mit Pferdt und Wagen nicht verſehen; quæ tamen exceptio per partes in continenti refutari poteſt, cum ſi ipſimet non habeant, locato accipere debeant, recepto à partibus pretio. Quod ſi ruſticus equo vel vehiculo utatur, ſumtus illi refundendi non ſunt. *Tiraq. de Nobil. c. 20. Gail. dict. obſ. 99. n 4. Ruland. de Commiſſ part. . . lib. 5. c. 6 n 8* (*d*) *l. pen. §. fin. de condit & demonſtr. Matth. Steph. de Nobil. c. 20 n. 16* (*e*) *arg. l. 3. in fin. C. ubi Senat. vel Cl. l. 3. C. de Offic. diverſ. jud. l. 2. C. de proxim. Sacr. Sertn. Matth. Steph. d. loc.* (*f*) *l. fin. § 1. & § 5. C. de Cur fur. & §. 4. ſed cum antiqui. ibid. de curat. furioſ. l. ult. l. 1. C. de tutor. & Curat.* (*g*) Juxta qualitatem enim & dignitatem mariti dos conſtitui debet, *l. 60. l. 69. §. 5 ff. de Jur. dot. l ſi filia ff. de legat 3.* (*h*) *l 7. §. 3. ff. de donat l 12. §. 1. ff. de Uſu & habit. l. 18. in l. ff. de re jud Tiraq. de Nobil. c. 20. n. 153.* (*i*) *§. 7. verſ. nam. ſecundum. §. atrox. 9 Juſt. de Injur. l. 16. §. 3. ff. de Pœn.* præſertim ſi ſcripto contra Nobilem, & in judicio commiſſa, vel ad totam nobilitatem in aliquem irritandam excogitata ſit. *Cothman. conſil. 59. n. 35. vol. 2.* (*k*) *l. 8. §. mulier. l. habitatio. §. ſervis ff. de vent. in poſſ. mittend. l. nepos. 125. ff. de V. S. l. plenum §. equitiis ff. de Uſu & habitat. l. ſed etſi quid. §. imprimis. l. tutor. in pr. ff. de Adminiſt. tutor. Roch. de Curt. de Jur. Patr. rubr. & utile 1 num. 4.* Quare non tenentur nobiles comedere caſeum, panem atrum, cæpas, allium & ſimilia, cum ſint propriè cibaria ruſticorum. *gl. in l. ſervis urbanis 99. verb. cibariis ff. de leg 3.* Nobili-

um

um autem cibi sunt, pulli, anseres, anates, capones, perdices, coturnices, funduli, carpiones, & hujusmodi delicati cibi. *Tiraq. c. 20. n. 142. c. non cogantur. dist. 41.* Nobiles enim non solum quoad victum, & amictum, sed etiam quoad cætera omnia, quæ ad externum nobilitatis honorem spectant, lautius & splendidius vivere decet. *Petr. Fritze. de Nobil. concl. 23.* (*l*) *l. si quis. 12. §. sumtus. l. 14. §. 6. & § 10. ff. de relig. & sumt. fun.* in tantum ut nobilibus injuria fiat, si modico sumtu sepeliantur, *per l. 14. §. 10. ff de relig. & sumt fun. Matth Stephan. c. 6. n. 16.* Et in majorem pompam, tempore exequiarum imagines majorum, Die Ahnen/ Schildt und Helm/ deferuntur. *Tiraq. d. Nob: c. 20. n. 140.* Welche (Ut & annulus signatorius) wann der letzte des-Geschlechts / Stammens und Namens gestorben/ beym Grab zerbrochen/ zerschlagen/ beygelegt/ und zugleich mit begraben werden/ *Runding. cent. 5. obs. 46.* (*m*) *l. si quis §. 7. ff. de lib. agnosc.* (*n*) Id enim tantum possumus, quod salva dignitate possumus. *l. 15. ff de Condit instit. l. 125. ff. de V. S.* nec est cum vituperatione conjunctum, *l. 23. §. 2. vers. muliebria ff. de aur. & arg leg.*

VIII. Quædam in Pœnis temperandis: mitius enim puniendi sunt Nobiles, quam ignobiles; (*a*) ignominiosissima laquei pœna non plectendi; sed potius decapitandi. (*b*) Flagellis non cædendi, (*c*) nec damnandi ad triremes. (*d*) Quæstionibus & torturis non subjiciendi: (*e*) nec in carceribus propter debitum civile, (*f*) nec adeò strictè in vinculis propter delicta ex quibus capi possunt, detinendi. (*g*)

 (*a*) *l.*

(a) *l. quamvis C. de adult l. fin. C. ut nem. priv. tit. præd. suis. l. capitalium §. fin. ff. de pœnis. l. nemo. in fin. C. de Summ. Trinitat. l. 2. ff. de Term. mot. c. fin ext. de pœn. c. qui contr. 24. quæst. 1. c. centum. dist. 50. Hieron. de Monte Brixiano in Tr. de fin. regund. c. 34. p. 76. Schönborn. pol. lib. 3. c. 39.* (b) *Tiraq. de Nobil. c. 20. n. 107. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. membr. 2. n. 88. Didac. Covarruvias. 2. var. resol. c. 9. n. 4. Farinac. part. 3. prax. crim. q. 98. n. 100.* Pœna enim ignominiosa nobili vel in dignitate constituto regulariter non imponitur. *l. 9. §. 11. ff. de pœn.* Jam vero pœna laquei omnium est ignominiosissima, vilissimaque ac fœdissima, ut tradit. *Bl. in rubr. de Off. deleg.* Propterea talis pœna nobilibus non est inferenda, sed ad mitiorem deveniendum. *Tiraq. de pœn. temper. caus. 31. n. 3. & 4.* (c) Talis namq; pœna à Nobilibus aliena esse debet. *c. pastoralis. in fin. pr. de Off. deleg. arg. l. 5. C. ex quib. caus. infam.* (d) sive ad tempus, sive in perpetuum. *Farinac. part. 3 prax. crim. quæst. 98. n. 99. Covarruv. lib. 2. var. resol. c. 9. n. 3.* Neq; ad strapecordam, vel pœnam de chorda sunt adigendi. *Nolaen. de Nobil. c. 15. n. 107.* welches ein Longobardische Straff ist. *Dn. D. Dietherr. in Thesauro Practico Besoldi. p. 911.* (e) *l. nullos. C. ad L. Iul. Majest. l. severam. C. de dignit. l. desertorem. §. 2. de re milit. l. milites. l. Divo. C. de quæst. l. decuriones* juncta *l. 14. C. de advoc. diver. jud. l. omnes. 33. C. de Decurion. Tiraq. cap. 20. Matth. Steph. de Nobil. c. 6. n. 41.* Adeo ut judex torturæ nobilem subjiciens capitali supplicio affici debeat. *Bl. in l. Decuriones. C. de quæst.* utq; judici nobilem torquere volenti de facto etiam manu militari resisti possit. *Hippolyt. de Marsil. ad l. Edictum. n. 3. ff. de quæst.* Et consuetudo contraria, ut videlicet nobiles torqueri possint, non valeat, *per l. omnes 33. C. de Decur. Schrad. de feud. part. 1. c. 13. n. 52. Cl. Bocer. de tortur. c. 4. n. 78.* quia non potest introduci consuetudo contra legem consuetudini derogantem. *auth.*

Cassa

Caſſ. & irrita C. [illegible]*S S. Eccleſiis.* (*f.*) *And. Tiraq. de nobil. c. 20 n. 141. Covarr. lib. 2 var. reſol. c.* 1 *num.* 4. Nam habent beneficium competentiæ, ne in ſolidum conveniantur, ſed in quantum facere poſſunt, habita ratione ſue nobilitatis, *Coler. de Proceſſ. executiv. c. 6. n.* 146 *Tiraq. c. 20. n.* 142. Neq; jus prætorium in ipſorum bonis feudalibus conſtituitur, ita ut vendere cogantur caſtra ſua, ſed contenti eſſe debent creditores, ut facta ſequeſtratione de fructibus eorum illis ſatisfiat. *Gail.* 1 *obſ.* 117. *n.* 5 *Köppen decit.* 35. *n.* 5. Quod tamen non tam privilegium nobilium, quam commune omnium vaſallorum jus eſt, docente *Gail. d. obſ* 117. *n.* 5. (*g*) *l. 1. ff. de cuſt. & exhib. reor. l. filio exhered. §. ejus ff. de injuſt. teſtam. l. ult. C. de accuſat. Tiraq. de pœn. cauſ. 31. n.* 1 Nec in vinculis ſubterraneis, Stock und Hals-Eiſen (quo pertinent nova tormentorum genera) ſunt detinendi: ſed vel in civitate; ne domo ſua, aut ex certo loco procedant. *Gail. de pignor. obſ* 9. *n.* 4. Vel in hoſpitio, Curia, vel palatio. *Pruckman. conſil. 2. n. 331. vol.* 1. *Ruding. 2. obſ.* 58. *n.* 6. Vel in loco editiore ſub cuſtodia militum vel commentarienſium ſunt aſſervandi *Coler. de proceſs. executiv. part. 2. c.* 3. *n.* 177.

IX. Quædam in præſumtionibus: Pro Nobilibus enim major, quam pro plebeis ſtat virtutis, innocentiæ & integritatis præſumtio: (*a*) Unde iis magis tam in teſtimoniis ferendis, (*b*) quam aliis rebus creditur. (*c*) In Electionibus & aliis quibuscunque actibus, ubi voces ſunt undiq; pares, præferuntur: (*d*) fideliores cenſentur; (*e*) in rebus arduis præ cæteris adhiben-

bentur; (*f*) ad officia secularia (*g*) & beneficia spiritualia (*h*) legationesque obeundas (*i*) magis assumuntur.

(*a*) *l. si bona fidei ff. de* Rei *Vind. Vult. Consil. Marpurg.* 18. declinat enim à malo & inclinat ad bonum nobilitas, *Robadilla. Pol. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 17. (*b*) *l. majorem* §. 1. *ff. de Pact. l. un. ff. de Off. Pref. Pret. l.* 3. *in pr. ff. de Testam. l. ob. carmen.* §. *fin. ff. de Testam. c. multa. extra de prabend. cap. statuendum. de Rescript. in* 6. *lib.* 3. *in pr. ff. de testibus. Mascard. de probation. concl.* 1097. *n.* 3. *Rochus de Curte in tr. de Jur. Patron. p.* 134. *n.* 92. Adeo nobilitas tantæ importantiæ est, ut in quibusdam locis ad perhibendum testimonium, personaliter comparere non teneantur, sed sufficiat, si per scripturam, sub fide sua absq; corporali juramento deponant, & depositionem obsignatam judici examinis transmittant, *Meichsnor. lib.* 1. *decis. eam.* 30. *n.* 1. Ubi ait, quod Nobilibus in scriptis deponentibus non quidem ut testibus, sed ut publicis personis, in loco in quo Jurisdictionem habent, credatur. Quemadmodum in Regno Bohemiæ, in Archiducatu Austriæ, & Ducatu Bavariæ, aliisque locis receptum esse testatur. *Gail.* 1. *obs.* 101. *n.* 14. *Steph. de Nobil. c.* 6. *n.* 19. Et notat *Ruland. de commiss. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 11. *n.* 5. se non ignorare quod Nobiles bey der Handtreu gelassen worden/ in causa Wilfardt contra Büsch injuirarum Ann 1570. *Et Gail. obs.* 101. *n.* 15. se vidisse examinari testes nobiles sub juramento Obedientiæ, non recepto aliquo novo juramento. (*c*) *l.* 2. §. *qua omnia vers. antiqua. C. de vet. Jur. enucl. c. illud distinct.* 40. *l. si furiosi. C. de nupt.* §. *si miles. de Pac. tenend. Tiraq. de Nobil. c.* 20. *n.* 35. *Hieronymus de Monte Brixiano, in tract. de fin. regund. c.* 63. *n.* 8. adeo ut eorum promissa pro factis habeantur, *arg. l. nemo. ff. de Restit. in integr. c.* 1. *de Donat.* simplicique eorum verbo interdum

terdum credatur, *c. nobilissimus dist.* 79. Atque ita practicatur quotidiè, das wo einer von Adel etwas zusaget / oder verspricht und verschreibt / bey seinen Adelichen Ehren / Trauen und Glauben / alles und jedes so der Verschreibung mit einverleibt / Standfest / unverbrüchlich und wol zuhalten / zuerfolgen und deme zu leben / &c. Er solches von rechtswegen eben zu halten schuldig / als ob er solches mit einẽ leiblichẽ Eidgeschworẽ hätte / bey peen des Meyneids. *Matth. Steph. de Nobil. c.* 20. *n.* 20. *Mynsing.* 1. *obs.* 17. *ibique Arnold. de Reyger. Coler. de process. executiv. part.* 1. *c.* 10. *n.* 209. *Gail.* 1. *obs.* 59. *n.* 2. Ubi in specie ait, id in Nobilibus nostri temporis procedere, qui sub fide suæ Nobilitatis, bey ihren Adelichen Trauen und Glauben promittunt solvere. *Cothmann. resp.* 4. *n.* 352. *vol.* 4. Quod confirmat consuetudo Saxoniæ, daß die von Adel über ihre Brieff und Siegel nicht sollen disputiren lassen. *Gylmann. decis. cam.* 4. *n.* 35. *lib.* 2. Sic etiam in Franconia obtinet; videatur des Erneuerten Ritter Raths Fränckischen Kreisses Ordnung *part.* 1. *tit.* 10. & der Abschied der Ritterschafft Odenwald / zu Mergentheim / Anno 1611. den 5. Decemb. Videatur etiam des H. Röm. Reichs Frey unmittelbahrer Ritterschafft in untern Elsaß Adeliche Ritter-Ordnung. Anno 1653. Art. 18. (*d*) *l. majorem ff. de Pact. arg. l.* 3. §. 1. & *l. ob carmen* §. *fin. ff. de testib.* (*e*) Nec præsumuntur prodere Principem. *Matth. Steph. de Nobil. c.* 6. *n.* 21. quare eos Principes sibi comites adsciscunt, & lateri suo potius adjungunt, quam plebejos. *l. omnium C. de Testam. Iohann. à Chokier. Thes. Polit. lib.* 5. *c.* 2. *Tiraq. de Nobil. c.* 20. Et propterea in aulis Principum non solum officia. Eines Marschalcks / Hoffmeisters / Stallmeisters administrant, & pro defensione & tutione corporis magis quam plebei excubant: sed etiam hostilitatis tempore, castra & fortalitia, ipsis magis quam plebeis demandantur. *Nold. de Nobil. Civ. c.* 12. *n.* 19. quemadmodum Nobiles Austriaci à Maß-Münster / tempore hostilitatis,

Q oppidum

oppidum Ensheimb accedere, ejusque claves retinere & aperire tenentur. *Zas. de feud. part. ult. n. 15. Sibrand. de feud. part. 1. c. 2. n. 39.* (f) *l. 1. C de conduct. in publ. horr.* (g) *Nov. 15. in pr. Matth. Steph. de Nobil. c. 6. n. 21. Chokier. in thes. polit. lib. 5. c. 3.* utpote ad Regimen castri, vel civitatis vel alterius rei *cap. 6. in fin. N. 15. honor. §. honoribus ff. de muner. & honor. l. honores §. is qui. ff. de decur. auth. praesides. in pr. C. de Episc. audient. c. grandi de suppl. negl. prael. in 6.* Unde etiam constitutum, daß die weltlichen Chur-fürsten Assessores aus der Ritterschafft gebohren/ ernennen und praesentirten sollen. Reichs-Abschied zu Speyer de Anno 1557. §. Weiter. Ita etiam in Austregis derer von Adel gegen die Chur- und Fürsten. sollen neun Räthe gesetzt werden/doch das zum wenigsten fünff von Adel seyn. *Ord. Cam. part. 2. tit. 4. §. 4. Denais. in Jur. Cam. tit. 158* (h) *c. non satis vers. item si considerand. dist. 86. c. adeo vers. nobilitas de Rescript. c. officii extra de Elect. & Elect. potest.* (i) *l. sciendum. 4. §. 5. ff de Legat. Kirchner. de Legat. lib. 2. cap. 4. n. 145. Tiraq. c. 20. n. 43. c. apostolica post pr. de re judic. in 6. Petrus Fritze de Nobil. concl. 22.*

X.

Specialia Privilegia imprimis Immediatos Nobiles spectant: iisque speciali lege, consuetudine, vel statuto concessa sunt. Et primo quidem habent Jurisdictionem (*a*) territorialem. (*b*) die Landes Obrigkeit: (*c*) à Principumque territoriali Jurisdictione sunt liberi. (*d*)

(*a*) Jurisdictionis vocabulum varie in Jure nostro accipitur 1. pro potestate dicendi, reddendi, decernendi Jus constitutum, ut in *tit. ff. de Jurisd.* 2. pro fonte, sive causa Jurisdictionis, Edicto videlicet, quo jus proponitur, *l. 1. C. ubi in rem. l.*

2. C.

·3. C. *de Condit. insert. l. 13. ff. ad L. Corn. fals. 3.* pro exercitio Jurisdictionis. l. 36. *ff. de Æd. edict.* l. 11. *ff. de in jus voc* l. 13. *ff. de LL.* l. 5. § 1. *ff. ut legat. servand. caus.* 4. pro notione, l. 3. §. 1. *ff. judic. solvi.* juncta *l. 3. in pr. ff. de postul. l. 1. in pr. ff. ne vis ei fiat. &c.* juncta *l. 7. ff. de damno infecto.* 5. pro officio jus dicentis. *l. 1. §. 10. ff. de postul.* (*b*) *Mingius de superiorit. territ. concl.* 47. *Hippolyt. Riminald. consil.* 5. *num* 356. *lib.* 1. *Henric. Bruning. de Variis Univer. spec. th.* 39 *Decian. resp.* 34. *n.* 28. *Rumelin. ad Aur. Bullam. Diss.* 1. *th.* 13. *Sixtin. de Regal. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 92. *Bidenbach. nobil. quest.* 1. *n.* 7. *Wehn.* 1. *obs. Pr. verb.* Ritterschafft. Regulariter enim non minorem; quam cæteri Imperii status habent Jurisdictionis, potestatisque in liberis suis castris, pagis, aliisque bonis similibus eminentiam. *Vintber. de Repub. concl.* 215. *Besold. disc. de Ord. Eq. n.* 10. Referuntur inter illustres, *Besold. lib.* 1. *Pol. c.* 9. §. 4. *n.* 15. *Nico Limnius disp. ad Process.* 14. *n* 55. *Ruland. de Commiss. part.* 2. *lib.* 12. *c.* 5. *n.* 11. Comparantur Civitatibus Imperialibus quoad sua castra, oppida & territoria. *Gail.* 2. *obs.* 62. *n.* 3. *Wehner. Pr. Obs. verb.* Ritterschafft. Et majori libertate fruuntur, quam Austriaci Comites & Barones. *Nicol. Betsius tract. de pact. fam. illust. c.* 2. Tantumque possunt in suo territorio, quantum Principes in universo, *Decian. resp.* 2. *n.* 16. *vol.* 1. & *consil.* 2. *lib.* 1. *n.* 164. Non possunt Nobiles, qui habent Jus superioritatis & terriorii. suos subditos cogere ad jurandam fidelitatem, zu Erb und Landthuldigung. *Zigl. in prax. aur.* §. *Nobiles concl.* 1. *n.* 1 *Husan. de propriis hom. c.* 6. *n.* 36. Et Huic sententiæ (Nobiles habere territorialem Jurisdictionem) stabilimentum haud leve afferre videtur, Reformation D. Friderici III. zu Franckfurt am Mayn Anno 144 .. *In fin princ. ibi.* auch mit allen den Euern/ und die Euch zugehören/ oder ihr mächtig seyd/ m in dat ibi D. Fridericus III. Imperator omnibus & singulis immediate Imperio subjectis, & peculiariter etiam Nobilibus, ut

Q 2 subdi-

subditos suos, in quos potestatem habent, ad observationem constitutionis suæ seriò compellant. Non minorem idcircò Nobiles habebunt potestatem in suos subditos, ac Principes & reliqui status, quia perinde de ipsis dicitur, daß sie ihrer Unterthanen mächtig seynd. Habebunt itaque & ipsi territorialem Jurisdictionem. *Rumelin. ad Auream Bullam dissert.* 1. *th.* 13. Et in *tit.* 6. *part.* 1 deß erneuerten Ritter Raths Fränckischen Kreisses Ordnungen/ hæc verba extant. Allein daß sie beynebens/und damit auch bey Ihrem Herkommen/ Ritterlichen Libertät/ Immunität/ Freyheiten Ober-Herrlich und Gerechtigkeiten/ auch andern erlangten Privilegien ihren Inhalt und alter Billichkeit nach/ hingegen unbetrangt gelassen werden und bleiben mögen. Dann die Erbhuldigung bringt die Ober und Herligkeit mit sich. *Bald. in l. Decernimus. C. de SS. Eccles. Spec. titul. de locat.* §. *nunc aliqua vers.* 64. (c) Quæ in Principe Landfürstlich/ in Comite Gräflich/ in Nobilibus Immediatis verò Adeliche Lands-Obrigkeit appellitari solet. *Meichsner. Tom.* 2. *lib.* 1. *Decis.* 8. *In causa* Hyrnheim/contra die Chürfürstliche Pfaltz/*n.*2. *Mingius de superiorit. territ. concl.* 47. *Besold. in Disc. de Ord. Eq. n.* 10. *Nelden. de Nobil. civil. c.* 17. *n.* 108. *Bidenbach. quæst.* 1. *de Nobil. Cluten. in Syllog. rer. quotid. th.* 26. (d) *Kylling. de Ganerb. Castr. disc.* 2. *n.* 61. *Sixtin. de Regal. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 92. Eo ipso enim, dum immediatè imperio subjecti, & status Imperii sunt: ut supra ostensum, Principes aliique status ratione der Landfürstlichen Obrigkeit/ ob paritatem Jurisdictionis, nihil juris in eos obtinent; cum par in parem Imperio destituatur *l.* 4. *ff. de arbitr. l.* 58. *ff. de Iudic. l. est receptum. ff. de Jurisd. d. l. receptum. ff. de Jurisd.* idque procedat, licet alter dignitatis prærogativa excellat. adeò ut si duorum commune esset imperium, unusque contra alterum delinqueret, consors Imperii delinquentem punire non posset. *arg. dd. text. Bidenbach. q. nobil.* 1. *n.* 24. *Webner. Pr. obs. verb.* Lands-Obrigkeit. Hinc Principes in quorundam nobilium immedi-

mediatorum districtibus ac feudis habent quidem die Centbare/ aber nicht auch Lands-Obrigkeit/ideoque nobiles in istis suis districtibus & feudis Imperii minoribus, quoad Principes & status, Jurisdictionem privativè exercent, & pleraque omnia quæ alii status Imperii in suis territoriis sibi vendicant, facere possunt; ut Nobilium immediatorum subditi & feudatarii, à principibus confinibus non nisi per Compaßbrieff/ad Land & Centhgericht evocentur & criminosus in eorum districtibus comprehensus, non aliter quam ad requisitionem præmissam, an die Centh gefolgt wird/proindeque criminoso nondum à Vogtheyherren immediato Imperii Nobili capto, non licet der Centh absque illius requisitione in illius districtu einfallen und angreiffen/ quod der Centherr ibi non habeat Lands-Obrigkeit. Et quamvis in quibusdam locis Domini Centenæ den Einfall exerceant, is tamen restringitur auff die vier hohe Fäll/ ita ut id jure territorii nullo modo sed jure peculiaris observantiæ ac extensionis centenæ usu invaluerit, salvo interim manente territoriali jurisdictione; Quam attentare aut invadere Domino Centenæ in Centenali districtu non licet. Unde & illa provenit notabilis differentia inter subditos Domini Centenæ proprios ab subditos vicinorum Dominorum alios. Hi enim utpote ratione meri tantum Imperii forum sortientes, sed à superioritate territoriali Domini Centenæ immunes non tenentur (1) ad sumtus & salaria Carnificis, ut & ad impensas ad executionem pœnarum necessarias contribuere. Geben kein Cent oder Henckergeld. (2) non adstricti sunt ad denunciationis vel delationis necessitatem. Rugen nicht. Nec ( ) ullomodo comparere necesse habent in hujusmodi judiciis denunciatoriis, Erscheinen nicht bey den Ruggerichten / nec quidem sub comminatione mulctæ citati, ob sie schon citirt werden. Nec (4) ad Dominum, cui merum Imperium competit, pertinet ratione horum subditorum

Inventarii confectio annotario & custodia bonorum ob delicta, propter quæ de Jure non sunt confiscanda sed ad Dominum vicinum, cui superioritas territorialis ac civilis Jurisdictio propria est. *Nic. Everhard. Jun. conf.* 23. *n.* 13. *vol.* 2. Quæ onera omnia illi, nimirum Domini Centenæ subditi proprii, utpote qui non tantum mero Imperio vel Juri centenæ: Sed etiam superioritati ejus territoriali obnoxii sunt; Jure ac more recepto ferre coguntur. Hoc unum Dominus Centenæ ab aliorum Dominorum vicinorum subditis consuetudinario jure exigit, ut quando aliquis capitis damnatus ultimo supplicio afficiendus venit, facta in eum finem ante triduum proclamatione armati compareant, & plectendum reum ad locum supplicii comitentur. Quem unicum casum Jura Centenarum in his locis vicinis sibi de jure vindicant, reliquis superioritati territoriali reservatis; Et quamvis alibi exempla non desint, quibus validiores ac potentiores Centenarum Domini hujusmodi onera in vicinorum Dominorum infirmiorum subditos, juri Centenæ addictos devolvere ausi sunt, propter perpetuas tamen contradictiones judiciales & extrajudiciales qua fieri potest ope adversus hujusmodi actus violentos & turbativos factas, quieta possessio, quæ sola spectanda est, vix ullibi poterit coalescere. Quando enim uno eodemque loco uni competit Vogtey/ alteri Zent / der Zent-Herr non est Dominus territorii, sed solam criminalem Jurisdictionem ibidem habet. *Webner. Pr. Obs. verb.* Vogtey Quæ in coercitione facinorosorum consistit, Die aber anders denn per accidens ratione delimet sonsten kein Unterthan kan machen / und solcher nicht denn ratione commissi criminis unterwerffen. Igitur à Jurisdictione criminali ad universalem superioritatem non infertur recte, ut præclare docet. *Mar. Freccis de feud. lib. 2. in 47. authoritate n.* 1. Ubi in causa quadam determinatum fuisse testatur, ejus insignia muris oppidi apponenda, qui jurisdictionem

civi-

civilem, non qui criminalem haberet, cum illa præditus universalis dominus illius terræ dicitur: Hac vero exceptis causis criminalibus nequaquam: Et ita est dominus secundum quid, oraculo Principis speciali. Quod ad quid autem domininm habens superioritatem sibi asserere nequit. *Castr. cons. 44. n. 5. in fin. vol. 1. Surd. cons. 323. n. 58.* Nec obstat, quod bona vel prædia in Principum territoriis sita, quoad jurisdictionem ejus esse præsumantur, cujus est territorium. *c. cum personæ de privil. in 6. & c. fin. §. 1. de Offic. Archidiac. c. cum Episcopus de Offic. ordinar. in 6.* Hactenus enim illa regula procedit, nisi ut hic immediate Nobilium, promta sit exemtionis probatio. *Gail. de pignor. lib. sing. obs. 8. n. 7.* Atqui jam dudum probatum fuit, immediate Nobiles, veluti à Principum jurisdictione exemtos, nullum nisi Imperatorem pro superiore recognoscere *Gylm. Symphor. Cam. Tom. 1. lib. 2. part 1. Tit. 8.* Maxima enim est differentia inter illas clausulas, In eines Fürsten Land und Obrigkeit/ und unter eines Fürsten Obrigkeit sitzen: & quamvis pagus castrum, vel prædia alicujus sita sint in Provincia vel territorio alicujus Principis, non tamen propterea sunt de territorio, vel Provincia ipsius, Nam & in ipso Principis territorio potest locus exemtus esse. *Meichsner, Tom. 2. lib. 1. Decis. 8.* in causa Hyrnheim. contra die Churf. Pfaltz. *n. 42.* Quod idem Illust. Camer. præjudiciis confirmatum testatur in causa, Teutschen Meisters contra die Grafen von Oettingen. *Tom. 2. lib. 1. Decis. 6. n. 9.* Paria autem sunt aliquem locum non esse situm in territorio, vel esse quidem situm, sed exemptum à jurisdictione. Et hanc sententiam luculenter confirmat Privilegium D. Ferdinand. I Imper. Nobilitati Franconiæ concessum, contra die Landsässerey. Anno 1559. 10. die Julii. Quod declaravit & confirmavit etiam Rudolphus II Imper. darzu mit einer Geldpeen funffzig Marck Lötigs Golds/ versehen, Anno 1609. 11. die Maij. Et Invictissimus

mus

mus Ferdinandus II. Imp. Anno 1626. 11. die Martii. Parilia privilegia Sueviæ & Rhenanæ Nobilitatis ab Imp. data sunt, ut refert *Wehner. in verb.* Ritterschafft *Besold. in disc. de Ord. Eq. n. 10. Simon. Gunther. de Privil.* Rhenanæ Nobilitatis à Cæsaribus datis præloque Anno 1609. vulgatis, ubi quam plurimis in locis libertas Nobilium confirmatur, iique von der Lands-Obrigkeit eximuntur, & in specie in privilegio Rudolphi II. Imp. de dato den 9. Iulii Anno 1605. districtus der gefreyten Ritterschafft am Reinstrohm / und in der Wedderau sollicite determinatur. Item Privilegium de non Arrestando. D. Ferd III Imp. der Gefreyten Reichs Ritterschafft und Adel im Elsaß. Anno 1652. 25. Maij. confirmatum. Quamvis igitur nonnulli Principes, imo & Comites quidam in Franconia omnibus nunc viribus eo nitantur, ut ex centena territorialem jurisdictionem ac superioritatem sibi formare, ac conclusum quod ajunt, territorium, modo hactenus in Franconia inaudito sibi arrogare, eaque introducere velint, quæ Knichen, Bullæus, Besoldus & alii de jure territorii scripserunt, nullo tamen nec jure nec fundamento à Centena ad territorialem superioritatem illationem fieri posse, non tantum ex superioribus clarescit, sed praxis notoria & acta Cameralia manifeste testantur.

Deinde & regalia habent, *(a)* ut sunt: Jus exigendi decimas ex mineris & fodinis, *(b)* cudendi monetam, *(c)* collectatio Accisiæ, *(d)* collectandi subditos, *(e)* piscationum reditus, *(f)* Angariarum & parangariarum præstatio, *(g)* Bona damnatorum vel proscriptorum, *(h)* Bona contrahentium incestas nuptias, *(i)* Bona quæ indignis aufe-

auferuntur, (k) Bona vacantia, (l) Portorium, (m) mulctarum pœnarumque compendia. (n) Jus vectigalium, (o) armandiorum; (p) & alia.

(a) *Decian resp. 2 n. 16. lib. 3. Pruckman. de Regalib. c. 4 n. 34. Sixtin de Regal. c. 4. n. 92. lib. 1. Vintber. concl. 13. de Regal. Winsius de Regal. th. 63 Nolden. de Nobil. civ. c. 17. n. 109. Besold. d. s. de Ord. Eq. n. 1.* Sunt enim subjectum habile ad accipiendum regalia, *Wesenbec. consil. 60. n. 30. Vult. 1. feud. 5. n. 7.* Habent jura Principum, *Bart. 1. consil. 2. n. 164.* plerumque tamen minora tantum, sive fiscalia, ut vocant, regalia (qualia sunt pleraque in thesi enumerata jura,) habent. *Bidenbach. q. nobil. 1. n. 21* Ita ut maximè Princeps in usu regalium sit, tamen in illis, quorum exercitium immediatus Nobilis habuit, eidem de Jure nocere non possit. *Meichsner. Tom. 2. lib. 1. decis. 4.* in causa Jngelheim contra Pfaltz *n.* 107. Et licet multi ex his nobilibus sint, qui, contenti libertatis prærogativa communi, regalibus destituantur, veruntamen non pauci inveniuntur, qui unum vel plura etiam regalia, sibi ex peculiari concessione, & ab ipso Imperatore impetrata, vel inferiori Principe, per infeudationem, vel præscriptione adquisiverunt; idque eo minus mirum, cum reperiantur inter hos nobiles, qui amplissima bona, amplissimumque territorium habeant, & hujusmodi amplitudine, nonnulis etiam Comitibus & Baronibus æquiparari possint, *Sixtin. de Regal. lib 1 c. 4. n 97. Besold. disc. de Ord. Eq. n. 11. Mingius de superiorit. territ. concl. 48.* Proinde ad Nobiles ejusmodi, & alios immediatè subjectos, & legitimo modo acquisita regalia habentes non extendendum, quod mandato sine clausula in Camera Imperiali Anno 1580 10. Jan. referente *Gylm. tom. 3. Symphor. verb. Nobilitas*, decreto cuidam in causa der Grafen zu Castel/ contra Nobiles à Crailsheim/ die Abschaffung der Jü-

den zu Rötelsee belangend/ adjectum fuit hisce verbis, dieweil dann ihr kein Standt deß Reichs/ noch als privati einige privilegia oder regalia habt/ noch erlangen könt. Nam ea verba, præterquam quod ex narratis supplicationis sunt desumta, non debent etiam quatenus Camera iis utitur, ita accipi, quasi ipso Imperatore volente & concedente, vel per legitimam præscriptionem regalia aliqua à Nobilibus haberi & acquiri non possint. Idque inde liquet quod generaliter juri sit consentaneum, ejusmodis regalia acquiri posse. Atque in specie quantum ad hoc ipsum jus habendi Iudæos attinet, quod de Regalibus est *Parthen Litigios. lib. 1 c. 13. n. 32. Cæda. in resp. de* Bar. reperiuntur nobiles immeditatè imperio subjecti, qui illud vel ex privilegio Cæsareo, vel lapsu temporis immemorialis habent. *Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. num. 98.* (*b*) *Wesenb. cons. 60. n. 3. part. 2. Rebuffus in l. cunctis C. de metal. n. 3. Nolden. de Nobil. c. 17. n. 109.* (*c*) *Anth. Hanffmann. de Re monetar. concl.* 11. ubi ait, hoc de immediatis, quorum tres sunt classes, Francones, Suevici, Rhenenses, nemo miretur, cum omnia quæ de immediatis dici possunt, his quoque competant. Exempla sunt Nobiles in Franconia von Schaumberg / quibus hoc jus ab Imperatore concessum est. (*d*) das Ungeld / Umgeld / oder Ohmengeld / est gabella cauponaria, seu tabernaria, quæ potulentorum nomine penditur, & fere von Wein / quemadmodum etiam accisa de cerevisia Bierrecht / Biersteuer / Vocatur etiam actesia, h. e. impositio, quæ communiter imponitur super victualibus, quæ venduntur, ut ementes, solvant certum quid, ultra justum pretium, puta libram carnis, vel mensuram vini. *Gyl. deci. 37. n. 33. lib. 1.* ad quam illi tenentur qui possessiones tenent, & fructus percipiunt, resque sive fructus vendunt, *l. indictiones C. de annon. & tribut.* Esse vero regale & competere, ei qui regalia ex Imperatoris beneficio possidet, tradit

Mynsing.

Mynsing. decad. 11. *resp.* 1. *n.* 51. Quemadmodum hoc regale Anno 1597. Nobiles de Graneck in pago Lackendorff à Cæsarea Majestate impestraverunt. *Besold. in disc. de Ord. Eq. n.* 9. *Nolden. de Nobil. civil. cap.* 17. *num.* 113. *Wehner. Pr. Obs. verb.* ungeld. (*e*) *Cl. Bocer. de Collect. c.* 5. *n.* 7. *Rosenth. de feud. c.* 4. *concl.* 74. *n.* 6. *Wintzler. de Collect. c.* 5. *n.* 7. *Capitul. Imp. Invict & clem Leopold.* I. *art.* 3. Ubi hæc habētur verba: Und keinen Churfürst nd Stand/die ohnmittelbare Reichsritterschafft mit begriffen/ Seine Landsassen/ Unterhanen und mit Landsfürstlichen auch andern Pflichten zugethane Eingesessene und zum Land gehörige/ von deren Pottmessigkeit und jurisdiction, wie auch wegen Landsfürstl. hoher Obrigkeit und sonsten rechtmässig hergebrachten resp. Steuern/ Zehenden und andern gemeinen Bürden und Schuldigkeit weder unter den prætext der Lehen-Herrschafft/ noch einigem andern Schein eximiren und befreyen/ noch andern solches gestatten Est autem collecta vel ordinaria vel extraordinaria: ordinaria, quæ singulis annis pro bonis & possessionibus solvitur, Schoß/ Zinß/ Steuer. Extraordinaria verò, quæ necessitate aliqua existente exigitur: utraque ratione bonorum & patrimonii debetur & indicitur. Solet autem ferè imponi extraordinaria collecta, si subsit timor belli vel pro solvendo ære alieno, si Dominus ab hostibus sit captus, nec non pro Domino, vel ejus filio milite faciendo, extruendi fortalitii causa, Inaugurationis & quæsitæ Equestris dignitatis, pro castro emendo, vel pro filia maritanda. *Casp. Klock, de contribut. concl.* 50. Quo jure non tantum in Principis, sed etiam nobilis filia, multas Germaniæ provincias uti scribit *Ever. à Weibe tr. de regnor. subsid. c.* 4. *n.* 13. *Köppen. decis.* 32. *n.* 1. *Zasius. de feud. part.* 7. *n.* 48. *Schrad. de feud. p.* 6. *c.* 6. *n.* 102. (*f*) *Regner. Sixtin. de Regal. lib.* 2. *c.* 18. *Bidenbach. de Nobil. quæst.* 1. (*g*) *Bidenbach. quæst. nobil.* 1. *n.* 21. Hoc onus con-

sistit non solum in armorum, *l. ult. C de Fabricens.* sed etiam in aliarum rerum transvectione, *l. 1. C. de quib. mun. vel præst. nem. se lic. excus. l. 10. junct. l. maximarum. C. de excus. mun.* Et quidem ob quamlibet necessitatem: continenturque angariarum & perangariarum appellatione non solum equorum, & aliorum jumentorum, sed etiam plaustrorum naviumque præstationes. *Cujac. in d. l. ult. Hotom. in c. un. quæ sunt Regal. Ferrar. Montan. de feud. lib. 5. c. 7. Rosenthal. de feud. cap. 5. concl. 70. n. 3.* (*h*) *Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 40. n. 97. Bidenbach. de Nobil. quæst. 1. n. 21. Besold. de Ord. Eq. n. 11.* Ubi per damnatos & proscriptos intelliguntur ii, qui ultimo supplicio aff. & deportati sunt, *And. de Isernia ad c. Regal. n. 48. in f. Borchol. ad d. c. Regal. nu. 81. Sixtin de Reg. lib 2. c. 11. Nobilissimus IC. Scipio Gentilis, Universitatis hujus Antecessor celeberrimus, Disput. de Regalib. th. 137. & 139.* Supra allegata Cap. Imp. Leopold. I. art. 27. his verbis: Wir gereden und versprechen auch / daß wir die Chur fürsten und Stände des Reichs / ingleichen die gefreyte Reichs Ritterschafft mit ihren angehörigen Lehen / die seyn gelegen / wo sie wollen / wann dieselben Vasallen oder Unterthanen ex crimine læsæ Majestatis oder sonsten dieselben verwirckt hätten / oder noch verwircken möchten / nach ihrem Willen schalten und walten lassen / keines weges aber dieselbe zum Käyserl. fisco einziehen / noch ihnen vorige oder andere Vasallen auffdringen (*i*) Quæ à fisco vindicantur, nisi liberos legitimos damnati reliquerint; hi enim fisco præferuntur, per *Novell. 134. c. 7. Nobiliss. IC. Scipio Gentilis, diss. de Regal. th. 137.* (*k*) Ea sunt quæ hæredibus quidem acquiruntur, sed certis de causis fiscus iis tanquam indignis aufert: ut si quis necem defuncti non vindicaverit. *l. 1. l. 7. l. 10. C. de his quibus ut indign.* Si falsum testamentum dixerit. *l. 2. l. 8. C. d. t. Adde Sixtin. lib. 2. c. 10. nu. 98. & seqq.* (*l*) In jure nostro dir-

dicuntur bona vacantia omnia ea quæ quocunq; modo vacant & dominum non habent, etiam res pro derelicto habitæ, *arg. l. pen. § 1. ff. de usu. & habit. & l. 37. §. 1 ff. de usurp. & usu cap. Dn. Præs. in Coll. Feud.* S. d. hic intelliguntur bona ejus defuncti, qui nullum ex qualibet sanguinis linea, vel juris titulo legitimum heredem habet. *l. 4. C. de bon. vacant. Sixtin. d. lib. 2. c. 9. Nob. Dn. Scip. d. D. th. 125. (u) Bidenb. d. q. 1. n. 21.* Per portus apud Fridericum intelligitur illud vectigal quod ex portu percipitur. *Rebuff. in l. inter publica. § f. ff. de V. S.* Etsi veró portorium á portu nomen habeat, & portus vectigal propriè vocetur; tamen nonnunquam & illud vectigal portorium nuncupatur; quod pro transitu per pontem penditur *l. cum in plures §. vehiculum ff. locat. Sixtin. d. lib. 2. 10. 12. (w) Bidenb. d. q. 1. n. 22. (x) Sixtin. d. lib. 2. c. 4. n. 98.* Exemplo sunt Nobiles in Franconia die Zöllner von und zu der Halburg/ qui olim illud regale habuerunt bey der Stadt Volckach am Mayn/ ut testatur *Chron. Bamb.* Item die Hutten zum Förder n Francken-berg/ Redwitz/ Adolzheim & plures alii jus vectigalium hodierno die habent. Hinc cum in Capit. moderni Imperat. Leopold. I. art 20. ea jura vectigalium in Statibus Imperii improbentur, quæ sine Electorum consensu habentur. Hæc tamen jus vectigalium Nobilibus immediatis expressis verbis aesti uens additur. resti ... : Doch soll den jenigen privilegien/ welche Chur-Fürsten und Stände deß Reichs samt der gefreyten Reichs Ritterschafft von weiland denen vorgewesenen Röm. Königen oder Käysern zur zeit/ da der Churfürsten Contes s per Pacta & Capitulationes noch nicht also eingeführet oder nöthig gewesen/ rechtmässig erlangt/ oder sonsten rühiglich hergebracht/ hierdurch nichts præjudicirt oder benommen/ sondern von uns auff gebührendes Ansuchen// vermög und in Krafft des obgesetzten dritten Articuls confirmirt; und die Stände dabey ohne Ein-

trag mannigliches gelassen/ alle unrechtmässige Zoll/Staffel und Niederlag aber oder derselben mißbrauch/da einige weren/ gleich bey antrettung unserer Käyserl. Regierung cassiret und abgethan/ und ins künfftig derselben keine mehr ertheilt werden/es geschehe dann erstbesagter massen/ mit einmüthigem Coll gials Rath und Bewilligung derselben Churfürsten 2c. auch nicht gestatten/ das hinfüro jemand de facto und eigenes Vornehmens neue Zoll anstellen/ für sich dieselbe erhöhen oder sich deren gebrauchen und annehmen möge. (v) Elias Schrod. de jure belli lib. 2. And. Knich. de jure territ. cap. 3. num 364. Quamvis autem vocabulum armandiorum variè Dd. interpretentur, verior tamen eorum sententia, qui intelligunt de officinis publicis, in quibus arma fabricari solent ad usum reipub. Bocer. de regal. c. 2. n. 187. Borcb. ad d. c. regalian. 21.

XII.

Præterea habent jus forestæ, Forstliche Obrigkeit/(a) Jus venandi,(b) Hohe und niedere Wildbahn und Weidwerck/ (c) jus archivi, (d) facultatem leges atque statuta condendi, (e) jus mittendi legatos, (f) non quidem ad Imperatorem, (g) sed ad cæteros Reges, Principes & quosvis status, (h) Jus constituendi fœdera, (i) bellum movendi, (k) fortalitia extruendi & muniendi arces, (l) Item absqu veeniæ impetratione coventus indicere & celebrare possunt.(m)

(a) Sixtin. de regal. lib. 1. c. 4. n. 47. Wehner. Pr. obs. verb. Forstrecht. Nöld. de nobil. civil. c. 17. n. 118. Pruckm. de Regal.

§.

§. *Venatio c. 4. n. 2.* Forestum v. aut Forst. ex proprietate Germanicæ linguæ, nihil aliud est, quàm nemus aut sylva, & propriè significat latum nemus sine clausura, Ein grossen Wald/ der mit Wasser oder sonsten nicht beschlossen ist/ in quo feræ inhabitant, vel includuntur, & in quo quis usum habet venandi, *Mynf. conf. 16. n. 36. Webner. Pr. obs. verb.* Forst. Jurisdictio autem Foresti, Forstrecht/ Forstliche/ Wäldische Obrigkeit dicitur, in curâ sylvarum & nemorum consistens, *Besold. in Thes. Pr. verb.* Forst Jus autem venandi habens, non semper etiam Jus foresti habet, & vice versa, ut consideratum in causa Schwäbischen Gemünd/ contra Nobilem Hanß von Rechberg/ *Rulan. de commissar. part. 4. lib. 2. c. 8. n. 43.* Et ex hoc fundamento manat, quod status Franconiæ inferiores, ut sunt Comites, Barones &c. contra superiores hoc prætendunt, Es habe kein Fürst in Francken/ nie kein Forstliche Obrigkeit gehabt/ und noch nicht/ ausserhalb was sie auff ihren eignen Wälden haben/ so ihr selbst allein sein und sonsten kein Graf/ Herr/ zc keinen theil daran hat/ aber auff der Grafen/ Herren zc Wälden und Gütern hat kein Fürst in Francken Forstliche Obrigkeit. *Webner. Pr. obs. verb.* Forstrliche. Ad jus hoc Forestæ pertinent, Forstmeister/ Forstknecht/ Wald und Holtzordnung zumachen/ und die übertretter zu straffen/ macht zu Hagen/ Außstocken/ Windfäll/ Obß/ Ackerich/ & si quæ his sunt similia: *Meichsner. Tom. 2. lib. 2. decis. 2. in. caus.* Stotzingen *contra* Truchsessen. *Besold. Thes. Pr. verb.* Forst/ *& novissimè Dn. D. Diether. in addit. ad d. Besold.* (b) *Decian. resp. 66. n. 44. vol. 3. Georg. Mehr. de Jure venand. p. 3. c. 2. num. 13. Sixtin. de Reg. lib. 1. c. 4. n. 97. Nold. de Nobil. c. 17. n. 118. Fr. Marc. Delph. decis. 532. n. 4. tom 1.* Sic Nobiles Hassiæ perantiqui & primi nominis, die Riet Esel zu Isenbach/ singulariter investiti sunt venatione aprina. *Knich. de invest. pact. p. 2. c. 2. n. 40.* Et con-

fir-

firmat etiam privilegium der Fränckischen Ritterschafft/ ab Imp. Rudolph. Anno 1609 concessum, & ab Imperat. Ferd. II. confirmatum, 11. die Mart. Anno 1626 Videatur Privilegium D. Ferdinandi III. der Gefreyter Reichs Ritterschafft und Adel im Land Elsaß/ auch in hetzen und beissen. Anno 1637. 27 Augusti confirmatum. (c) Est e. venatio vel superior, quæ in se continet Schwartz Wildpret/ ut sunt ursi, apri &c. & Roth Wildpret/ ut sunt cervi. *D. Dietherr. in Besold. Th. Pr. verb.* Jagen vel inferior, quæ in Franconia intelligunt, Hetzen zureiten/ Haasen/ Rehe/ Füchs/ Dächs/ Enten / Hüner / Krametsvögel schiessē/ und alle andere Vögel zufangen/ auf Herden/ in Garnen und ihres gefallens/ und da ihnen auch ein Hirsch/ Kalb oder Frischling in Rehe oder Haasen Garnen einfallen würde/ soll das ihr und nicht deß hohen Wildbahns Herren seyn. *Webner. Pr. observ. verb.* Wildbahn. (d) Non quidem de jure, ut disputat *Ruland. de com. lib. 5. c. 4. n. 50. part. 2.* Sed de consuetudine, quæ vim legis obtinet. *l. 38. ff. de ll.* si tanquam corpus considerantur, die gemeine Ritterschafft/ quorum singulæ classes sua habent corpora & scrinia, plerunque in aliqua civitate, ubi & conveniunt, vel apud Directorem & Capitaneos. (Sic vocant illos, qui præficiuntur huic negocio, & omnia in exscribendis diætis, aliisque negociis dirigunt, vide deß erneuerten Ritter-Raths Fränckischen Kreisses Ordnung *part. 2.*) & hæc dici posse Archiva, putat *Webner. Pr. obs. verb.* Ritterschafft. (e) Tralatitium enim est, eos habere facultatem leges ac statuta condendi. *Besold. in disc. de Ord. Eq. n. 11. Mingius de. Jur. territ. concl. 48.* quemadmodum etiam inter se faciunt statuta de succedendo. *Rueger. Ruland. de commiss. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 49. Mingius de Jur. territor. d. concl. 48.* (f) *Noldem. de Nobil. c. 17. n. 145.* (g) *Kirchn. de legat. lib. 1. c. 3. n. 56* quosnam mittunt nunciorum nomine veniunt, & vulgo Abgesandte non Gesandte vocantur, quia

quia inter hasce appellationes subtilis quædam statuitur differentia, ut nimirum appellatio eines Gesanden angustior sit; hi mittuntur à subdito, illi non à subdito, *Du. Dietberr. in Besold. Thes. Pr. verb.* Gesand. (*b*) Quorum respectu liberrimi nobiles sunt, salva Majestate Cæsarea, non secus ac illorum ab his recipiuntur. Quicquid enim Imperatori in signum specialis præeminentiæ & Regalis Majestatis servatum non est, id ordini Equestri immediatè subdito liberè competit. At quod soli Imperatori legatio ad exteros Principes reservata sit, nusquam legimus. Propterea jus legatos mittendi ad exteros Principes rectè sibi vendicant. *Nolden. de Nobil. d. c. 17. n. 150* (*i*)*Wernber. Kylling. tr. de Ganerbius castr. disc. 15. n. 54. Feschius disp. de fœder. concl. 8.* Ut in specie apparuit in fœdere Suevico, quo multi Nobiles continebantur, *Sleid lib. 4. hist. in fin.* Nam in hoc ipso confœderationis privilegio cum aliis statibus conferuntur, ut apparet aus der Freyen Ritterschafft und Adels der fünff Theil im Land zu Schwaben/ von Käyser Ferdinand Anno 1561 confirmirter Ordnung/ ubi Imperator libertates atq; jura Nobilium Suevicorum enumeraturus, & quod iisdem semper Privilegiis, quibus alii status Imperii, gavisi fuerint, declaraturus, in specie recenset jus confœderationis cum aliis Imperii statibus, *Kylling. d. loc. n.* 44. Idem testatur der Ritterschafft Brüderliche Vereinigung zu Lindau auffgericht Anno 1522. *apud Cl. Goldast. ab Harmensfeld.* in Reichs handlungen. Excipiendus autem in confœderationibus Imperator, qui & per se in omnibus juramentis intelligitur exceptus. *Warem. ab Ehrenberg. lib. 2. de fœder. c. 2. n. 331.* & talis clausula plerisque pactorum formulis interseri solet daß die Röm. Käyserl. Mayst. aller dinge ausgenommen/ und derselben aller gebührender Gehorsam vorbehalten seyn soll. (*k*) *Elias Schræder. de jur. belli cb. 2.* Quod procedit, licet Imperator præstò sit, si ille qui injuriam passus, moratoria & delusoria procrastinationa circumducatur

& lætetur; nam tum non expectato Principis jussu, arma sumenda *Frid. Schenk. à Tautenb. in c. un. in tit. hic finitur lex.* Videri potest Vereinigung und correspondentz Reichsbefreyter Ritterschafft in Francken/ Schwaben und Rheinstrom zu Heylbron/ Anno 1609. auffgericht. §. Da einem von höhern oder andern Ständen. Huc quoque pertinent jura confinia, ut delectum agendi, & arma imponendi, den Unterthanen Wehr aufflegen/ quod jus armorum nostra lingua vernacula, die Musterung vocatur; cui consequens est, subditos Dominum contra hostes juvare, & in expeditionem cum armis & militari apparatu sequi teneri. *Joh. Ferrar. Montan. in usib. feud. lib. 6. c. 4.* Vulgo Folg und Reiß appellitari solet. Est autem sequela illa vel universalis, quo subditi universaliter sequi debent dominum; vel particularis, ut quando ad certum tantum locum, vel tempus sequelam præstare obstricti sunt, und sie deß Nachts wieder daheim seyn mögen. Aliquibus in locis vero loco sequelæ rustici certorum pagorum arcem sive castellum vicinum tempore hostilitatis custodire tenentur. *Webner. in pr. obs. verb.* Folg (*l*) Nobiles enim immediati jus muniendi æquè sibi vendicant atqs Principes. Et sic castra facere possunt, in territorio suo, ubicunque voluerint, etiam in confinio, aut vicinia alterius regionis vel civitatis. *Webner. Kylling. disc. 4. n. 115. de Gan. Castr.* (*m*) *Kylling. disc. 15. n. 58. Buxtorf. ad Aur. Bullam. cap. 12. concl. 95.* pro ut de observantia testari possumus. Est que licita illa congregatio, quia conventus ad bonum & licitum finem absque superioris licentia permissi sunt. *Schrad. de feud. part. 10. sect. 10.* Et fœdera, quæ non in præjudicium superioris, sed ad licitum & bonum finem fiunt, permittuntur, *Warem. ab Ehrenberg. de fæder lib. 2. c. 2. n. 118. Myn'ing 6 obs 1. n. 4.* Quod jus expressè nobilibus tributum à D. Ferdinand. I. Imp. die 26. Jul. Anno 1559. & confirmatum à D. Rudolpho II. 11. Maij. Anno 1609.

Ex.

Et Rescript. D. Ferd. III. An die Nieder Elsässische Freye Reichs Ritterschafft. Bey dem Ritterwesen vest zuhalten. Anno 1652. 2. Julii. Non hic silentio prætereundus est celeberrimus ille Ordinis Equestris Franciæ Orientalis conventus habitus Suinfurti Anno 1455. Ubi cum per Cæsaris Legatos ad subsidia pecuniaria in bellum Turcicum conferenda sollicitarentur, id tanquam priorum seculorum usui ac libertati suæ contrarium recusando inhærendoque pristino mori indicto conventu armati, numerum sex millium cataphractorum complentes comparuerunt. Iterum Anno 1535. Conventus Ordinis Equestris habitus Suinfurti. Cujus tunc temporis Director fuit Comites Wilhelmus ab Hennenberg; In quo præter Comites Baronesve 289. Viri Ordinis Equestris comparuisse perhibentur.

XIII.

Sed nec ullum judicium (*a*) agnoscunt, nisi Cameram, vel Judicium Rothvvilense, (*b*) licet nulla bona ab Imperio habeant: (*c*) Privilegio contra feuda nova muniti sunt, (*d*) Jus Austregarum (*e*) non minus, quam cæteri status Imperii habent; Etiamsi bona quædam mediatè (*f*) ab alio Principe possideant.

(*a*) Seynd keinen Landgericht unterworffen. *Besold. in disc. de Ord. Eq. Cluten. in Syllog. rer. quotid. thes. 26. Wehnerus Pr. obs. verb.* Landsassen. Quamvis enim Principes prætextu der Landfürstlichen Obrigkeit/ Forst/ Lehenssachen/ & aliis mille modis eos tanquam subditos, ad Dicasteria Provincialia für die Landgericht trahere sæpius conati sint, & in hunc usque diem conentur, tamen ipsi hanc maculam ægrè ferentes, semper se opposuerunt, & aliquoties Cæsari, justo dolore madentes literas ex-

 hibu

hibuerunt daß man sie unterm Schein der Landfürstlichen Obrigkeit/deß Forsts und anderer Lehensgerechtigkeit/ wolle umb die Freyheit bringen und zu Landsassen machen/tandemque cum hoc ad totius Imperii præjudicium tenderet, mandatum à D. Rudolpho II. Imp. Anno 1592. ut Camera Imperialis nobiles in sua libertate, manuteneret adversus potentiores, & non facilè exceptiones subjectionis ab iis objectas attenderet, nec sub prætextu der hohẽ Obrigkeit contra libertatem eorum pronunciaret. Insinuatum scriptum Cæsareum & prælectum 2. Novemb. Anno 1592. *Gylm. tom 3 Symphor verb. Nobilitas.* Nobiles igitur Immediati in Franconia non rectè faciunt & contra privilegium à D. Rudolpho II. 2. Maii Anno 609. concessum, & ab Invictissimo Ferdinando II. confirmatum 17. Martij Anno 1626. de non arrestando de novo, peccant, si in Judiciis Provincialibus comparẽat alsqu Würtzburg/Onoltzbach/Barreuth/ &c. Ideoque cum in causa Nobilium liberorum contra W. die Landgerichtliche Jurisdiction deß Käyserlichen Landg richts H Z F betreffend/ contenderetur, W jurisdictionem habere super Nobilium Liberorum subditis, ex eo fundamento, das so fern ante transactionem Passavienlem & Pacem religionis die W Diæces sich erstreckt gehabt/ so weit soll berühren Stiffts W. Landgerichtliche jurisdiction noch auff diese Stunt reichen und folgen/ rectè responsum fuit, hoc fundamentum à Diæcesi, invalidum esse, cum contrarium passim pateat ; in eadem siquidem Diæcesi sita sunt Coburg/ Onoltzbach/ Fulda/ Rotenburg/ Schwä bisch Hall/qui tamẽ nec ipsi, nec subditi eorundẽ Jurisdictioni Provinciali H sese subjici patiũtur. Et extant etiã præjudicia Exemtionis à W. in causis Baronum Seinsheim/ & Nobilium à Giech. Zöllner von und zu der Hallburg/ a Mosbach/ & consorten Fulda &c. contra W. die Landgerichtliche Obrigkeit betreffend/ ut testatur *Wehnerus dict. to.* (3) *N Idem. de Nobi ci. vu. c. 7. n. 51 Webner, Pr. obs. verb.* Landsassen. *Cluten. in syl-log.*

leg rer. quotid. ib. 26. Reinkingk de reg. secul. class. 5. lib. 2. c. 10. n. 26. Sunt tamen non paucæ familiæ Nobilium à Rothwilensi etiam judicio exemti quas recenset *Webner. in notis* in die alte und erneuerte Ordnung und reformation deß Käyserlichen Hoffgerichts zu Rotweil *part. 2. tit. 4. p. 80.* Zinnerd / Wallard / Ritter / Westernach Siegen / Pappenheim / Baar / Fleckenstein / Grumbach / Rippenburg / Rechberg / Rathsamhausen zum Stein Schönburg / Stokingen / Spelt / Ritter. Quibus addi possunt Hütten zum Fordern Franckenberg / Eckersdorff zu Sugkheimb / & alii: (c) Reperiuntur enim multi immediati nobiles, qui nulla libera castra & prædia habent, nihilominus tamen ratione suæ personæ, ordinisque subjectionis, nullum superiorem, nisi Cæsarem, Cæsarisque suprema Judicia, Cameram videlicet & Dicasterium Rothwilense judicem agnoscunt. *Reinkingk de regim. secul. d. c. 10. n. 26.* (a) Expedit enim Reipublicæ divites habere familias. & ordinem militarem atque Equestrem conservari. *text. in l. 1 § sed etsi. ff. de Vent. in spic. Cynus & Alexand. in l. 1. C. ad l. Juliam de adult.* Jure quidem communi Feudorum distinctio inter feudum antiquum & novum recepta est; ita ut hoc Jure nemo successionem in feudis sperare possit, nisi à primo acquirente descendat, hancque descendentiam probare possit, prout sunt *text. in cap. 1. §. si autem unus de his, qui feud. dar. poss. c. 1. §. in alio de success. feud. c. 1 de benef. fratr.* adeo ut etiam si fratres duo de feudo eodem essent investiti, una & eadem investitura, tamen sibi invicem in feudo isto non succedant. *text. est in c. 1. in f. §. in alia & ibi Feud. com.* Sed in Franconia contrarium usu immemoriali obtinuit: Also das in Francken von alten Jahren / als sich Menschen gedencken erstrecken mag / die Ritter-Mann-Lehen ohne Unterscheid ob sie alte Stammlehen oder neuerkauffte oder neuangefangene Lehen seyen / den Agnaten ejusdem familiæ, so lang Namen / Schild und

Helm gewehret/ ohne Anzeig oder Beweisung deß ersten Werbers/ oder ob sie von selben Herkommen oder nicht/ ja auch wañ sie schon wissendlich von selbigen nit entsprossen/ conferit und geliehen worden seynd/ adeoque consvetudo specialis loci derogat consvetudini feudali generali, c. un. de feud. cogn., Baro à Tautenberg. concl. 48. Bl. consil. 179. Quam consuetudinem pluribus probat: *Webner. in verb.* Kräiβtage; exactius propugnat & contraria refutat: *Henr. Rosenth. & Goswin. Stattman. in egregio consilio super primo acquirente edito.* Et in specie consvetudinem, quod in Franconia collaterales in feudo etiam novo succedant, non modò probatam, sed per ipsum Episcopum feudi Dominum confessionatam esse, præjudicium extat apud *Gyland.* in causa Nobilis à Vestenberg contra Henneberg/ das Schloß Aßbach cum pertinentiis auf dem Steigerwald. *decis. 27. lib. 2. nu. 66.* Confessus idem jam ante erat judicialiter Procurator Herbip. in Camera Spirensi in causa fractæ Pacis Nobilis Phil. Schrimpff von Berg contra Dn. Episcopum Fridericum Herbip. ubi cum articulo 10. poneretur: Daß in den Stifftern Bamberg und Würtzburg unter den Ritter-Lehen/ ob sie alt Väterliche oder Neue-Lehen sein/ in Erbschafft kein unterscheid gehalten werde/ hatt Würtzburg Syndicus und Anwalt am 21. Jan. 1567. darauff in scriptis geantwortet/ daß er denselben Articul/ so viel das Stifft Würtzburg betrifft/ wahr glaube. Et notatu in primis digna est secuta anno 1581. 24. Feb. confessio Domini Episcopi Julii. Nam cum is post obitum Christophori Davidis Schotten feuda ejus ad se reciperet, ac agnatos excluderet, Ordoque Equestris, quamvis non certò sciret, ex qua causa Episcopus hanc exclusionem prætenderet, tamen metuens, ne exemplo D. Episcopi Aichstettensis/ qui hanc inveteratam consuetudinem primus tunc temporis impugnasse creditur, sibi quoque præjudicaretur, objiceret inter alia gravamina:

na: daß ihre Fürstl. Gn. die probationem primi acquirentis den Agnaten aufftringen / und die Ritter-Mann-Lehen so lang Stamm/ Nahm/ Schild und Helm weret/ den neckſten Agnaten nicht mehr wie bey dem Stifft Würtzburg herkommen / leihen wolten/ respondit Dominus Episcopus in præsentia Capituli verbis apertis ac rotundis: Das Ihrer Fürstl. Gn. daran ungütlich beschehe/ und sich dergleichen Verweigerung gar nit zu errinnern wisten/ wie dann auch die erschienene von der Ritterschafft/ deren etliche selbst dieser art Lehen empfangen/ ein anders befunden und erfahren hätten / hac porrò tollendæ dubitationis gratia adjuncta declaratione, daß die Schottische Lehen custodiæ causa und biß daran die Jenige/ so die Belehnung suchen die Lehenstuck und Sipschaft specificirten zu handen genommen. Welches sonsten auch mit vielen unterschiedlichen/ præjudiciis & exemplis, sonderlich mit der Adoltzheimischen Sach wieder das Domb-Capitel zu Würtzb. allwo dieser Fr. Lehensgebrauch mit 14 Zeugen einhellig attestirt und bestercket worden / zuerweisen/ daß im St. Wurtzburg zwischen den Alten und Neuen Ritter-Mann-Lehen kein differentz/ sondern einerley Gewohnheit sey/ dahero was in den Alten Stamm und Ritter-Mann-Lehen statt findet/ daß ist auch in den neuen Mann-Lehen zu attendiren: cum enim duo sunt copulata, quod in uno statuitur, censetur quoque statutum in altero. *Br. in l. legatarius §. fin. de legat. 3.* Adde *Meichsner. tom. 2. lib. 2. decis. 1. & IC. Herbip. Petr. Rod. Demerad. in fascic. Differ. Jur. com & Franc. diff. 14. n. 10. pag. 92.* Unde constat propter varia præjudicia; quod antiquum feudum emtum remaneat antiquum de consuetudine Franconiæ. Nec mirum Jura communia feudorum à Longobardis ortorum hic discrepare à consuetudine Franconiæ, cum aliam hæc, aliam illa agnoscant causam & originem; quæ in omni re magnopere est spectanda. Nam jura communia loquuntur:

tur:

tur de feudis, quæ Dominus ex bonis suis propriis gratis confert, quæ facilius ad dominos, ex quorum dominio provenerunt, redire ac consolidari par est. In Franconia longè aliter se res habet; Cum ibi originariè Nobiles bona sua nemini Principum vel Statuum unquam subjecta vel jurisdictioni ejusdem territoriali obnoxia, sed ab Imperio ac Imperatore immediatè dependentia liberrimè quoad protectionem solum (cum aliter in præjudicium quippe Imperatoris immediatæque jurisdictionis aliorumq; jurium Imperatori propriorum fieri non potuerit) in feuda concesserint, ut proinde jura communia feudorum huc perperam applicentur. Fatendum quidem proh dolor! est, hodie, ubivis ferè locorum contrarium contra singulos magis magisq; invalescere, & ad jura communia feudorum promiscuè à Dominis, feudorum provocari, nec negari potest multos ob longiores litium moras & anfractus; inopiâ sumptuum aliasque difficultates circa justitiæ administrationem & executionem vulgo notas, vel prorsus acquievisse ademtis vel maximè suo detrimento transegisse. Verum hujusmodi actus particulares communi Ordinis Equestris in Franconia consuetudine inveteratæ præjudicare non possunt. Quilibet enim suo juri renunciare potest, sed non alieno, *Bart. in l. pen. col. 1. C. de pact.* Et actus singulares non nocent Universitati, si nomine & autoritate Universitatis non sunt gesti. *l. si defensor ff. de inter. act. l. non debet. d. R. l. & C. non debet. eod. in 6.* Optandum quidem esset, tum ut singulorum lites super his controversiis in Camera Imperiali ac alibi pendentes, & inter eas maximè vel publicis Equestris Ordinis sumtibus causa Nobilium immediatorum à Bibra contra Episcopatum Herbipolensem, quam hactenus sine ulla ferè spe reassumptionis inveterascere, maximoperè dolendum, redintegrantia surgeantur, & ad debitum finem perducantur; tum ut Ordo Equestris actionem vel de novo intentare vel eam ante

multos

multos annos comuni Ordinum nomine intentatam reassumere, eoque diligentius intendere velit, ut pecularis hæc Franconiæ consuetudo feudalis toties hactenus læsæ redintegretur, sarta tecta conservetur, & quæ contra eam innovata & attentata sunt cassentur ac annullentur. Huic juri affinia sunt & illa duo privilegia Nobilitati Francicæ à D. Rudolpho II. Imp. Anno 1609. II. Maij. concessa; quorum prius jus collectarum aliorumque onerum in bonis tam feudalibus quam aliis, emtionis vel alio titulo ad statum aliquem superiorem devolutis Nobilitati reservat: Notæ sunt Ordinis Equestris gravissimæ super violatione hujus privilegii querelæ; post pacem Monasteriensem reductam. Nam cum belli tricennalis deploratissimis temporibus pleræque Nobilium familiæ vel viribus exhaustæ vel penitus extinctæ, adeoque bona eorum allodialia urgente necessitate ad potentiores variis titulis transferentur; feudalia vero spreta ac insuper habita supradicta consuetudine consolidarentur, nec ejusdem prosapiæ, Stemmatis ac insigniorum Agnati admitterentur, sed ad probationem primi Acquirentis urgerentur; fieri aliter non potuit, quin potissima pars bonorum, utut immediatè ab Imperatore dependentium ex Ordine Equestri eximeretur, adeoque in præjudicium Jurisdictionis Cæsareæ ad potentiores traheretur. Quod quia Ordo Equestris, id & prædictis privilegiis Cæsareis contrarium & ad imminuenda Imperatoris jura, debilitandumque, imò tractu temporis penitus extinguendum immediatæ Nobilitatis corpus animadvertebat, provirili hactenus eò nitebatur, & ad huc eò incumbit; ut huic imminenti malo medela adhibeatur. Post aliquot super hac re cum Eminentissimo Dn. Electore Moguntino, tanquam Episcopo Herbipolensi habitos tractatus compertum est, hactenus controversiam hanc adoptatum compositionis ac transactionis finem perduci non potuisse. De Allodialibus quidem Nobilium bonis ad Episcopa-

 scopa-

scopatum emtionis vel aliis titulis translatis ut & de iis, quæ Nobilibus de novo in feuda conferuntur, facilè consensum, ut nimirum Collectationi Ordinis Equestris maneant obnoxia; De reliquis omnibus, quæ feudi titulo à Nobilibus quidem possessa, sed multis modis cum directo dominio hactenus consolidata sunt, res hactenus per compositionem amicabilem complanari non potuit. Cardo totius controversiæ in eo consistere videtur, Utrum hujusmodi feuda à primæva sua origine de Corpore ac territorio Wirtzburgensi (de reliquis Episcopatibus ac Principatibus idem est judicium) fuerint; ita ut cum originariè pars ejusdem corporis extiterint, in feuda liberrimè ac liberaliter Nobilibus tanquam Vasallis concessa sint; an verò primitus à Nobilibus in Franconia tanquam bona immediata soliusque Imperatoris jurisdictioni subjecta protectionis tantum majoris gratia tractu temporis Episcopis Principibusque vicinis in feuda liberè oblata ac recognita fuerint. Nam si prius illud quis præsupponeret, ferēdus fortassis esset, cur contra Privilegiū Cæsaris asserere auderet, manere hujusmodi antiqua accessoria ac pertinentia Episcopatus, postquam redeant, unde provenerunt, incollectando ejusdem naturæ ac potestatis, nec quicquam amplius Juris incollectando Ordini Equestri immediatæ consolidatione facta competere. Verum erroneum esse hoc præsuppositum nulloque firmo fundamendo niti jam supra dictum, & exinde satis constare opinor, quia omnia hæc, de quibus quæstio est, bona feudalia immediatorum Nobilium nunquam, dum feudi titulo possidebantur, superioritati territoriali Dominorum feudalium fuerunt subjecta. Id quod fieri debuisset, si Domini, In feudantes de suo territorio ac proprio dominio aliquid per modum beneficii & donationis feudalis concessissent, sed ut in confesso est Imperatori tantum, quoad appellationem, contributionem aliaque Imperii jura obnoxia fuerunt. Ut ita

facilè

facilè inde liceat animadvertere, quod hujusmodi bona feudalia de territorio ac corpore Vicini Episcopatus vel principatus originariè non fuerint sed temporibus turbulentis ac periculosis protectionis saltem gratia feudi nomine ac titulo unita fuerint. Cum unionis diversi sint modi & inter alios unio interdum cum alieno majori territorio fiat solum quoad protectionem. *Soc. jun. consf.* 28. *n.* 21. Ut proinde corruente hoc præsupposito facili negotio inde inferre liceat, quod Vasalli illi, qui ex corpore Ordinis Equestris hujusmodi sua bona immediatè ab Imperatore dependentia Principum vicinorum territorio protectionis gratia univerunt ac sub feudorum titulis ac nominibus recognoverunt, Imperatoris jurisdictioni supremæ ac immediatæ aliisque ejus regalibus præjudicium creare, multo minus penitus ex corpore Ordinis Equestris immediati eximere nullo modo potuerint. Hinc rectè *Gylmannus compilator Symphorematis*, Solent, ait, Nobiles allodia sua à Principibus in feudum recognoscere non quod velint præjudicium sibi creare, sed ut abundantiore cautela sibi prævideant, *tom.* I. *p. tit.* 4. *fol.* 300. In eundem sensum Matth. Steph. Status, inquit, immediatus potest allodia sua à Principe Imperii in feudum recognoscere; quo tamen ipso nulla conceditur superioritas aut jurisdictio in personam Vasalli, ejus bona subditosve; adde *Azeved. tom.* 4. *Constit. Hispan. Tit.* 3. *rub. n.* 2. Ubi ait, quod Vasallus se alicui alteri submittens in præjudicium primi Domini operam ludat nec hilum agat Interest enim Cæsaris omniumque Ordinum, ut status Imperii & etiam eidem immediati subjecti, alii integre conserventur. c. I. de prohib. feud. alper. Frid. Idcirco si quis habet superiorem verb. gr. Cæsarem, pactionata & spontanea ista subjectio nihil operabitur etiam interveniente juramento. text. in c. ea te credimus. de jurej. posterius verò jus *προτιμήσεως* in bonis à nobili statibus aliis venditis, non proximis tantum agnatis, sed etiam

T 2 his

his redimere nolentibus quibusvis aliis nobilibus tribuit. Videatur Privilegium D. Ferd. III. der Elsassischen Gefreyten Reichs-Ritterschafft Juris Retractus. Anno 1652. 25. Maii. confirmatum. (e) *Ord. Cam. part. 2. tit. 3. 5. Besold. disc. de Ord. Eq. n. 7. & in Thes. Pract. verb.* Austräg. *Webner. Pr. obs. verb.* Außtrag. *Sigismund. Florimandanus. in acie Polit. disc. de Monarch. Rom. Cluten in Syllog. rer. quotid. th. 26. Schwanman. in process. Cam. lib. 1. c. 2. Lentius in Th. Synopt.* von Austrägen/ *thes.* 15. Sicuti enim mediati non statim in Camera conveniuntur, sed vel primam & secundam, & tertiam aliquando habent instantiam, antequam ad Cameram deveniant; ita indignum visum fuit, ut status imperio immediatè subjecti, deterioris plane essent conditionis, & uni tantum instantiæ, se personas & causas suas, non absque periculo committerent. *Gail. lib. 2. obs. 1. n. 7.* Ideoque Imperatoris & Procerum Imperii unanimi consensu constitutum, ut immediati imperii cives, primæ instantiæ loco, sive ab immediatis, sive à subditis & mediatis conveniantur, coram Judicibus Austregarum forum sortiantur. *Pet. Frid. Mindan. de Process. lib. 1. c. 16. n. 1. Ord. Cam. part. 2. tit. 21.* Dictæ autem sunt Austregæ à Germanico vocabulo Austragen/ quod lites coram istis judicibus componantur & decidantur; daß die Sache für denselben rechtlich außgetragen werde. *Dn. D. Diether. in Besold. in Thes. Pr. verb.* Austragen. *Mindan. lib. 1. c. 16. n. 1. Lentius in Them. Synoptic.* von Austragen. Et constituitur hoc judicium diversimodè, pro diversorum statuum & immediatorum conditione & dignitate, quos modos in ipsa Ordinatione Cameræ expressos *tit. alleg.* videre licet. (f) Ita pronunciatum in causa Nobilis Jobst Raw von Holtzhausen / contra Herrn Ludwigen Grafen zu Königstein: ubi tamen litigantes generaliter remissi an gebührende Ort. *Ruland. de commiss. part. 4. lib. 8. c. 3. n. 7. inf.*

14. Mo-

XIV.

Merum quoque imperium Nobiles Immediati habent (a) die Hohe Obrigkeit (b) Zent (c) Zentgericht/(d) Hohe Fraiß/ Hochgericht.

(a) *Nolten. de Nobil. civil. c. 17. n. 124.* Ac licet in multis locis etiam mediati Nobiles, merum Imperium habeant, hoc tamen interest, quod immediati revera fiscum habeant, unde causæ illæ fiscales dici possunt, mediati verò si ex officio delinquentem judicio criminali persequantur, accusator quem mittunt, non dicitur fiscalis, sed Peinlicher Anwald/ Ankläger/ vel Ampts-ankläger/ ut docet *Vult. in tr. de Jurisd. ad l. 1. n. 16. & 509. C. ubi caus. fiscal.* Pro asserendo autem Mero imperio ejusdemque executione occurrit captura & incarceratio, Beyfahung und Einlegung der Maleficanten. Incarcerationem si reus verum fateri nolit, plerunque sequitur Tortura Peinliche Frag. Eruta veritate per torturam, pro qualitate delicti interdum delinquens ad Postellum condemnatur, wird an das Halseisen oder Pranger gestelt. Solet quandoque pro sceleris qualitate reus publicè per carnificem virgis castigari: wird mit Ruthen ausgehauen. Non subsecuta vitæ emendatione, merum imperium habens, hominem facinorosum extra suam relegare potest provinciam, Lands oder Gebiets Verweisung. Quod si vero reus veniam deprecetur, solent interdum mero gaudentes imperio literas, ut *Gailius. l. 1. observ. 22. n. 1.* obligationes juratas & elogia de non vindicando carcere, Urphedts Verschreibung à delinquentibus recipere. Confiscatio bonorum Confiscirung oder Einziehung der Güter etiam quandoque pro medicina adhibetur. Tandem meri Imperii finis potissimum in absolvendo & condemnando consistit; Abforderung oder Nachlassung der Straffen. Quod si verò malefici enumeratis suppliciorum &

pœnarum generibus parum deterriti, ad frugem redire nollent, pro rei cujusque perpetrati delicti, vel ex patibulo suspenduntur, rotæ imponuntur, aut pro cujusque merito, gladio, aut etiam exquisitiore supplicio è medio tolluntur. Quod pluribus persequitur *Bidenbach. q. 7. nob.* Præterea notandum, possessionem in uno gradu meri Imperii extendi ad majorem etiam gradum ejusdem speciei, Ita ut præsumta una specie, omnes actus & gradus ejusdem speciei præscripti censeantur. Dann die Recht und Dd. halten dafür/ wer die hohe Obrigkeit in einem gradu zu üben macht/ derselb hat auch die Gewalt und Macht/ dieselb in allen andern der Hohen Obrigkeit angehörigen gradibus zu exerciren: eo quod omnium graduum meri Imperii non sit diversa substantia, sed diversa tantum qualitas, ideoque simul omnes gradus competere ei qui unum tantum gradum exercuit. *Dn. D. Dietherr. in Besold. Thes. Pr. verb.* Halsgericht Quæritur an Princeps nobilibus qui suos maleficos alibi puniendos per alienum territorium transmittunt, transitum de jure negare possit? Und da der Malefican den Landsherren / da man ihn durchführet/ umb Mittheilung rechtens anruffe/ ob Dominus territorii sich seiner anzunehmen hätte? R. ad prius Dominum territorii transitum de Jure prohibere non posse, cum nemo prohiberi debeat, via publica uti *l. 11. C. de servit. & aqua.* Et per alienum agrum ire, sit de Jure Divino & naturali *c. omnes leges* 1. *dist.* 1. Ita ut injuria afficiatur, qui via publica uti prohibetur, *l. Injuriarum* 13. §. *si quis. ff. de injur. l. 2.* §. *si quis. ff. ne quid in loc. publ. Capoll. de servit. rust. præd. c. 3. n.* 17. Ad alterum, Dominum Territorii circa alterius maleficum nihil juris habere. Regulare enim est, ut ubi judicium cæptum est, ibi quoque finiri debeat. *l. ubi captum ff. de judic.* Insuper cum quando maleficus transmittitur, sententia jam antea in ipsum lata sit, consequens est, executionem sententiæ, ad illum qui eam tulit, & non ad alterum

alterum pertinere, *Mynsing. cent.* 3. *obs.* 63. Huc non malè & illa quæstio in Franconia sæpius agitata referri potest, si nimirum in castris Nobilium Immediatorum oder andern deren Centfreyen-Häusern und dist[r]icten delictum sit commissum, cui cognoscẽdi & puniendi potestas competat, & an Nobiles facinorosos illos; qui in Castris suis deliquerunt tradere Centenarum circa circa sitarum Dominis obligati sint? Hodie in Franconia Dominos Centenarum illud poscere, & nisi sistantur delinquentes, vim minari experientia testatur. Sed quod de jure illud fieri haud possit, sequentia satis ut opinor, evincent argumenta. Nam (1) dici non potest violasse Centenam alicujus, qui in Centenæ illius loco non deliquit, cum extra locum jurisdictioni cẽtenariæ non subjectum nulla sit jurisdictio, sed impunè non pareatur extra locum jus dicere volenti. (2) manifestum est, nec in dubium vocari potest, quod Immediati Nobiles eorumque castra à Vicino um Principum ac Statuum jurisdictione sint exemti ac liberi; Paria autem sunt aliquem locum non esse situm interritorio, vel esse quidem situm sed exemtum à jurisdictione. Nec movet (3) quod, ut vulgo objicitur, Castra hujusmodi und andere Centfreye Ort in circulo ac districtu centenæ sita sint; quia magnum est discrimen inter has clausulas; In Principis alicujus vel vicini Comitis districtu Centenarum, vel sub ejus ditione ac jurisdictione situm esse. Licet enim immediati alicujus Nobilis castrum sit in Principis alicujus territorio vel centenaria jurisdictione, non tamen propterea est de territorio vel de centenaria jurisdictione. Nec (4) in Franconia, Suevia, Tractuque Rheni novum est, sed ubivis ferè locorum ita comparatum, ut locus aliquis vicini Principis jurisdictione vel mero imperio circum circa quasi septus ac vallatus sit, nullo tamen modo inde licet inferre, quod ideo mero Imperio ejusdem vicini Principis sit subjectus Exemplo res fiet clarior. Windshemium civitas Imperi-

Imperialis inclusa ac quasi circumvallata est Brandenburgico; Svvinfurthum Herbipolensi territorio ac mero Imperio. Nemo tamen hactenus repertus est, qui has Civitates Imperiales cum terris pertinentibus ideo vicinorum horum Principum territoriali vel criminali jurisdictioni subjectos esse contendere ausus fuit. Nec (5) adeo absurdus vel insolens, quod ego quidem sciam, hactenus quisquam fuit, qui asserere non dubitaverit, quod ii, qui in dictis Civitatibus deliquerunt, ad cognoscendum & puniendum tradendi sint vicinis Centenarum Dominis. Ut proinde (6) idem nec de exemtis Nobilium Immediatorum castris dici possit. Ubi enim est eadem ratio, ibi eadem quoque esse debet juris dispositio. Et casus quos nectit paritas æquitatis & identitas rationis, non sunt quoad juris depositionem separandi. Quod si quis hic instare ac dicere vellet, esse nimirum inter dictas civitates ac castra Nobilium immediatorum aliaque eorundem loca exemta hanc differentiam, quia Civitates Imperiales dictæ merum Imperium ac jus gladii habeant; quo plerique immediati Nobiles destituantur, non sine firmo fundamento replicaretur. (1) quod ratio, cur exempli gratia Centenæ Herbipolenses utcunque generales vim tamen suam non extendant ad delicta Svvinfurthi commissa, in eo unicè consistat, quia locus iste, utcunque in territorio Herbipolensi situs, à superioritate tamen ac mero Imperio Herbipolensi exemtus ac proinde vulgatum illud locum habeat: Extra territorium jus dicenti impune non paretur. Quæ ratio cum æquè in Nobilium Immediatorum castris und andern Centfreyen Orten militet, ut eadem juris dispositio locum habeat, æquum est. Nec (2) valida esset sequela, si quis inferre vellet: Nobiles in Franconia immediati in castris suis, wie auch andern deren Centfreyen Wohnungen und Oertern mero Imperio carent; Ergo vicinis Statibus ac Centenarum Dominis illud attribuendum & asserendum est. Non enim necesse

est,

est, hoc esse. quod ab illo contingit abesse; ut (3) silentio prætereamus nullo modo concedendum esse, quod dicti immediati Nobiles non omnimodam jurisdictionem in castris suis aliisque locis exemtis habeant, cùm nulla appareat ratio, cur eandem non eodẽ jure ac fundamento sibi in dictis locis asserere possint, quo Civitates prædictæ Imperiales nullo alio privilegio muniti sed solo jure Statuum nemine contradicente sibi semper vindicarunt. Et posito (4) nullo tamen modo in veritatis præjudicium concesso, quod merum Imperium ac jus gladii immediatis Nobilibus Franconiæ in dictis locis jure Status adstrui non posset, nullo tamen modo inferre liceret, quod ideo illud vicinis Principibus ac Statibus de Jure competat; sed rectius inde concluderetur, quod hujusmodi castra und Centfreye Oerter und Häuser sub jurisdictione Imperatoris, utpote horum Nobilium immediatorumque locorum unici Domini ac Judicis subsistant. Quod ut de hominibus plebeis in sæpe dictis locis exemtis delinquentibus juri ac æquitati consentaneum est; ita eo firmius & certius procedit in ipsorum Nobilium personis, in dictis locis delicta committentibus, utpote quos & loci exemtio, & Illustris personæ dignitas ac immedietas à vicinorum Statuum Centenas habentium jurisdictione eximit, ita ut vel rarò vel nunquam accidisse casum in Franconia meminerim, ubi vicini Status criminalem suam jurisdictionem eò extendere, in ipsorum Nobilium crimina inquirere, & ad forum suum notoriè incompetens pertrahere ausi fuerint.

Major fuit semper concertatio si immediatus Nobilis in loco centenæ vicini Status notoriè subjecto crimen contrahat. Hoc enim casu nonnulli Dominis centenarum competentiam jurisdictionis adstruere hoc fundamento conantur; quia nimirũ de jure communi, forum quis non solum ratione Originis & contractus, sed & propter maleficium sortiatur, si sc. in loco delicti apprehendatur; cum delictum det jurisdictionem ei; qui

U altas

alias eam non habet *per text. in l. 3. ff. de Off. præsid. & in l. 1. C. ubi senat. vel clariss.* Sed & hîc contrarium verius esse vel indè liquet, quia notorium nec hactenus à quoquam in dubium vocatum est, quod Immediata Nobilitas die Freye ohngemittelde Reichs Ritterschafft einen Reichs-Fürsten/ in cujus territorio sua nobilia ac libera prædia habent, nequaquam pro suo Magistratu sed solum Imperatorem vel Cameram ob jurisdictionis concurrentiam pro superiore recognoscunt, per ea quæ supra allegata sunt. à qua regula cum nusquam criminalia in Nobilibus immediatis speciatim excepta legantur, imo potius in iis ratio immediatæ subjectionis magis stringat, Cæsarisq; solius jurisdictionem, cui detractũ aliquid esse temerè asseverare nõ licet, fundet, merito sub regula manere debent; cum de non exceptis judicetur juxta regulam, ut docet *Pet. Frid. Mind. de process. lib. 1. c. 9.* §. 1. & 2. cum præsertim hoc à jure communi, quo se contraria opinio fundare conatur, non alienum, sed eidem potius consentaneum est. Nam quamvis ibidem dispositum reperiatur, quod delinquens in loco, etiam ubi deliquit, forum sortiri possit, manifestum tamen inde & illud est, quod Personæ Illustres & spectabiles, utut in provinciis deliquerint, nihilominus tamen hanc ipsam ob causam & rationẽ, qua ob spectabilem & Illustrem personæ conditionem Cæsarem habuerunt Judicem, in provinciis nullo modo judicari ac puniri potuerunt sed ad ipsum Imperatorem remittendi fuerunt *l. 5. §. 2. & 3. C. ubi Senat. Donell. 17, comment. 20.* ut pro inde hodie ob rationis paritatem de Principibus, Comitibus ac Immediatis Equestris Ordinis Viris non immerito idẽ statuendum, ut nimirũ si in alienis territoriis ac Centenis delinquant, ad suos privilegiatos judices remittendi sint; hoc tamen observato discrimine, ut si nobiles immediati ob delicta conveniantur ab iis, in quibus Austregæ locum non habent, coram Imperatore vel Camera Imperiali, sin vero jus Austregarum ob fundatam tàm rei quàm accusatoris qualitatem, quam Constitutiones Imperii *in Ord. Imp. Cam.*

p. 2.

p. 2. tit.3. requirunt, locum habeat, coram Austregis omninò forum sortiantur ac conveniri debent, ut pluribus docet & confirmat *Mindanus de Proceß. lib. 1. cap. 9. §. 1. & 2.* (b) zu der hohen Obrigkeit gehören alle maleficia so Leib und Lebens-Straff auf ihnen tragen/ quæ latè enumerat *Dn. D. Dietber. in Besold. Thes. Pr. verb.* Halsgericht/ *& Coler. in Proceß. Execut. part. 2. c. 1. n. 116. Webn. in Pract. Obs. verb.* Zent. Quæritur, da ein Fürst einem von Adel ein Lehen mit hoher Obrigkeit verliehen/ utrum privativè an cumulativè transtulisse videatur? R. privativè. Principũ enim beneficia & privilegia in præjudicium concedentium latissimè sunt interpretanda. *l. repetita. C. de Episc. & Cler. l. 2. C. de Sportulis. l. in provinciis. C. de Numer. & actuar.* & ita ne sit inutile vel otiosum, sed ut aliquid operetur. *c. si Papa. de privil. in 6. l. si quando ff. de legat. 1.* Et feudum instar ususfructus est. *Tit. 23. §. ult. lib. 2. in Usib. feud.* Ususfructus verò concessus ad solum usufructuarium pertinet, non etiam ad proprietatis Dominum, propterea Vasallus in subinfeudatum merum Imperium habet, non Dominus superior, *c. imperialem §. 2. vers. illud quoque 2. F. 55.* Quæritur da einer von Adel die hohe Obrigkeit/ aber die Zeichen nicht hätte / solche für sich selbst auffrichten dörffte? Quod omnino affirmandum, quia explorati Juris est, concesso uno, reliqua omnia concessa videri, sine quo concessum expediri nequit. *l. 2. de Jurisdict. om. jud. & l. 1. §. 1. & l. 5. §. 1. ff. de off. ejus cui mand. est jurisd.* Quod si ergo cognitio criminis & merum imperium alicui competat, eidem permittenda quoque erit furcarum erectio cum sine patibulo suspendi fur nequeat. Deinde ad eum pertinet signum, cujus est resignata *l. 27. §. quis ff. ad L. Corn. de falsis.* Notandum hoc loco quod per furcarum erectionem, retineatur quasi possessio meri Imperii, licet per 100. annos nunquam quis fuerit suspensus, quoniam sufficit signum, licet deficiat signatum, *Matth. de Afflict. in c. 1. n. 38.* Imò & sine signo haberi & retineri potest, atque ideo argui nequit, Furcas vel postellum non

habet; Ergo merum imperium non habet. Argumentatio enim à signis accidentalibus vel accessoriis, quale est patibulum, non arguit de necessitate. *Keller. de Off. Jurisd. Polit. lib. 2. c. 15. Novissimè Dn. D. Dietherr. in Besold. Thes. Pr. verb.* Galg. Notandum præterea, quod nobiles immediati habentes ex privilegio vel concessione Principis merum imperium, tale privilegium non usu longissimi temporis non amittant, si casus puniendi facinorosos nullus interea sese obtulerit, *arg. l. 4. ff. quemod. servit. amitt. Gail. 2. obs. 60. n. 6.* etiam si per 100. annos non fuerit aliquis suspensus in illis furcis. Quod singulariter observandum pro nobilibus, qui immediatè Imperio subsunt, quod contra eos non currat præscriptio, si longissimo tempore gladii potestate adversus criminosos non sint usi, eo quod non obvenerit occasio puniendi facinorosos. Sæpè enim hanc ob causam cum vicinis Principibus lites & controversias habent, qui negant Nobilibus tale privilegium competere, quia longissimo tempore eo non sint usi, nullosque actus possessorios exercuerint, quæ exceptiò nihil habet momenti, si occasio puniendi facinorosos defuerit. *Webner. Pr. Obs. verb.* Zent (c) *Webnan verb.* Zent ubi rectè distinguit inter universalem & omnimodam, cum quis omnium omninò etiam leviorum criminum coercitionem habet, & specialem sive limitatam, quæ ad certa tantum crimina adstricta est: quemadmodum in Franconia status superiores, merum imperium, quod in subd tos inferiorum statuum certis in locis habent, ad quatuor summa crimina, der vier hohe Rügen / als Mord und Todtschlag. 2. Diebstal oder Raub. 3. Brand. 4. Nothzucht. expresse restrictum est in privilegio Nobilibus Franconiæ concessum Anno 1609. Adde eundem *Webner. in verb.* Vogtey. Et licet secundum constit. Saxon. Mühlen-Besichtigung / Maß und Gewicht / Marckstein setzen / Besichtigung der Taubenschläg. & aliæ plures species ad Zent pertinent. Secus in Franconia ad Vogtey referuntur, *Webner. Pr. obs. verb.* Zent (d) In Episcopatu

tu Herbipolensi, ut ferè in tota Franconia, Wird an der Zent ferner nicht gericht noch gerugt/ dann umb Mord/ Dieberey/ Nothzwang/ fliessende Wunden und was Hals und Hand/ Stein und rein antrifft/ nisi quidam pagi aut prædia Umbstein und rein fliessende Wunden vorhero nicht geantwort oder gerugt hätten/ dabey und wie sie von alter herkommen seynd/ Sie aber bleiben sollen / ob auch jemand Leut oder Güter in der Zent liegen hätt / die nicht Zentbar und von Alter also herkommen weren/ dabey sollen sie aber bleiben. Vide Reformation der Zent Ordnung Episcopi Gottofredi zu Würtzburg. Anno Chr. 1447. Quare locum habet regula: Tantum concessum, quantum possessum ac præscriptum. Vide omnino, *Brun. cons. 170. 172. 177. 194. Decian. cons. 41. n. 104. vol. 4.*

XV.

Denique & pace religionis (*a*) fruuntur, propterea que Evangelicæ Religionis exercitiũ publicè in templis & Scholis instituere, non tantum in terris propriis ac hereditariis, (*b*) sed etiam in feudis ab alio statu, præcipuè Ecclesiastico depẽdentibus; (*c*) alterutramque religionẽ quocunq; tempore (*d*) abrogare & introducere possunt, si tantum, Jus Vogteihæ (*e*) habeant.

(*a*) Ita loquitur Divus Ferdinandus I. in Reichs Abschied zu Augspurg de Anno 1555. §. und in solchen Frieden sollen die freye Ritterschafft/ welche ohne Mittel der Käyserlichen Majestät/ und uns unterworffen auch begriffen seyn/ also und der Gestalt / daß sie obbemelter beyder Religion halb auch von niemand vergewaltiget/ betrangt/ noch beschweret sollen werden. *Besold. disc. de Ord. Eq. n. 11. & in Thes. Pr. verb.* Freye Reichs Ritterschafft. *Cranius de Pace Religionis prob. 1.* Wehner. *Pr. Obs. verb.* Zent. *Bidenbach. de Nobil q. 3. Nolden de Nobil. c. 17. n. 62. Arnold.* Engelbrecht. *de jurisd. th. 133. Clut. in Syll. rer. quotid. b. 26. Mingius de Jur. territor. concl. 48.* Addatur etiam Mandatum Invictissimi & Clementissimi imperatoris

oris Ferdinandi II. die Fränckische Ritterschafft wieder ihr hergebrachtes Exercitium Religionis nicht zu beschweren / 5. die Octobris. Anno 1628. Item Copia Schreibens an Bischoff zu Würtzburg den 19. Octobris Anno 1629. Denique Instrum. Pacis Osnabr. solenniter approbatum Anno Chr. 1648. Libera & immediata Imperii Nobilitas, omniaque & singula ejus membra una cum subditis & bonis suis feudalibus & allodialibus, nisi forte in quibusdam locis ratione bonorum & respectu territorii vel Domicilii aliis statibus reperiantur subjecti, vigore pacis religiosæ & præsentis conventionis in juribus religionem concernentibus & beneficiis inde promanantib[us], idem jus habeant, quod supra dictis Electoribus, Principibus & statibus competit, nec in iis sub quocunque prætextu impediantur aut turbentur, Turbati verò omnes omnino in integrum restituantur, *c. 5. art.* 10. Transactio hæc confirmatur per Recess. Imp. de Anno 1654. Item per Capit. invict. & clem. Imp. nostri Leopold. I. his verbis formalibus: Doch so viel diesen Articul betrifft / unsern lieben Oheimen und Churfürsten zu Sachsen / Brandenburg und Pfaltz auch ihren Religions Verwanten / Fürsten und Ständen / ingleichen der ohnmittelbaren Reichs-Ritterschafft / und deren allerseits Unterthanen / und denen Augspurgischen Confessions- Verwanten / die Reformierte mit eingeschlossen / welche unter Catholischen Geist- oder Weltlichen Obrigkeit wohnen / oder Landsassen seynd / dem Religion und Prophan-Frieden / auch dem jüngst zu Münster und Osnabruck auffgerichtem Friedens-Schluß und was deme anhängig / wie obgemelt ohnabbrüchig und ohne consequentz, Nachtheil und Schaden. Art. 19. (*b*) Ex ipsis enim Pacis Religionis verbis satis patet immediatem nobilibus non modò permissum esse, quam velint religionem amplecti, sed etiam concessum illius exercitium in templis & scholis publicè in dominiis suis instituere. *Bidenbach q. nob.* 4. *n. 1. Paurmeist. lib. 1. de Jurisd. c. ult. n.* 4. *Cl.* Bocer. *de Jur. Vasall. c. 6. n. 4. lib. 2.* Ordinationem Ecclesiasticam publicare, wie es mit Ceremonien / Lehr und Leben / solle in ihren Schulen / Synodis, Visitationibus, und sonsten gehalten werden / cujus enim est ditio, illius etiam debet esse institutio. *Matth.* Steph. *de Iurisd. lib.*

2. p. I.

2. *p.* 1. *c.* 7. *n.* 474. adeo ut si in quasi possessione præsentandi turbentur, petere possint citationem ad videndum se incidisse auf den Landfrieden / cum annexo mandato de non turbando, nec amplius offendendo. *Nolden. de Nobil. c.* 17. *n.* 68. (*c*) Prædicta enim Constitutio Religionis immediatum requirit, non ratione bonorum sed respectu personæ, ut nimirum ipsius conscientiæ consultum sit. Idque satis ex eo apparet, quod verba constitutionis simpliciter immediatum exigant. Ergo enim in bonis suis feudalibus vigore constitutionis mutare potest religionem. *Cranius de Pac. Relig. part.* 1. *probl.* 6. (*d*) Etiam post Transactionem passaviensem & Pacem Religionis. Omnino enim statuendum, possessionem quæ ante, vel post pacificationem in usu fuit, nullo modo spectandam. Siquidem sicut aliis statibus, ita & immediatè nobilibus, liberrimum est pro arbitrio religionem introducere, vel abrogare: cujus rei non solum præjudicia extant in causa Kempten & Wolslagen contra Münster. *Gylm. dict. loc.* Sed etiam satis evidens fundamentum in ipsa Constitutione Religionis §. Und nach dem 2c. ubi dum de Clecricis dubitatur, Laicis hoc jus unanimi consensu Cæsaris & omnium statuum competere, expeditum est. Modo religio illa vel activè, per §. doch sollen alle andere Reichs-Abschid zu Augspurg de Anno 1555. vel passivè, per responsum 1566. D. Maximiliano II. Imp. in Comitiis exhibitum, approbata sit. *Besold. lib.* 2. *polit. c.* 2. *num.* 42. (*e*) Neq; enim necesse est, ut merum imperium habeant, daß die hohe Fraißliche Obrigkeit, nihil regulariter importat quoad religionem, cum aperti juris sit, jurisdictionem in criminalibus non statim eos in quos competit, subditos efficere: beneficium autem constitutionis, non nisi in subditos exerceri posse §. Es soll auch 2c. *Besold. in Thes. Pr. verb.* Halßgericht. Sola criminalis Jurisdictio Zentgericht / solumque jus gladii & retentionis, patronatus, filialitatis neque conjunctim neque divisim jus reformandi tribuunt. Quæ itaque hoc colore reformationes huc usque irrepserunt, pactis ve intrusa sunt, cassantor, gravati restituuntor, & imposterum ab ejusmodi penitus abstinetor. *d. c.* 5. *art.* 14. *in l.* 10. *b. Luth. Relig. August. Confess.* Sed sufficit die Vogteyliche

liche Obrigkeit/ propter hoc solidissimum fundamentum, nimirum γ. Und in solchen Frieden/ loqui sine ulla Jurisdictionis mentione, nec distinguere inter Nobiles, qui merũ imperiũ,& illos qui Jurisdictionem simplicem habeant, ita ut lege non distinguente, nec nos distinguere oporteat. *l. 8. ff. de public. in rem act.* Et in Franconia processus decreti sunt Nobilibus, qui habuerunt saltem Vogteyliche Obrigkeit/ & fuerunt in possessione Exercitii Religionis & postea turbati ab Episcopo prætextu meri Imperii Truchsessen von Weßhausen 4. August. Anno. 1574. Stein Altenstein Anno 1588. Münster Anno 1588 contra Würtzburg. *Gylman. Symphor. tom. 3.* Nam in Franconia secundum morem ibi receptum, qui habet Vogtey/ illi etiam competit Jus Patronatus in locis Augustanæ Confessionis; quoniam Ecclesiastica Jurisdictio in suspenso est propter pacem Religionis: & vigore Instrum. Pac. Jus Dioecesanum & tota Jurisdictio Ecclesiastica cum omnibus suis speciebus, contra Augustanæ Confessionis Electores, Principes, status, comprehensa liberâ Imperii Nobilitate, eorumque subditos tam inter Catholicos & Augustanæ Confessioni addictos, quam inter ipsos solos Augustanæ Confessionis status usque ad compositionem Christianã dissidii Religionis suspẽsa esto, & intra terminos Territorii cujusq; Jus Diocesanum & jurisdictio Ecclesiastica se contineat, *d. c. 5. art. 16.* Secus in locis Catholicis, da es den Vogtey-Herren non permittitur, sed plerumque penes ordinarium potestas est, *And. Knichen. de sublim. territor. c. 4. n. 434.* und wo sie in Francken das Jus patronatus, da haben sie auch præsentation, Installation, Possesgebung/ Visitation, Examen, Ordination, auch Geistliche Jurisdiction in Ehe sachen/ wofern sie Evangelisch seyn/ und haben macht die Evangelische Religion anzurichten/ unverhindert der Landfürstliche Obrigkeit/ Geleyds/ Landgerichts/ hohen Zent/ oder Geistlichen Juriedicion-Herren. Proinde in civilibus & matrimonialibus causis, optimè Nobiles sibi ipsis consulerent, si, ubi opus foret, singülis annis Nobiles amicos, Doctores Juris, unum atq; alterum Ecclesiæ Pastorem ad se evocarent, qui Nobili tanquam appellationis Judici, veluti Assessores præstò essent, ortasq; lites dirimerent, und also selbsten ein Hof-Appellation und Ehegericht hielten. Idquod laudabiliter admodum à nonnullis factum & utiliter practicatum meminit Bidenbach. q nobil. 9. Quæritur quibus ordinationibus matrimonialibus nobiles Augustanæ Confessionis immediate Imperio subjecti unterworffen? Resp. Besoldus weil sie macht haben ein Consistorium zusammen/ möchten sie solches thun/ und ihnen daselbst in Dispensation oder sonsten ein Urtheil ergehen lassen. Thes. Pr. verb.

Ehegericht.

EXERCITATIO QUINTA.

De Germanicæ Nationis in hodierno Imperii Romani statu præeminentiâ.


Nusitatæ istæ ac insignes victoriæ, quas Germani olim prostratis penitus ac deletis immanissimorum etiam Hostium viribus reportarunt, perpetuis laudibus per-ennitati temporum à multis retro seculis consecratæ sunt. Adeò, ut Annales libros scrutantes & memorias temporum volventes nullam propè gentem inveniant, quæ majo-rem toti Terrarum Orbi terrorem incusserit, quàm Germanicam. Quod ipsum omnes penè populi optimè recogitantes, summam felicitatem, si ipsis cùm Germanis societatis amicæ commercia co-lere licuisset, judicarunt. Comprobante hoc ipsum *Tacitô* Scriptorũ fide dignissimô, dum Tencteros ad Ubios Legatos misisse testatur, qui hos hôc modô affati sunt. *Rediisse vos in Corpus nomenque Germaniæ communibus Deis, sed præcipuo Deorum Marti gratias agimus: vobisque gratulamur, quod tandem liberi inter liberos eritis.* Unde etiam Romani, quamvis felicissimi Gentium Victores exstitissent, & arma sua lon-gè lateque circumtulissent, à Germanis tamen sæpissimè & acerrimè divexati, cœsi, fusi sunt. Famâ tandem eorum per totùm Mundum felicissimô cursu lata abolendæ magis infamiæ ob amissorum recu-perationem, quàm proferendi Imperii cupidine, aut obdigni satis præmii exspectationem arma contra ipsos concitata sunt.

Tacit. l. 4 histor. p. m 398.

Tacitus de moribus Germ. : p. m. 648. *Id: Annal: l. 1. p. m. 5.*

II. Non itaque fundamentô planè ac ratione destituti sunt, qui vocabulum *Germanus* pro merâ Teutonica dictione habent, & à Gar & Mann vel Gern & Mann conflatam existimant. Quasi vel ni-hil in ipsis, nisi quod virilitatem quandam ac animi magnitudinem præse ferat, reperiatur, vel, quod contra acerrimum etiam Patriæ suæ hostem signa attollere & manus conferre semper paratissimi ex-istant. Sicut Alemanni, â quibus Imperator Justinianus ob victori-am ab iis relatam, se Alemannicum appellitat, etiam derivari so-lent ab All & Man. Differunt utrique in eô saltem, quod hi Teutones

Arum: de jure publ. Vol 5. disc. 2. p. m. 90: Limnaus de I. P. l. 1. c. 6. Reink. de R. S. & E. l. 1. cl. 3. c. 4. n. 7. p m. 118.

 fu-

superiores, illi vero inferiores fuerint. Utrumque tamen vocabulum Gentem prorsus virilem denotat. Hinc ortum est Vetus istud dicterium: Wer in Krieg will Unglück han/ der fang es nur mit den Teutschen an.

III. Germani igitur tàm invicta animi alacritate & singulari quadam fortitudine prædici aggredi non tantum maxumi momenti audebant Rem, sed conficere etiam patrareque feliciter poterant. Quâ enim ratione Imperium Romanum ad Germanos devolutum est, ut ad hodierna usque tempora apud eos remanserit? Præcipuam judico causam bellicas Eorum Virtutes & nunquam satis deprædicanda facinora. Quæ omnia, ut eò magis Germanorum præeminentiam augeant, si paucissimis attingam, & ab ovô, ut loquuntur, repetam, me minimè operam lusurum esse existimo.

IV. Nemini igitur, nisi Historiarum ac Juris planè ignaro ignotus esse potest. Incomparabilis iste & excelsæ memoriæ Heros *Narses*, quô unà cum *Bellisariô* tanquam rerum bellicarum peritissimis Ducibus ad Barbaricas Gentes sub potestatem suam redigendas Justinianus Imperator usus est. Ille cum ob aliorum invidiã, cui propter potentiam & gloriam ex multis victoriis acquisitam expositus erat, apud *Justinum* II in sinistram suspicionem venisset, ex Italiâ redire jussus est. Quâ injuriâ *Narses* dictus ita irritatus est ac lacessitus, ut talem se velle texere telam dixerit, quæ ægrè possit dissolvi. *Alboinum* igitur Longobardorum Regem ex Pannoniâ in Italiam evocat, eique ope suâ & consiliis tàm firma fulcra supposuit, ut 200. amplius annis Imperium Longobardicum in Italiâ floruerit. Imperatores enim, qui tunc temporis in Oriente summæ Rerùm præerant, Exarchis etiam â Longobardis captis, Italiam tanquam vacuam possessionem relinquere coacti sunt. Romani igitur extra omnem solatii fiduciam deserti hisce miseriis ac calamitatibus diutius conflictari nolebant. Auxilium exinde primùm Piplini & eò mortuô Caroli M. implorarunt, ut Dominatum Longobardorum frangendo, ipsos ex mediis tristissimi fati faucibus eripiat. Petitis hisce Carolus deferens in Italiam progreditur, & deturbatis non saltem ac pulsis Longobardis, sed ipsô etiam eorum Rege *Desideriô* captô totam Italiam sub Germanorum potestatem felicissimè redegit.

B. Mycral. Synt. hist. pol. l. 2. sect. 4. q. 18. p. m 446.

V. Re-

V. Reliquos duos Titulos, quibus, legitimô ac quasi divinitus cōcesso modo Germani in Italiâ Imperiū adepti sunt, si adjūgamus, magisque ac magis eorum prærogativa crescere videtur. Etsi enim bellica acquisitio, *quâ illa, quæ ita acquiruntur, victori cedunt*, hic unicè fere suffecisset, suffragium tamen non tantum, electio ac voluntas S. P. Q. R. sed ipse etiam Imperatorum in Oriente Constantinopolitanorum Consensus & approbatio Romani Imperii Maj statim in Germanos derivavit. Populus enim Romanus ignominiæ ac probri notam sib inuri existimavit, si acceptâ hâc occasionis opportunitate ab *Irene*, tunc temporis, excæcatô filiô Constantinô Constantinopoli Imperatrice, tanquam Muliere, publicorum aliâs munerum incapace, ulterius se regi pateretur. Populus igitur prædictis instigatus in *Carolum Magnum* Imperium transtulit & sequenti faustâ acclamatione per manus Leonis III. Pontificis Coronam Imperialem ipsi imposuit. *Carolo Augusto â Ceô Coronato Magno & pacifico Imperatori Romanorum vita & victoria.* Cum denique Imperatores Constantinopolitani ob loca admodum dissita, bellis etiam intestinis & externis mirificè defatigati Italiæ amplius succurrere non possent, pax ac fœdus sempiternum inter *Carolum Magnum & Nicephorum*, Irene Augustâ expulsâ Imperium tenentem, ictum est, ut ille in Occidente, hic in Oriente Imperii habenas regeret. Uterque Augustus, Imperator, Fraterque, Orientis Alter, Alter Occidentis vocitarentur. Quocirca quilibet in propatulo videt, quâ ratione Germani præeminentiam istã, quâ adhuc hodiè omnibus Nationibus antecellunt in Imperio Romanô adepti sint.

l. 5 ff. de a. r. dom. & ult. reg. & § 17 Inst. de R. D.

Dar. Otto & l. P c. 5. p. m. 68.

l. 2 ff de R. I.

B. Mycral. Synt. H. P. l. 2. S. 5. q. 3. p. m. 487. Magn. Dn. Carpz. de L. R. c. 2. p. m 59.

VI. Verum ut umbra in sole ambulantes, sic invidia virtutem perpetuò comitatur. Pontificii scilicet Papæ adulantes, ut *Bellarminus* ejusque Asseclæ sibi potius hunc honorem ac gloriam attribuere conantur, dum translationem Imperii â Græcis ad Germanos nō virtute bellica, neque consensu Populi Romani, nec transactione Imperatoris Constantinopolitani, sed jussu tantum, Authoritate, & confirmatione Leonis III. Pontificis in personâ *Caroli M.* factam esse asserere non verentur.

Bellarm. l. 1. de Transl. Imperii. c. 2.

Magn. Dn. Carpz. de R. n. 17. p. m. 83.

VII. Sed ventosissimis hisce ac ineptissimis persuasionibus propriis manibus sibi ipsis maculam inurunt, & omnium qui paulò limatioris sunt judicii & remoti ab Affectibus animi cachinnis sponte

Reink. de R. S. & E. l. 1. cl. 2. c. 3. n. 19. & seq. p. m. 54. J. 1. E. de mã. dat. Princ.

te se exponunt. Nonnè enim recordantur Isti Adulatores Papam tanquam Christi Vicarium hanc potestatem neque de jure neque etiam de factó tunc temporis sibi arrogare potuisse. Unde enim habet mandatum de transferendis Imperiis & creandis Regibus? Ostendant illud Papicolæ, alias ipsis non creditur, quamvis etiam in summô honoris & dignitatis Apice sint constituti. Æterno forsan oblivionis sepulchro reconderunt, Salvatorem ipsum, cujus Vicarium se Papa jactitat, Cæsaris potestati non tantum subjectum fuisse, sed etiam censum ipsi dare jussisse. Quomodo etiam Vicarius illud sibi attribuere potest, quod Principalis ipsius severè inhibuit? Christus enim Petro, cujus successorem Papa se nominat, & Apostolis seculare Imperium expressè prohibuit, & Regibus Gentium largiter concessit. Unde igitur ipse Papa *Leo* III. hanc potestatem Imperium Romanum ad Germanos transferendi accepit? Nefaria ista ac intolerabilis ambitio si pauló accuratius calculum ponamus, causa est, quâ ita pontifex aucta Potentiâ inflari cœpit, ut sibi absolutum in omnes Terrarum Principes Imperium arrogare & ad oscula suorum pedum adigere nunquàm vereatur.

Matth. 22. vers. 21. Matth. 20. v. 25. Luca. 22. v. 25.

Limnaeus de J. P. l. 2. c. 5. n. 8.

VIII. Neque etiam de factô tunc temporis ipsi illud efficere possibile erat, cum Italia â Longobardis obsessa, & ipse *Leo* â Romanis gravi injuriâ affectus fuerit. Armis igitur & virtute bellicâ ad profligandos Longobardos & occupandam rursus Italia opus erat. Id quod *Carolus M.* Germanicâ fretus constantiâ, voluntate populi Romani, laude nunquam intermoriturâ, ad felicem perduxit exitum, solis Germanis hanc prærogativam ac gloriam relinquendo.

Bodinus meth. hist. c. 7.

IX. Galli quoque teste *Bodino* Germanici Nominis hoste infensissimo, Pontificiorum exemplum æmulati Germanis tantùm decùs invident, & virulentis manibus, ex alio tamen fundamentô, ipsis eripere conantur. *Carolum M.* scilicet in Galliâ natum, linguâ etiam ac moribus & institutis Gallorum unà cùm Majoribus educatum fuisse opinantur. Verum seipsos decipiunt, & alios quoque in eosdem erroris laqueos inducere omni nisu contendunt. Etsi enim largiamur, *Pipinum Caroli M.* Patrem, Childerico Rege quem sic vocabant, Stupitô in Monasterium attonso, in Regem Galliæ â Proceribus electum esse, in ejusmodi tamen controversiis ante omnia ad locum

B. Mycral. d. l. op. m. 485. l. 1. ff. ad Municipal.

nativi

nativitatis respiciendum esse jura docent. Quis itaque Historicorum Carolum in Galliâ natum esse asserere velit? Cum unanimi ferè consensu ipsum in pago quodam seu vill *Ingelheim* duobus millibus passuum â Moguntiano distante primumâ spiritum hausisse statuant. (Quamvis *Aventinus* testante B. *Mycralio* dissentiat & eum in Thyringiâ & Saxoniæ confinibus conceptum, Caroloburgi autem in Bavariâ natum esse existimet.)

X. Etsi igitur Pontificii vel Galli immensa etiam argumentorum, quibus se suffultos atque instructos esse persuasum habent, plaustra in Germanos exonerarent nunquam tamen iis obtinebunt, ut ipsis tantam dignitatem tantamque præeminentiam subtrahere possint. Summo potius decori ac immortali gloriæ sibi ducat Germanica Natio, Imperium Romanum hodieque non absolutè Romanum sed Romano Germanicum, das Heilige Römische Reich Teutscher Nation, appellitari solere.

XI. Hactenus satis superque probatum est, quâ ratione Imperium Romanum ad Germanos devolutum & ab iis denominatum sit. Imperatorem quoque seu Caput Imperii Romani si consideramus, nemo non in proclivi videre potest, quantum Germanica Natio omnes alias nationes in Imperio Romanô superemineat. Nullus enim alius quam Natione Germanus ad ejusdem fastigium anhelare ac Romanæ Aquilæ plumis se exornare potest. Exteris equidem omnibus ad tantum tanti Imperii decus via est præclusa. Etsi autem de arcendis iisdem nulla expressa in *Aureâ Bullâ* reperiatur dispositio, ante eam tamen *Otto* III. Imperator speciali lege cavit, nè ulli nisi Germano sceptra Imperii committantur. Cum quâ vetutissima Germaniæ Consvetudo, quæ tantam vim habet, quantam expressæ leges & sanctiones habere solent, correspondere videtur. Nec justitiæ æquitatisque leges aliud permittunt. Cum enim nunquam satis de prædicandâ Germanorum virtute in personâ *Caroli M.* ad Germanicam Nationem translatum sit Imperium, indignum sanè & improbum esset, alienigenam ad tanti Imperii culmen evehere, & ita priscæ ac heroicæ Germanorum virtuti, quâ omnes Nationes ac populos supergressi longissimè sunt, temerè aliquid detrahere.

Cuspinian. in Vita Ott. III. Buxt. ad A. B. conclus. 31. lit. D. l. 32. ff. de LL.

XII. Solenni auctoramento se obligat Elector Moguntinus, quod idoneum Imperatorem eligere velit. Non itaque video, und

ad regendam Reipul. Navim magis idoneum, & ad communes Imperii hostes disturbandos longè ac prorsus evertendos aptiorem quàm ex Germaniâ Terrarum Reginâ & strenuâ omnium virtutum Cultrice accipere liceat. Verissimè enim Poetarum Intelligentissimus Flaccus canit:

Fortes creantur fortibus & bonis
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
progenerant Aquilæ columbam.

Parta videlicet Majoribus Gloria, & insitus Vigor, velut secunda aura quædam ex Germanicâ Gente oriundum levare quasi subinde ac tollere potest. Ut hac ratione ipsi calcar & vehementiores quasi stimuli subjiciantur ad æmulanda Majorum Exempla. Cum enim respicit in Gentem ac Majores suos, unde ortum suum traxit, tot tantasque Eorùm virtutes ac præclarissima facinora, quibus famam & nomina sua omnium seculorum memoriæ inscripserunt, recensendo, facilè intelligit, quò contendendum sibi assiduè & in quò ponenda ipsi opera cùm primis ac studium, si sequi vellet.

XIII. Neque etiam ulla ad extraneum admittendum svadet Ratio, vel urget Necessitas. Cum vel invidia ipsa inficias ire nequeat, nullibi illustriores, quàm in Germania, Principum prosapias inveniri. Id quod Elector Trevirensis in præsenti Coelectorum inter cætera sapientissimè monuit: *Fuit*, inquiens, *semper illustre Germaniæ Principum Nomen & fama celebris: ea nondum est extincta, sed viget incolumis, & sunt inter alias, Germaniæ tres hodiè familiæ, Bavarica, Saxonica, Brandeburgica: sunt in illis nonnulli præstantes Viri. Si quem igitur ex illis rerum summæ præficiemus, & nostris copiis adjuvabimus, ut certè debemus, non est quod exteros metuamus: modò idem sentiamus & velimus omnes, in tutô Res erit. Omissis ergò peregrinis è mediô nostrorum hominum cœtu quempiam deligamus, non deerit successus, & sunt Testimonia multa domestica nostrorum Virtutis.*

Slei: de stat. Relig. l. 1. p. m. 15.

XIV. Nec bonum commune ac salus publica aliud exigere videtur. Etsi enim Extraneus quoque interdum Reipubl. benè præesse, eamque laudabiliter gubernare possit, ingenio tamen, lingua, moribus omninò alienus est, ut eam benevolentiam subditis exhibere

nequε-

nequeat, ac si esset Indigena. Quantum enim consvetudinis sit imperium, quantique emolumenti res sit, si Princeps populi, cui regendo tanquam caput præponitur, mores optimè cognitos habeat, seq illis assuefecerit, experientia docet. Quod sanê de eô, qui ex Germanicâ Natione oriundus est, summò jure pronunciari potest, quippe qui ipsam linguam, mores & magnanimum illum ac generosum spiritum ab incunabulis quasi hausit. Quantum econtra malorum ex eâ Re, si Extraneus ad Reipubl. Romanæ clavum admitteretur in hanc & subditos omnes redundaturum sit, in apricô positum est. Sæpissimè enim larga hôc modô ad dissensionem, seditionem ac turbas non sine manifesto quietis publicæ detrimento, se offerret occasio, si extraneus adscitus, Imperium ad se delatum fortunasque suas defendendi causa, alienos & extraneos milites & copias adduxerit, quarum præsidio se munire possit. Et si forsan hi deinceps singularibus beneficiis atque honoribus ab eô condecorati fuerint, acerbissimam ipse invidiam ac odium subditorum in se concitat.

XV. Quæ omnia accuratissimâ perpendens trutinâ Elector Moguntinus, *satius esse*, expressè dicebat *nostræ Gentis aliquem creari, qui sit idoneus exemplô Majorum, qui sæpè præteritis externis, contenti fuerunt indigenis*. Saluberrimum sanè Consilium. Cavendum enim & omni ope contendendum nè decus Imperii ad exteros transferatur. Metuendum aliàs valdè esset, si extraneus gubernacula Imperii teneat ut ipse ereptis Electorum suffragiis dignitatem Imperii familiæ suæ perpetuam conservare allaboret, sicut Elector Maguntinus de Hispanis suspicatus est. *Sleid. m. 12.*

XVI. Minimè igitur improbandus, sed collaudandus potius est mos hactenus observatus, quò Electores familiam Austriacam ultra 160. annos quoad actum Electionis non sunt egressi. Quicquid etiam *Bodinus* more soli'ô. hîc iterum prætendendum habeat. *Imperium* scilicet *Germano tum in Gente Austria rerum gestarum gloriâ clarissima tâm alte radices egisse, ut ejus evellendi vix spes aliqua videatur*. Propterea enim nec libertati Electionis, quam Electores habent liberrimam, aliquid detrahitur, nec domui Austriacæ ullum aliquod jus exinde accrescit, Electio enim & judicium Electorum, non verò *Arum. de 1. P. Gol. 3. dis. 8. n. 52 p. m. 264. Bodin. l. 2. c. 3. in fine. p. m. 310.*

familia

familia Electorem constituit. Neque etiam ista ratio tanti momenti est, ut Imperium Romano Germanicum successorium esse evincat. Propter potentiam enim, honorem, benè merita Antecessorum, & quia familiæ istius *Regna sunt veluti murus aliquis pro salute totius Germaniæ oppositus immanitati Turcicæ*, nisi prægnante causa & urgentissima necessitate Electores eam derelinquere nolunt.

Slei. l. 7. de Statu relig. in fin. p. m. 182.

XVII. Inprimis quoniam summâ cautione & gravissimâ deliberatione, nè electioni liberæ quisquam præjudicare existimet, illud Capitulationis membrum adinventum est, in quod Electi Imperatores hôc modô jurant: Und in sonderheit sollen und wollen Wir keiner. Succession oder Erbschafft / des obgemelten Römischen Reichs an massen/unterwinden/ noch in solcher Gestalt unterstehen/ oder darnach trachten/ auff uns selbst/ unsere Erben und Nachkommen/ oder auff jemand anders unterstehen zu wenden / sondern Wir/ dergleichen unsere Kinder/ Erben und Nachkommen/ wollen die gemelte Churfürsten/ Ihre Erben und Nachkommen/ zu jeglicher Zeit bey Ihrer freyen Wahl eines Römischen Königs: Dieselben so offt sie es einem Käyser zu Behülff/ oder sonst dem heiligen Reich nützlich und nothwendig befinden / auch bey Lebzeiten eines Römischen Käysers/ mit oder wenn derselbe auff angelangete Bitt der Churfürsten/ ohne gnugsame erhebliche Ursachen verweigert werden soll/ ohne eines regierenden Käysers Bewilligung vorzunehmen/ Auch die Vicarien wie vor alters her auff sie kommen/ die gülden Bull/ Bapstliche Recht/ und andere Gesätz und Freyheiten vermögen/ so es zu fallen kömmet/ und die Nothdurfft und Gelegenheit erfordern und bey ihren gesondern Rath/ in Sachen das heilige Reich belangend geruhiglich bleiben und gantz unbetrangt lassen. etc.

XVIII. Accedit his quod in Regno Electivô quoque Agnati ipsius defuncti proximi in considerationem quoad electionē venire soleant, ex hôc tamen illud non amplius electivum esse, sinistrè concluditur. Quod in potentissimis etiam Regnis usu venire solet.. Quis enim inficias ire potest, Danorum ac Polonorum Regnum Electitium esse? Nihilominus tamen Regum

gum filios vel Agnatos præferre solent, certissimè persuasi, eos, ut cœterorum bonorum, sic quoque paternæ virtutis hæredes ac successores esse futuros. Si tamen contingeret, ut Electores familiam Austriacam relinquendi gravidas habeant causas, & in aliâ aliquâ familiâ ad imperandum aptiorem inveniant, illum in solium Imperiale votis suis sublimare non vetantur, modo ex Germanicâ natione originem suam duxerit, vel Germanicis parentibus natus fuerit. *Mag. Dn. Carp. de L. R. c. 11. p. 213.*

XIX. Neque enim adeò strictè requiritur, ut in Imperatorem eligendus intra limites Germaniæ primam aspexerit lucem, sed sufficit si Patre vel Avô paternô Germanico, licet extra Germaniam, natus fuerit. Sicut aliàs etiam Filius Civitatem, ex quâ Pater ejus originem duxit, non domicilium sequi solet, nec tàm locus, in quô quis nascitur, inspicitur, quam personæ, ex quibus nascitur. Quæ non tantum in Patre sed etiam in Avô paternô locum habent. Sic Fridericus II. Imperator, etsi in Siciliâ ortum suum duxerit, quia tamen Henrico VI. Imperatore, Germanô natus erat, rectè ad imperii Culmen evectus est. Ita etiam Ferdinandus I. in Hispaniâ prognatus est, propter Avum tamen Paternum Germanum Maximilianum I, quem nactus erat, Imperatorum numerum jure electus & adscitus est. *l. 6. §. 1. ff. ad munic. l. C. de Municip. & Orig. Reink. de R. S. & E. l. 1. cl. 3. c. 4. n. 15. p. m. 114.*

XX. Rejicienda igitur penitus ac explodenda est Gallorum opinio, quâ Reges suos ad Imperii Romani culmen evehi posse sibi persuadere amarunt, moti ex eô non tantum, quod Reges Galliæ sint ex stirpe *Caroli M.* atque ita eandem cum Germanis originem nacti sint. Quô argumento etiam Legati Gallici ad recommendandum Electoribus Regem suum Franciscum usi sunt, sed etiam quod Elector Trevirensis se appellitet Cancellarium Galliæ, sicut Moguntinus per Germaniam & Coloniensis per Italiam Cancellarii vicem obtinent. Jus ergò quoddam in electione Regibus suis affingere vel attribuere conantur. *Tholos. 7. de Republ. c. 15. n. 18. Arum. de. l. P. Sel. 1. disc. 6. p. m. 26.*

XXI. Verum etsi lubens concedam, Gallos â Germanis originem duxisse, extra omnem tamen dubitationis aleam positum est, illos ortus sui oblitos & succo sanguineque Gallicô imbutos naturam Germanorum prorsus exuisse. Adeò ut hodiè pro extraneis penitus sint habendi. Sicut igitur ipsi Galli peculiarem aliquam le- *Sleid. de Statu Relig. l. 1. p. m. 14. P. Heigius. l. 2. q. 5. n. 27.*

gem, quam Salicam vocant, & firmissimũ Regni Gallici fundamentũ judicant, sancivere, quâ ita extraneis omnem ad Regnum Eorum spem ademerunt, ut etiam fœminas & descendentes ex iis excludere maluerint; Ita quoque Germanis hæc lex quasi fundamentalis posita est, ne decus Imperii ad Alienigenas transferatur, ut vigente eâ Imperium in gente Germanicâ floreat, eâ verò semel neglectâ concidat paulatim necesse sit. Sapientissimè igitur & affectu in Germanicam Nationem planè paternô Moguntinus Regem Galliæ eligendum esse cæteris Coelectoribus, & quidem imprimis Electori Saxoniæ, cujus permagna semper, Teste *Sleidanô*, erat auctoritas, dissuasit, inter cætera hæc adducens verba: *Gallum quod attinet, legibus nostris & jure jurando nos arbitror impediri, quibus cautum est, ne decus Imperii transferatur ad exteros, quin autem peregrinus ille sit Princeps, nulli dubium esse puto.*

Arum. de l. P. d. p. m. 117.

Sleid. de stat. Relig. l. 1. p. m. 12.

XXII. Cæterum non sufficit Caput Imperii Romani ortum suum ex Germaniâ trahere oportere, sed in eô etiam singularis Nationis Germanicæ præeminentia & dignitas superfluè elucet, quod Electores quoque Caput istud constituentes ejusdem Nationis esse debeant. Cum enim perpetuâ & in Hæredes transitoriâ gaudeant dignitate, non potest non propter continuam successionem Imperator â Principibus ex Germaniâ oriundis eligi. Hinc ista maximè ardua & inter Doctores Juris publici exagitatissima suboritur quæstio: *An Rex Bohemiæ ad actum Electoralem sit vocandus?* Minus rectè sentire videntur, qui hoc ipsum in dubium vocare, & jus eligendi ipsi Regi Bohemiæ temerè denegare haud erubescunt. Cum in *Aureâ Bullâ* ei non modô illud expressè concessum sit, sed etiam constitutione Ruperti Vicarii & Rodolphi I. disertè confirmatum. Nomine autem & privilegio eligendi concesso ipsum quoque officium, quod iis indigitatur, concedatur necesse est. Verba enim absque effectu non sunt intelligenda. Hinc illud *Ladislaus* Rex Bohemiæ ægrè admodum tulit, quod in Electione Maximiliani I. prætergressus fuerit, adeò ut arma etiam se illaturum minatus sit, nisi pactô & transactione, Eum imposterum nunquam prætereundi, sub pœnâ 500 Marcarum Auri interpositâ ea res decisa fuisset. Neque alio colore prætergressum prætexere poterant Electores, quam quod pro-

L. imm. de t. P. l. 1. c. 5. n. 17.

A. B. tit. 4. & 7.

Lectr. de Comitiis n. 3. apud Arum: Vol. 1. disc. 9. p. m. 45.

l. 1. §. 1. ff. quod quisque jur. in alter. l. 5. §. 2. ff. ne quis eum qui in jus vocat.

pter urgentes & maximè necessarias causas ad subitariam Electionem convolare necesse habeant.

XXIII. Nihilominus tamen inter Germanos etiam scriptores contrariæ & negativæ sententiæ suffragatores inveniuntur, inter cætera hanc urgentes rationem, Bohemiæ Regem Pincernæ quidem officio fungi, sed non eligere, quia non est Tevtonicus, Der Schenck des Reichs hat keine Wahl/ darumb daß er nicht teutsch ist. Verum quamvis Bohemi quâ Bohemi sclavonicô utantur sermone, Bohemia tâmen Germaniæ portio esse non desinit, *cum lubrica hæc sit ratio & falsum enunciatum, Bohemi non loquuntur Germanicè, Ergò Rex Bohemiæ non est Elector*, secundum judicium *Limnæi*. Sufficit enim si ipse sit sub Imperiô Germanicô, & Imperatorem tanquam Dominum Feudi agnoscat, & juramento fidelitatis ipsi obstrictus sit. Id quod clarissimè demonstrat exemplum *Ottocari*, qui in genua procidens admirantibus etiam Bohemis Rudolpho I. Imperatori homagium præstitit. Quanquam etiam Bohemiam ad Germaniam pertinere ex superfluô mores non tantum, quibus utuntur, Tevtonici, satis superque probent, sed etiam, quod populis Germanicis undique circum septa & cincta est. Quibus accedit, quod etiam in aliquibus templis tevtonicè concionetur. Manet igitur verissimùm, Regem Bohemiæ ad actum Electoralem & quidem semper vocandum esse, non secus ac cæteros Electores, inprimis quia ipse non modò primum inter Electores seculares obtinet locum, sed etiam multa singularia, egregia privilegia & prærogativæ præ cæteris Electoribus ipsi concessa sunt, quas hic recitare neque propositi, neque temporis ratio ex postulat.

P. de Andlo de Imp. Rom. l. 2. q. 2. Crantz. l. 8. Saxon. c. 5. & alii citati à Bertram d. l.

lib. 5. Lehnrecht c. 57.

Limnæus de J. P. l. 3. c. 8. n. 62.

Rumelin: ad. A. B. c. 24. Reink. l. 1. cl. 3. n. 31. p. m. 160.

Limnæus d. l. n. 62. Magn. Dn. Carpz. d. L. R. c. 5. p. m. 123.

Limnæus d. l. n. 15. & seq.

XXIV Ex prædictis 'οDϑ αλυοφωω'ς patescit, quantam gloriam, quantamque præeminentiam sola Germanica Natio in hodiernô imperii Romani statu, quoad electionem summi totius imperii capitis sibi vindicare ac appropriare possit. Ulterius si progrediar, & ipsos etiam Officiales, quorum humeris primaria & principalia in imperio officia sunt imposita, penitus considerem, nullos alios quâm Germanos ad hæc evehendos esse invenio. Nec immeritò. Cum enim summus Magistratus crescente magis ac magis Republ. & litium multitudine omnia expedire nequeat, necesse est, ut tales,

Sleid. l. 1. de statu Relig. p. m. 17.

qui vicem ipsius in judicando sustineant, saluberrima consilia subministrent, atque ea, quæ ad salutem publicam ac communem faciunt, nunquam cessante curâ perpetuò observent, constituat. Aliàs enim, si Respubl. ignaris regenda conceditur, omnia pessum ire & detrimenta ubique ac damna irrumpere oportet. Quibus Imperator Romanus virilius ac melius succurrere nequit, quam si Germanis primaria in Republ. Romanâ gubernanda committat officia. Si enim maxumè præcipuum & omninò necessarium Regiminis caput est, nosse Rempubl. & Civium linguam ac mores benè cognitos habere, nullos alios aptiores esse opinor, quibus principalium in Republ. Romanâ officiorum partes sunt concredendæ, quam Germanos, qui in eâ nati juxta ac educati sunt. Quæ omnia Veneti sciâ æstimatione reputantes januam ad Reipubl. gubernationem perveniendi peregrinis penitus præcludunt. Helvetii quoque in regiminis administratione iisdem nullum relinquunt locum. Et apud Belgas speciali jure cautum est, nè peregrini vel extranei muneribus publicis præficiantur.

Arum. ad tit. 2. A.B. disc. 2. et ex eo Magnif. D. Carpz. de L. R. c. 10. num. 205.

XXV. Neutiquam tamen altô silentiô hic prætereundum judico, quod vocabulum *Germani* aliter & strictius accipiatur, ac in lege istâ fundamentali quæ de Imperatoris electione agit. In hâc enim, ut supra dictum, non adeò necessariò requiritur, ut in imperatorem eligendus intra Germaniæ limites natus sit, sed sufficit, si extra Germaniam, modò patre vel Avo paternô Germanicò prognatus fuerit. Ad illos autem, qui imperialibus officiis in imperio Romanô sunt præponendi, strictè ac simpliciter requiritur, ut in Germaniâ in lucem editi fuerint. Ad quod servandum Imperator juratâ etiam promissione se obstringere ac obligare tenetur. Hinc in capitulatione quâ imperatoria potestas velut frenis sistitur & retinaculis. hæc quoque reperiuntur verba: Wir sollen und wollen auch unser Königlich und des Reichs Aempter/ am Hoff und sonst am Reich auch mit keiner andern Nation. dann gebohrnen Teutschen die nicht niedriges Standes noch Wesens/ sondern nahmhafftige ehrliche Leut/ vom Fürsten/ Graffen/ Herren vom Adel/ und sonst niemands/ als die uns und dem Reich mit Pflichten und

Diensten

Diensten verwandt seyn/ bestellen etc. ubi maximè notanter illa verba sunt adjecta, mit keiner andern Nation, denn gebohrnen Teutschen/ ut præcisè requiratur & ipsa efflagitet necessitas, muneribus ejusmodi primariis præficiendos in Germaniâ natos esse.

XXVI. Neque tamen aliquis exinde ritè recteque concludit, officia publica quibusvis etiam incapacibus, ineptis & in infimiâ conditione & sorte constitutis hominibus injungi posse, modò in Germaniâ natis. Hoc enim rationi & virtutibus benè imperandi minimè conveniret. Sed mens verborum istorum in terminis habilibus est interpretanda & intra certos limites acceptanda. Tales quippe Germanos intellectos volunt, qui partim stirpe vetusta ac familiâ præclarè sunt condecorati, partim insignibus suis virtutibus Nobilitatis culmen ac fastigium conscenderunt. Id quod ultima ibidem adjecta satis superque indicant verba.

XXVII. Cæterum quantum emolumenti Reipubl. comitia ac conventus afferre soleant, sapienter Romulus Primus Romanorum Rex innuere voluit, quando, etsi multa alia etiam præstantissima jura senatui & populo concessisset Majestatem redolentia, ut *Magistratus creare, leges sancire, debello decernere,* populum tamen convocandi senatumque cogendi potestatem sibi tantum reservavit. Omnis enim ferè Imperii administrandi vis ac potestas penes comitia est, ita quidem, ut Reipubl. Romanæ salus unicô illô consiliorum præsidiô, quæ Imperator cum statibus imperii in comitiis inire solet, tanquam firmissimo stabilimento innitatur. Hinc Veneti, qui jam diu immortalem adepti sunt gloriam, nullum sanctius atq; antiquius jure Comitiorum existimabant, optimè recogitantes, in eô maxumam Imperii Majestatem ac dignitatem elucere. Quò itaque nobilius est, eô magis etiam nobilitas Germanicæ Nationis præeminentia extollenda nobis ac reliquis omnibus præferenda venit. Quæ sola sibi gloriari potest, Imperatorem, antequam summâ Imperii potiatur, ex præscriptô Electorum inter alia hoc quoque juratò promittere teneri, se extra fines & limites Nationis & Imperii Germanici nullos conventus agere velle. Cum enim Electorum, qui vicem omnium statuum obtinent, consensu locus sit determinandus, illi sanè partim ob multa hinc inde imminentia pericula

Forst: in hist. Rom. l. 1. c. 6. p. m. 31.
Diony. Halicarnas. l. 2.
Paurm. de Jurisd. Imp. Rom. l. 2. c. 2. n. 48. p. m. 364.
Clapm. de arcan. Rerump. l. 1. c. 14. p. m. 23.
Slei. de stat. Relig. l. 1. p. m. 17.

Partim in gratiam reliquorum Imperii statuum ob conveniendi difficultatem extra Germaniæ limites nunquam conventus instituere permittent.

XXVIII. Cum autem Imperator promissioni datæ satisfacere nequeat, nisi accuratè sciverit, quænam loca ac provinciæ pro Germanicis sint habendæ, & materiæ quoque nostræ ratio illud exposcere videatur. Ideoque gravissimam istam quæstionem, *Quousq; Germaniæ fines se extendant?* annectamus necesse est. Falso hærent, qui eos pro Germanis judicant, qui fœdere contra communes hostes cùm his fuerunt juncti. Nam ascititia illa Amicitiæ conjunctio, tantum robur tantamque firmitatem non habet, ut illi propterea Germanis sint accensendi. Quippe quæ, quotiescunque placuerit, mutari annihilari, & in cineres redigi potest. Imò ex illâ amicitia interdum implacabilis inimicitia & truculentissimum bellum, ut experientia quotidiana, proh dolor! satis demonstrat, exoriri potest. Adeò, ut illa confœderatio nihil planè conducat, quo Polonia, Russia, Dania, NorWegia &c. quæ contra communes hostes cum Germaniâ fuerunt junctæ, inter Germanicas provincias veniant recensendæ.

Bertr. de Comitiis n. 23.

XXIX Neque veritatem ipsam, sed opinionem saltem ejusdem ac umbram sectantur, qui eos inter Germanos numerandos esse persuasum habent, qui à Germanis originem suam repetunt. Licet itaque Galli & Angli Germanos, tanquam Parentes suos vel Avos recognoscant, neutiquam tamen propterea pro Germanis sunt habendi. Etsi quoque olim maxima inter Germanos, Britannos & Gallos linguæ fuerit cognatio dialecto tantùm discrepantis. æquè tamen hodiernô tempore in Britanniâ, quæ Guntherus de Galliâ pronunciavit, locum satis superque obtinent:

Magn. Dn. Carpz. de L. R. c. 5. p. m. 110.

Günth. l. 1.

Cum simulâ nost ô fecêre: Gallia Regno
Nos priscum regni morem servamus, & illa
jure suo gaudet, nostra jam nescia legis.

XXX Veteres tandem Geographos si consulimus, illi quidem Germaniæ fines aliò, sed eodem ferè recedenti metiuntur modô, illos Germanos proprie sic dictos statuentes, qui in districtu à mari Balthicô versus septentrionem, Rhenô versus occasum, Danubiô versus

Bertr. de comitiis d. l.

versus meridiem & Vistulâ versus orientem degunt. Verum sicut diversæ se offerunt causæ, quæ Respubl. partim conservant atque custodiunt, partim perimunt eas ac solvunt, & ita interdum earum faciem immutent, ut illas velut alium habitum induxisse nemo non opinari possit; Ita quoque nec hîc diversi generis defuere causæ, quæ fines istos Germaniæ jam diu mutaverunt. Cum in Urbibus illud interdum contingat, ut terminos incrementi & decrementi habeant ambulatorios. Nec flumina etiam eodem semper decurrunt finu, sed secundum diversos diversi temporis motus quandoque latius terram fluctibus suis inundandô, interdum angustius dilabuntur. Multò magis igitur de tot tantisque provinciis ad Germaniam pertinentibus asserendum erit, fines istos ac terminos supra dictos jam diu immutatos esse. Imprimis cum ultra Rhenum & Danubium multæ potentissimæ Regiones in linguam, potestatem & nomen Germanicum commigrârint.

XXXI. Quamvis autem Neotericorum Geographorum sententia suô modo non sit rejicienda, quâ Germaniam à Septentrione mari Suevico, Balthicoque & Dania, ab Ortû Sarmatia Europæa & Ungaria, â Meridie Italiâ & Sabaudiâ, ab Occasu Belgio & parte Galliæ claudi existimant. Nihilominus tamen in hisce dubitationibus illam accipiendam esse opinionem censeo, quæ Nationes non amplius Montium situ aut fluminibus discerni statuit, sed potius ubi Mores, ingenium & Lingua secundum sapientissimum Electoris Trevirensis monitum finiuntur, ibi quoque Germanica Natio terminum suum adipiscatur. Quibus Jurisdictio etiam est adjungenda, quæ perpetuò territorio cohæret, ut quousque Jurisdictio imperii agnoscatur, eo usque etiam fines Germanicæ Nationis se extendant. Quæ omnia si Imperator benè probeque observaverit in Comitiorum indictione, juramento præstito omninò satisfecisse videbitur. In quibus econtra provinciis neque Jurisdictio, neque lingua obtinet, illæ quoque ad Germanicam nationem non sunt referendæ. Ex quo patescit nec B[illegible] a[illegible]os Germanos, nec Belgiam Germaniæ portionem esse, quippe quæ Imperii Jurisdictionem non agnoscit, sed ab omni Imperiò exempta multos alios Principes potentiâ & divitiis superare creditur.

Golu. compe. Geograph. l. 1. c. 4. p. m. 434.

Sleid. l. 1. de statu relig. pa. m. 12.

XXXII.

XXXII. Manet igitur immota veritatis soli Germanicæ Nationi eam præeminentiam competere, quod Imperator Romanus extra limites ejusdem conventus indicare jurejurando prohibeatur. Quã prærogativam non tantum ad Comitia, quando Electores ac status Imperii ad decernendum aliquid Reipubl. causa congregantur, sed etiam ad Concilia, in quibus Viri ex propriis & etiam diversis locis idonei Reipubl. Christianæ & communis omnium salutis causâ ad commodum Ecclesiæ conveniunt, extendendam judico. Cum enim maxumi momenti circa placidam Religionis collationem solam Ecclesiæ utilitatem spectantia in conciliis pertractari soleant negotia, plenum periculosæ aleæ opus esset, ea extra Germaniæ fines instituere. Facillimè enim dolus ac impostura subesse potest, cum sæpissimè tàm extremæ impietatis & tàm desperatæ pravitatis homines reperiantur, qui impedimenta hinc inde & obstacula illis afferre strenuè laborent.

Sleid. l. 1. de statu Relig. p. m. 148.

XXXIII. Id, quod Protestantes anno 1535. accuratè perpendentes in nullum planè locum â Pontifice in Italiâ electum consentire voluerunt, partim propter belli suspicionem partim propter diversæ Religionis professionem. Et quamvis Pontificis Legatus ea propter gravatus objecisset: *Periculosum esse in Germaniam venire, neque ibi liberè posse pronunciari*: Sapienter tamen Protestantes respondêre: *hanc nimirum esse causam cur imprimis ibi conveniri oporteat, quô videlicet rectè & ordine disceptentur controversia, & libera sint judicia neque per vim aut factiones absterreantur Viri boni, quò minus liberè sententiam dicant, quid autem esse queat in German â periculi, ubi Principes omnes atque Civitates ita sunt constituta ut exteros ab omni injuriâ defendant & magnô studiô conservent.* Salus igitur & quies publica non tantum, sed ipsa etiam necessitatis lex expostulare videtur concilia intra Germaniæ fines saltem indicenda esse.

Id. d. l. p. m. 150.

XXXIV. Ex hactenus dictis satis constare existimo quantam præeminentiam Germanica Natio in hodiernô Imperii Romani statu, non tantum quòad ipsum Imperium, quod ad eam translatum & sic denominatum, Imperatorem eligendum, Electores & principalissimos Officiales, qui omnes ex Germanicâ Natione ortum suum trahere debent, sed etiam quoad nobilissimum illud Comitiorum

rum & Conciliorum indicendorum Jus, quod intra ejusdem saltem fines exerceri debet, nacta sit, & ad hodierna usque tempora integram reservavit. Quæ ut illustrior & magis præclara evadat, atque Extranei extra omnem planè spem in Imperiô Romano-Germanicô ponantur, graviter constitutum est, ut Literæ ac rescripta non aliô quàm latinô vel Germanicô sermone conficantur. Hinc Imperator in capitulatione hæc quoque promittere tenetur, quando jurat: Darzu in Schrifften und Handlungen des Reichs keine andere Zung und Sprach brauchen lassen/ denn die Teutsche oder Lateinische Zung. Es were denn an Orten da gemeiniglich eine andere Sprach in Ubung were und im Brauch stünde/ denn alsdenn mögen wir Uns und die Unsrichen/ uns derselben daselbsten auch behelffen. Quæ Constitutio sanè non minus Imperii quàm Nationis Germanicæ dignitatem magisque ac magis extollit.

Sleid. l. 1. de stat. Relig. p. m. 17.

XXXV. Neque Imperii, quod ad Germanos translatum, Majestati aliud conveniret, quàm ut præter animum Heroicum ac virtutem Germanorum incomparabilem ipsa etiam lingua in summô colatur vigore ac conservetur. Magistratus sanè Romani inter cætera obtinendæ gravitatis & populi Romani Majestatis causâ illud quoque magnâ cum laude custodiebant nè Græcis unquam nisi latinè responderent. Imò illos per Interpretem loqui cogebant non in Româ tantùm, sed etiam in Græciâ & Asiâ. Atque hæc ideô tam strictè observabant, ut latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. Neque Imperator Romanus Majestatem Imperii sui melius ostentare & virilius conservare potest, quàm quod in rescriptis, edictis, decretis ac responsis suis nullô alio quàm Germanicô sermone utatur. Et quare sacratissimi Imperatores Romani aliam linguam quàm Germanicam magis sibi commendatam cupient, utpote cujus tanta est dignitas & Majestas, ut cum aliis omnibus non minus de elegantiâ, quam exquisitorum & selectissimorum verborum circumductione & periodorum decenti amplitudine & tractu certare possit.

Valer. Max fact. memor. l. 2. c. 2. p. m. 56.

Clapmar. de arcan. Rerumpubl. l. 3 c. 22. p. m. 119

XXXVI. Cæterum ob perpetuam Imperii Romani ad Germanos translati memoriam latina lingua hodieque debito honore recolenda & omnibus industriæ viribus addiscenda est. Nec aliud ne-

cessitas ipsa permittit. Cum enim Romani totum ferè terrarum Orbem sub suam potestatem redegissent, animis æquè subjecere, omnē Rempubl. & Civilem societatem absque legibus ad ruinam & interitum vergere. Ideoque leges suas latinô sermone proponebant, prælegebant, in scriptum redigebant, & secundum eos Res â Procuratoribus agere volebant. Cum autem illis legibus adhuc hodiernô tempore sua asseratur auctoritas, omninó latina lingua non flocci-pendenda, sed maxumâ diligentia excolenda est.

XXXVII. Nec est, quod mihi aliquis caput Ultimum Aureæ Bullæ opponere & venditare gloriosius velit, quasi in eô Germanicæ linguæ & per consequens Nationis præeminentiæ aliquid detrahatur, quod *Carolus* IV. jusserit, *Electorum secularium filios vel hæredes ac successores à 7. ætatis suæ anno in Grammatica, Italica ac Sclavica linguis instrui*, & quidem rationem suam ac fundamentum adjiciendo, *quòd scilicet illud non solum sit utile, sed etiam summè necessarium habeatur, eô quod illæ linguæ ut plurimum ad Usum & utilitatem sacri Imperii Negotia ventilentur*. Verum quamvis illud de isto temporis statu intelligendum esse existimem, quô adhuc provinciæ istæ in quâ sclavica lingua & aliæ ex eâ manantes observantur, Imperatorem Romanum tanquam Caput recognoscebant, postquàm autem Imperium decrescere pedetentim ac minui cæpit, utin multò angustiores terminos redactum fuerit capitulationibus constitutum est, ut in scriptis vel actis latinum vel Germanicum tantum idioma usurpetur; Nihilominus tamen propterea *Carolus* IV. Electorum secularium filiis exoticas istas linguas addiscere præcepit, quia earum cognitio Principis auctoritatem mirificè augere & maximam utilitatem afferre solet. Imprimis quando Legationes Vicinorum aliorumque audire debeat. Aliàs enim minimè congruum esset & saluti publicæ conveniens, si ipsi semper ad interpretem quasi confugere, ejusque operâ in gravissimis sæpe negotiis uti, eaque ipsius fidei concredere necesse habent. Imò quod magis est, cum interdum copia alicujus interpretis non possit haberi, alienò interprete uti cogantur. Id quā salutare sit eventus sæpè docere solet. Hæc omnia Imperator Carolus IV. gravissimâ deliberatione secum agitavit, & Electorum filiis *Rumelin. ad* propterea exteras linguas præter tevtonicam, quam in d. c. 30. præ-

supp]o-

supponit, addiscendas singulariter commendavit, præprimis quia ipse easdem erudiꝛê calluit. A. B. c. 30. Aff. 3h. 18.

Atque hæc sunt pauxilla ista, quæ de Germanicæ Nationis in hodiernô Imperii Romani statu præeminentia pro temporis ratione & ingenii mei tenuitate proferre volui ac potui. Quanquam enim arduum omninò sit negotium & vires meas longissimè exsuperet, hanc materiam, in quantum mereri præstantia ejus ac nobilitas potest, dignè satis enucleare, delineasse tamen, inquantum licet & permissum est, facilè invenit excusationis colorem. Ardentissimo igitur votô finire placet, ut Deus omnes omnium hostium machinationes ab aris Germaniæ desideratissimæ nostræ patriæ ac templis, â laribus ejusdem ac fortunis arcere longè ac defendere velit. Quò jucundissimum Pacis sidus plenam & exoptatissimam lucem per omnem Germaniam undique dispergere nunquam desinat. Faxit hæc Deus.

EXERCITATIO VI.

DE PRAESENTI IMPERII PERIODO.

Prooemium.

ADeò perenne sub polô nihil! Tota rerum compages suo motu agitur, solvenda tandem in principia; hoc saltim interpositô, unum aliô citiùs cineres pati & exequias. DEUS solus, sacrum velut centrum, mutationis expers. Regna ac Respubl. legibus licet soluta, huic tamen sceptra submittunt: Hinc assurgunt evolutâ mole Imperia, ast in felicitatis posita culmine fataliter ruunt, ut ex hujus sæpe ruinâ alterius extruatur gloria. *vid. Thuan. l. 1. & Polyb. l. 6 Boecl. in c. 1. A. Tac. l. 1. n. 2. & Dissert. Polit. in Sveton. J. Cæs. n. 21.* Ita excelsa raro diuturna, eorumque difficilis possessio. Annosa quod non exedit vetustas, invidiam hostem habet, dirum mortalibus exitium, mediis intactis summa ferme petens: Eminentia quippe nunquam sine invidiâ *Vellej.*

Paterc. l. 2. Barclaj. Satyr. part. 2. p. 195. part. 5. p. 52. 8. Valer. Max. 4. c. 7. Succumbit, invidiam quod vicit, profundæ Imperii libidini, affe-ctui flagrantissimo post quem sanguis & pietas mortalium. *Arist. 2. Pol. 7. Selden l. 6. c. 13. de J. N. & G. ad Disc. Hebr. Tacit. 15. Annal.* Ab hac peste tutum, suam non raro fortunam metuit, vicino in tantum metuendam, ut sibi securus non videatur, nisi depressa alterius potentiâ. *Liv. 1. Dec. 1. Grot. l. B. & P. l. 2. cap. 23. num. 5. Machiavell. Princ. cap. XI.* Bella denique, justè an injustè gerantur, hic ut plurimum perinde, quid sunt, nisi Rerumpublicarum excidia? Sic Ilium fuit & ingens gloria Trojæ, sic sacer ille Colossus ad pedes usque collapsus, in ferro & lutô minatur ruinam, nisi jam ad tumulum missus. Hinc tantæ regnorum versiones, tot periodi. *v. Tacit. 3. Annal. Arist. 5. Polit. 12.* De nostro nunc Imperio quid afferam, sacrum juxta & politicum calculum in Universi demum hujus funere peritu-rô quæ bellorum fulmina, quas temporum injurias non sustinuit? tanta rerum vicissitudine jactatum, ut vel Ilium factum, dextra ni restitisset DEI justissima, quâ protegente, hanc, quam cernis, faciem ostendit & periodum, cujus in delineatione ingenium exercitu-rus, Præside Illustri Nostro Strauchio, ICto famâ & ingenio, nunquam sine gloriâ mirandô, Dei gratiam candidique L. benevolentiam precor mihi polliceor.

SECTIO. I.

Membrum. I.

In Onomatologicis occupatum.

I.

MAgna sæpe intelligimus ex parvis, *Cic. 1. offic.* ut ex cortice arborem: Hinc nec verborum indagini manum admovisse supervacuum, ut nominis intellectus ipsi rei velut facem præferat; vocabulorum quippe in rebus denotandis potissimus usus.

II. Vox *præsentem* non in statu, sed cum Ampliatione ponitur, haut præcisè hodiernam, verùm cum extensione temporis acceptam rerum faciem includens, vim suam ex rei natura metiendô.

III. *Imperium* sistit ingentem Rempubl. plures civitates, Princi-

peius,

patusqu,in & Regna,minimū moraliterac κατά τὶ cōplexā ut hinc, præter nomen, vel re à Regno, ceu augustius quid, distinguatur. *v. Spreng. J.P.p.19.H rn. O.G.p.1.c.1.* Novit hanc, sed non docuit Philosophus, in perfectissimis potiùs formis ingenium exercens; *v. 5. Pol.10.& 2. P.4.5.& 6.* Ejusmodi namque, quâ de agimus, Reipubl. formam adeò perfectionis capacem non esse, facilè notum; quia quò immensior moles, difficilior forma, regimen difficilius. Nostra autem Imperii notio dispar illi, Polyarchicô Romanor. Statu usitatæ, ubi belli Duces, Imperatores, eorum munus, Imperium dicitur. *Liv.l.7. Dec.1. Flor. 2.c.6. Vellej. Paterc.l.2.p.m.121. ubi C. Octavius, Octav. Augusti veri Imperatoris pater, ita vocatur. Aurel. Vict. de Vir. Illustr.p.190. Eutrop. Histor.l.2. Jornand. de Regn. success. lib.1.p.m.454.* Dispar item à Laconum Imper. *Arist.3. P.14. Conring. Exerc. de Rep. Hebr.n.LV.*

IV. Vox *Periodus* in fronte quasi laudat matrem Græciam, ubi ex περὶ & ὁδὸς domicilium originis nacta, sedes ac tabulas quasi transtulit in Latium, innuens propriè circuitum, quô itur vel aliquid circumducitur. *Arist.1. Rhetor.* Metaphoricè usurpatur in doctrinâ Civili, nobisque hic talis est circuitus; *vel ut Polyb. l.6. ait,* ἀνακύκλωσις, quâ status Imperii præsens, suo ac circumscriptô quasi motu agitur. Sua enim, juxta Platonem, cuique Reipubl. periodus, ubi aliquandiu voluta, vel in novam devolvitur, aut veteri subsistit, non tamen sine omni mutationis notâ: sublunaria enim movendo crescunt, minuuntur. *add. Bœcl. Præfat. in Cæs. Sveton. n.10.11.*

Membrum 2.

Eruendam rei originem sustinet ac Definitionem.

I.

PEriodi nostræ principium non ita procul accersam; priscas Roman. Reipubl. ætatem mittens mutationes, ab invicem continuâ serie exceptas. Sit enim in confessô, Augustum illud Imperium in Augusto erectum, cum Augustulô periisse, *Paul. Diacon. lib.16. continuat. Eutrop.* Nostrumq. e lucem longè post hausisse primogeniam. *conf. Conring. Dissert. de Imperator. Roman. German. th.24. & 25*

qui vicem ipsius in judicando sustineant, saluberrima consilia subministrent, atque ea, quæ ad salutem publicam ac communem faciunt, nunquam cessante curâ perpetuò observent, constituat. Aliàs enim, si Respubl. ignaris regenda conceditur, omnia pessum ire & detrimenta ubique ac damna irrumpere oportet. Quibus Imperator Romanus virilius ac melius succurrere nequit, quam si Germanis primaria in Republ. Romanâ gubernanda committat officia. Si enim maxumè præcipuum & omninò necessarium Regiminis caput est, nosse Rempubl. & Civium linguam ac mores benè cognitos habere, nullos alios aptiores esse opinor, quibus principalium in Republ. Romanâ officiorum partes sunt concredendæ, quam Germanos, qui in eâ nati juxta ac educati sunt. Quæ omnia Veneti seriâ æstimatione reputantes januam ad Reipubl. gubernationem perveniendi peregrinis penitus præcludunt. Helvetii quoque in regiminis administratione iisdem nullum relinquunt locum. Et apud Belgas speciali jure cautum est, nè peregrini vel extranei muneribus publicis præficiantur.

Arum. ad tit. 2. A.B. disc. 2. art ex eâ Magnif. D. Carpz. de L. R. c. 10. num. 205.

XXV. Neutiquam tamen altô silentiô hic prætereundum judico, quod vocabulum *Germani* aliter & strictius accipiatur, ac in lege istâ fundamentali quæ de Imperatoris electione agit. In hâc enim, ut supra dictum, non adeò necessariò requiritur, ut in imperatorem eligendus intra Germaniæ limites natus sit, sed sufficit, si extra Germaniam, modò patre vel Avo paternô Germanicô prognatus fuerit. Ad illos autem, qui imperialibus officiis in imperio Romanô sunt præponendi, strictè ac simpliciter requiritur, ut in Germaniâ in lucem editi fuerint. Ad quòd servandum Imperator juratâ etiam promissione se obstringere ac obligare tenetur. Hinc in capitulatione quâ imperatoria potestas velut frenis sistitur & retinaculis, hæc quoque reperiuntur verba: Wir sollen und wollen auch unser Königlich und des Reichs Aempter/ am Hoff und sonst am Reich auch mit keiner andern Nation, dann gebohrnen Teutschen die nicht niedriges Standes noch Wesens/ sondern nahmhafftige ehrliche Leut/ vom Fürsten/ Graffen/ Herren vom Adel/ und sonst niemands/ als die uns und dem Reich mit Pflichten und

Diensten

Diensten verwandt seyn/ bestellen etc. ubi maximè notanter illa verba sunt adjecta, mit keiner andern Nation, denn gebohrnen Teutschen/ ut præcisè requiratur & ipsa efflagitet necessitas, muneribus ejusmodi primariis præficiendos in Germaniâ natos esse.

XXVI. Neque tamen aliquis exinde ritè rectèque concludit, officia publica quibusvis etiam incapacibus, ineptis & in infimiâ conditione & sorte constitutis hominibus injungi posse, modò in Germaniâ natis. Hoc enim rationi & virtutibus benè imperandi minimè conveniret. Sed mens verborum istorum in terminis habilibus est interpretanda & intra certos limites acceptanda. Tales quippe Germanos intellectos volunt, qui partim stirpe vetusta ac familiâ præclarè sunt condecorati, partim insignibus suis virtutibus Nobilitatis culmen ac fastigium conscenderunt. Id quod ultima ibidem adjecta satis superque indicant verba.

XXVII. Cæterum quantum emolumenti Reipubl. comitia ac conventus afferre soleant, sapienter Romulus Primus Romanorum Rex innuere voluit, quando, etsi multa alia etiam præstantissima jura senatui & populo concessisset Majestatem redolentia, ut *Magistratus creare, leges sancire, debello decernere*, populum tamen convocandi senatumque cogendi potestatem sibi tantum reservavit. Omnis enim ferè Imperii administrandi vis ac potestas penes comitia est, ita quidem, ut Reipubl. Romanæ salus unicô illô consiliorum præsidiô, quæ Imperator cum statibus imperii in comitiis inire solet, tanquam firmissimo stabilimento innitatur. Hinc Veneti, qui jam diu immortalem adepti sunt gloriam, nullum sanctius atq; antiquius jure Comitiorum existimabant, optimè recogitantes, in eô maxumam Imperii Majestatem ac dignitatem elucere. Quò itaque nobilius est, eô magis etiam nobilitas Germanicæ Nationis præeminentia extollenda nobis ac reliquis omnibus præferenda venit. Quæ sola sibi gloriari potest, Imperatorem, antequam summâ Imperii potiatur, ex præscriptô Electorum inter alia hoc quoque juratò promittere teneri, se extra fines & limites Nationis & Imperii Germanici nullos conventus agere velle. Cum enim Electorum, qui vicem omnium statuum obtinent, consensu locus sit determinandus, illi sanè partim ob multâ hinc inde imminentia pericula par-

Pers: in hist. Rom. l. 1. c. 6. p. m. 31. Diony. Halicarnass. l. 2. Paurm. de Jurisd. Imp. Rom. l. 2. c. 2. n. 48. p. m. 364. Clapm. de arcan. Rerump. l. 1. c. 14. p. m. 23.

Slei de Stat. Relig. l. 1. p. m. 17.

Partim in gratiam reliquorum Imperii statuum ob conveniendi difficultatem extra Germaniæ limites nunquam conventus instituere permittent.

XXVIII. Cum autem Imperator promissioni datæ satisfacere nequeat, nisi accuratè sciverit, quænam loca ac provinciæ pro Germanicis sint habendæ, & materiæ quoque nostræ ratio illud exposcere videatur. Ideoque gravissimam istam quæstionem, *Quousq; Germaniæ fines se extendant?* annectamus necesse est. Falso hærent, qui eos pro Germanis judicant, qui fœdere contra communes hostes cùm his fuerunt juncti. Nam ascititia illa Amicitiæ conjunctio, tantum robur tantamque firmitatem non habet, ut illi propterea Germanis sint accensendi. Quippe quæ, quotiescunque placuerit, mutari annihilari, & in cineres redigi potest. Imò ex illâ amicitia interdum implacabilis inimicitia & truculentissimum bellum, ut experientia quotidiana, proh dolor! satis demonstrat, exoriri potest. Adeò, ut illa confœderatio nihil planè conducat, quo Polonia, Russia, Dania, NorWegia &c. quæ contra communes hostes cum Germaniâ fuerunt junctæ, inter Germanicas provincias veniant recensendæ.

Bertr. de Comitiis n. 23.

XXIX Neque veritatem ipsam, sed opinionem saltem ejusdem ac umbram sectantur, qui eos inter Germanos numerandos esse persuasum habent, qui â Germanis originem suam repetunt. Licet itaque Galli & Angli Germanos, tanquam Parentes suos vel Avos recognoscant, neutiquam tamen propterea pro Germanis sunt habendi. Etsi quoque olim maxima inter Germanos, Britannos & Gallos linguæ fuerit cognatio dialecto tantùm discrepantis. æquè tamen hodiernô tempore in Britanniâ, quæ Guntherus de Gallia pronunciavit, locum satis superque obtinent:

Magn. Dn. Carpz. de L. R. c. 3. p. m. 20.
Günth. l. 1.

Cum simulâ nost ô secessit: Gallia Regno
Nos priscum regni morem servamus, & illa
jure suo gaudet, nostra jam nescia legis.

XXX Veteres tandem Geographos si consulimus, illi quidem Germaniæ fines aliô, sed eodem ferè recedenti metiuntur modô, illos Germanos proprie sic dictos statuentes, qui in districtu â mari Balthicô versus septentrionem, Rhenô versus occasum, Danubiô versus

Bertr. de comitiis d. l.

versus meridiem & Vistulâ versus orientem degunt. Verum sicut diversæ se offerunt causæ, quæ Respubl. partim conservant atque custodiunt, partim perimunt eas ac solvunt, & ita interdum earum faciem immutent, ut illas velut alium habitum induxisse nemo non opinari possit; Ita quoque nec hîc diversi generis defuêre causæ, quæ fines istos Germaniæ jam diu mutaverunt. Cum in Urbibus illud interdum contingat, ut terminos incrementi & decrementi habeant ambulatorios. Nec flumina etiam eodem semper decurrunt finu, sed secundum diversos diversi temporis motus quandoque latius terram fluctibus suis inundandô, interdum angustius dilabuntur. Multò magis igitur de tot tantisque provinciis ad Germaniam pertinentibus asserendum erit, fines istos ac terminos supra dictos jam diu immutatos esse. Imprimis cum ultra Rhenum & Danubium multæ potentissimæ Regiones in linguam, potestatem & nomen Germanicum commigrârint.

XXXI. Quamvis autem Neotericorum Geographorum sententia suô modo non sit rejicienda, quâ Germaniam à Septentrione mari Suevico, Balthicoque & Dania, ab Ortù Sarmatia Europæa & Ungaria, â Meridie Italiâ & Sabaudiâ, ab Occasu Belgio & parte Galliæ claudi existimant. Nihilominus tamen in hisce dubitationibus illam accipiendam esse opinionem censeo, quæ Nationes non amplius Montium situ aut fluminibus discerni statuit, sed potius ubi Mores, ingenium & Lingua secundum sapientissimum Electoris Trevirensis monitum finiantur, ibi quoque Germanica Natio terminum suum adipiscatur. Quibus Jurisdictio etiam est adjungenda, quæ perpetuò territorio cohæret, ut quousque Jurisdictio imperii agnoscatur, eo usque etiam fines Germanicæ Nationis se extendant. Quæ omnia si Imperator benè probèque observaverit in Comitiorum indictione, juramento præstito omninò satisfecisse videbitur. In quibus econtra provinciis neque Jurisdictio, neque lingua obtinet, illæ quoque ad Germanicam nationem non sunt referendæ. Ex quô patescit nec Batavos Germanos, nec Belgiam Germaniæ portionem esse, quippe quæ Imperii Jurisdictionem non agnoscit, sed ab omni Imperiô exempta multos alios Principes potentiâ & divitiis superare creditur.

Colu. compr. Geograph. l. 1. c. 4. p. m. 134.

Sleid. l. 1. de statu relig. p. m. 12.

XXXII.

XXXII. Manet igitur immotæ veritatis soli Germanicæ Nationi eam præeminentiam competere, quod Imperator Romanus extra limites ejusdem conventus indicare jurejurando prohibeatur. Quã prærogativam non tantum ad Comitia, quando Electores ac status Imperii ad decernendum aliquid Reipubl. causa congregantur, sed etiam ad Concilia, in quibus Viri ex propriis & etiam diversis locis idonei Reipubl. Christianæ & communis omnium salutis causâ ad commodum Ecclesiæ conveniunt, extendendam judico. Cum enim maxumi momenti circa placidam Religionis collationem solam Ecclesiæ utilitatem spectantia in conciliis pertractari soleant negotia, plenum periculosæ aleæ opus esset, ea extra Germaniæ fines instituere. Facillimè enim dolus ac impostura subesse potest, cum sæpissimè tàm extremæ impietatis & tàm desperatæ pravitatis homines reperiantur, qui impedimenta hinc inde & obstacula illis afferre strenuè laborent.

Sleid. l. 1. de statu Relig. p. m. 148. XXXIII. Id, quod Protestantes anno 1535. accuratè perpendentes in nullum planè locum à Pontifice in Italiâ electum consentire voluerunt, partim propter belli suspicionem partim propter diversæ Religionis professionem. Et quamvis Pontificis Legatus ea

Id. d. l. p. m. 150. propter gravatus objecisset: *Periculosum esse in Germaniam venire, neque ibi liberè posse pronunciari:* Sapienter tamen Protestantes respondêre: *hanc nimirum esse causam cur imprimis ibi conveniri oporteat, quô videlicet rectè & ordine disceptentur controversia, & libera sint judicia neque per vim aut factiones absterreantur Viri boni, quò minus liberè sententiam dicant, quid autem esse queat in Germania à periculis, ubi Principes omnes atque Civitates ita sunt constituta ut exteros ab omni injuriâ defendant & magnô studiô conservent.* Salus igitur & quies publica non tantum, sed ipsa etiam necessitatis lex expostulare videtur concilia intra Germaniæ fines saltem indicenda esse.

XXXIV. Ex hactenus dictis satis constare existimo quantam præeminentiam Germanica Natio in hodiernô Imperii Romani statu, non tantum quòad ipsum Imperium, quod ad eam translatum & sic denominatum, Imperatorem eligendum, Electores & principalissimos Officiales, qui omnes ex Germanicâ Natione ortum suum trahere debent, sed etiam quoad nobilissimum illud Comitiorum

rum & Conciliorum indicendorum Jus, quod intra ejusdem saltem fines exerceri debet, nacta sit, & ad hodierna usque tempora integram reservavit. Quæ ut illustrior & magis præclara evadat, atque Extranei extra omnem planè spem in Imperiô Romano-Germanicô ponantur, graviter constitutum est, ut Literæ ac rescripta non aliô quàm latinô vel Germanicô sermone conficantur. Hinc Imperator in capitulatione hæc quoque promittere tenetur, quando jurat: Darzu in Schrifften und Handlungẽ des Reichs keine andere Zung und Sprach brauchen lassen/ denn die Teutsche oder Lateinische Zung. Es were denn an Orten da gemeiniglich eine andere Sprach in Ubung were und im Brauch stünde/ denn alsdenn mögen wir Uns und die Unsrigen/ uns derselben daselbsten auch behelffen. Quæ Constitutio sanè non minus Imperii quàm Nationis Germanicæ dignitatem magisque ac magis extollit. *Sleid. l. 1. de stat. Relig. p. m. 17.*

XXXV. Neque Imperii, quod ad Germanos translatum, Majestati aliud conveniret, quàm ut præter animum Heroicum ac virtutem Germanorum incomparabilem ipsa etiam lingua in summô colatur vigore ac conservetur. Magistratus sanè Romani inter cætera obtinendæ gravitatis & populi Romani Majestatis causâ illud quoque magnâ cum laude custodiebant nê Græcis unquam nisi latinè responderent. Imò illos per Interpretem loqui cogebant non in Româ tantùm, sed etiam in Græciâ & Asiâ. Atque hæc ideô tam strictè observabânt, ut latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. Neque Imperator Romanus Majestatem Imperii sui melius ostentare & virilius conservare potest, quàm quod in rescriptis, edictis, decretis ac responsis suis nullô alio quàm Germanicô sermone utatur. Et quare sacratissimi Imperatores Romani aliam linguam quàm Germanicam magis sibi commendatam cupient, utpote cujus tanta est dignitas & Majestas, ut cum aliis omnibus non minus de elegantiâ, quam exquisitorum & selectissimorum verborum circumductione & periodorum decenti amplitudine & tractu certare possit. *Valer. Max fact. memor. l. 2. c. 3. p. m. 56.* *Clapmar. de arcem. Rerumpubl. l. 3 c. 22. p. m. 119*

XXXVI. Cæterum ob perpetuam Imperii Romani ad Germanos translati memoriam latina lingua hodieque debito honore recolenda & omnibus industriæ viribus addiscenda est. Nec aliud ne-

 cessi-

cessitas ipsa permittit. Cum enim Romani totum ferè terrarum Orbem sub suam potestatem redegissent, animis æquè subjecere, omnē Rempubl. & Civilem societatem absque legibus ad ruinam & interitum vergere. Ideoque leges suas latinô sermone proponebant, prælegebant, in scriptum redigebant, & secundum eos Res â Procuratoribus agere volebant. Cum autem illis legibus adhuc hodiernô tempore sua asseratur auctoritas, omninó latina lingua non flocci-pendenda, sed maxumâ diligentia excolenda est.

XXXVII. Nec est, quod mihi aliquis caput Ultimum Aureæ Bullæ opponere & venditare gloriosius velit, quasi in eô Germanicæ linguæ & per consequens Nationis præeminentiæ aliquid detrahatur, quod *Carolus* IV. jusserit, *Electorum secularium filios vel hæredes ac successores à 7. ætatis suæ anno in Grammatica, Italica ac Sclavica linguis instrui*, & quidem rationem suam ac fundamentum adjiciendo, *quòd scilicet illud non solum sit utile, sed etiam summè necessarium habeatur, eô quod illæ linguæ ut plurimum ad Usum & utilitatem sacri Imperii Negotia ventilentur.* Verum quamvis illud de isto temporis statu intelligendum esse existimem, quô adhuc provinciæ istæ in quâ sclavica lingua & aliæ ex eâ manantes observantur, Imperatorem Romanum tanquam Caput recognoscebant, postquàm autem Imperium decrescere pedetentim ac minui cæpit, utin multò angustiores terminos redactum fuerit capitulationibus constitutum est, ut in scriptis vel actis latinum vel Germanicum tantum idioma usurpetur; Nihilominus tamen propterea *Carolus* IV. Electorum secularium filiis exoticas istas linguas addiscere præcepit, quia earum cognitio Principis auctoritatem mirificè augere & maximam utilitatem afferre solet. Imprimis quando Legationes Vicinorum aliorumque audire debeat. Aliàs enim minimè congruum esset & saluti publicæ conveniens, si ipsi semper ad interpretem quasi confugere, ejusque operâ in gravissimis sæpe negotiis uti, eaque ipsius fidei concredere necesse habent. Imò quod magis est, cum interdum copia alicujus interpretis non possit haberi, alienô interprete uti cogantur. Id quā salutare sit eventus sæpè docere solet. Hæc omnia Imperator Carolus IV. gravissimâ deliberatione secum agitavit, & Electorum filiis propterea exteras linguas præter tevtonicam, quam in d. c. 30. præ-

Rumelin. ad

supj o-

supponit, addiscendas singulariter commendavit, præprimis quia ipse easdem erudite calluit. *A. B. 1 30. Ass. 36. 18.*

Atque hæc sunt pauxilla ista, quæ de Germanicæ Nationis in hodierno Imperii Romani statu præeminentia pro temporis ratione & ingenii mei tenuitate proferre volui ac potui. Quanquam enim arduum omninò sit negotium & vires meas longissimè exsuperet, hanc materiam, in quantum mereri præstantia ejus ac nobilitas potest, dignè satis enucleare, delineasse tamen, inquantum licet & permissum est, facilè invenit excusationis colorem. Ardentissimo igitur votô finire placet, ut Deus omnes omnium hostium machinationes ab aris Germaniæ desideratissimæ nostræ patriæ ac templis, â laribus ejusdem ac fortunis arcere longè ac defendere velit, Quò jucundissimum Pacis sidus plenam & exoptatissimam lucem per omnem Germaniam undique dispergere nunquam desinat. Faxit hæc Deus.

EXERCITATIO VI.
DE PRAESENTI IMPERII PERIODO.
Procemium.

ADeò perenne sub polô nihil! Tota rerum compages suo motu agitur, solvenda tandem in principia; hoc saltim interpositô, unum aliô citiùs cineres pati & exequias. DEUS solus, sacrum velut centrum, mutationis expers. Regna ac Respubl. legibus licet soluta, huic tamen sceptra submittunt: Hinc assurgunt evolutâ mole Imperia, ast in felicitatis posita culmine fataliter ruunt, ut ex hujus sæpe ruinâ alterius extruatur gloria. *vid. Thuan. l. 1. & Polyb. l. 6 Boecl. in c. 1. A. Tac. l. 1. n. 2. & Dissert. Polit. in Sueton. J. Cæs. n. 21.* Ita excelsa raro diuturna, eorumque difficilis possessio. Annosa quod non exedit vetustas, invidiam hostem habet, dirum mortalibus exitium, mediis intactis summa ferme petens: Eminentia quipqe nunquam sine invidiâ *Vellej.*

Paterc. l. 2. Barclaj. Satyr. part. 2. p. 195. part. 5. p. 52. 8. Valer. Max. 4. c. 7. Succumbit, invidiam quod vicit, profundæ Imperii libidini, affe-ctui flagrantissimo post quem sanguis & pietas mortalium. *Arist. 2. Pol. 7. Selden l. 6. c. 13. de J. N. & G. ad Disc. Hebr. Tacit. 15. Annal.* Ab hac peste totum, suam non raro fortunam metuit, vicino in tantum metuendam, ut sibi securus non videatur, nisi depressa alterius potentiâ. *Liv. 1. Dec. 1. Grot. l. B. & P. l. 2. cap. 23. num. 5. Machiavell. Princ. cap. XI.* Bella denique, justè an injustè gerantur, hic ut plurimum perinde, quid sunt, nisi Rerumpublicarum excidia? Sic Ilium fuit & ingens gloria Trojæ, sic sacer ille Colossus ad pedes usque collapsus, in ferro & lutô minatur ruinam, nisi jam ad tumulum missus. Hinc tantæ regnorum versiones, tot periodi. *v. Tacit. 3. Annal. Arist. 5. Polit. 12.* De nostro nunc Imperio quid afferam, sacrum juxta & politicum calculum in Universi demum hujus funere perituro quæ bellorum fulmina, quas temporum injurias non sustinuit? tanta rerum vicissitudine jactatum, ut vel Ilium factum, dextra ni restitisset DEI justissima, quâ protegente, hanc, quam cernis, faciem ostendit & periodum, cujus in delineatione ingenium exerciturus, Præside Illustri Nostro Strauchio, ICto famâ & ingenio, nunquam sine gloriâ mirandô, Dei gratiam candidique L. benevolentiam precor mihi polliceor.

SECTIO. I.

Membrum. I.

In Onomatologicis occupatum.

I.

MAgna sæpe intelligimus ex parvis. *Cic. 1. offic.* ut ex cortice arborem: Hinc nec verborum indagini manum admovisse supervacuum, ut nominis intellectus ipsi rei velut facem præferat; vocabulorum quippe in rebus denotandis potissimus usus.

II. Vox *præsentem* non in statu, sed cum Ampliatione ponitur, haut præcisè hodiernam, verùm cum extensione temporis acceptam rerum faciem includens, vim suam ex rei natura metiendô.

III. *Imperium* sistit ingentem Rempubl. plures civitates, Princi-

patusqu, in & Regna, minimũ moraliter ac κατά τι cõplexã ut hinc, præter nomen, vel re à Regno, ceu augustius quid, distinguatur. *v. Spreng. J.P.p.9.H rn. O.G.p.1.c.1.* Novit hanc, sed non docuit Philosophus, in perfectissimis potiùs formis ingenium exercens; *v. 5. Pol. 10. & 2. P. 4. 5. & 6.* Ejusmodi namque, quâ de agimus, Reipubl. formam adeò perfectionis capacem non esse, facilè notum; quia quò immensior moles, difficilior forma, regimen difficilius. Nostra autem Imperii notio dispar illi, Polyarchicô Romanor. Statu usitatæ, ubi belli Duces, Imperatores, eorum munus, Imperium dicitur. *Liv. l. 7. Dec. 1. Flor. 2. c. 6. Vellej. Paterc. l. 2. p. m. 121. ubi C. Octavius, Octav. Augusti veri Imperatoris pater, ita vocatur. Aurel. Vict. de Vir. Illustr. p. 190. Eutrop. Histor. l. 2. Jornand. de Regn. success. lib. 1. p. m. 454.* Dispar item à Laconum Imper. *Arist. 3. P. 14. Conring. Exerc. de Rep. Hebr. n. LV.*

IV. Vox *Periodus* in fronte quasi laudat matrem Græciam, ubi ex περὶ & ὁδὸς domicilium originis nacta, sedes ac tabulas quasi transtulit in Latium, innuens propriè circuitum, quô itur vel aliquid circumducitur. *Arist. 3. Rhetor.* Metaphoricè usurpatur in doctrinâ Civili, nobisque hic talis est circuitus; *vel ut Polyb. l. 6. ait,* ἀνακύκλωσις, quâ status Imperii præsens, suo ac circumscriptô quasi motu agitur. Sua enim, juxta Platonem, cujque Reipubl. periodus, ubi aliquandiu voluta, vel in novam devolvitur, aut veteri subsistit, non tamen sine omni mutationis notâ: sublunaria enim movendo crescunt, minuuntur. *add. Boecl. Præfat. in Cæs. Sveton. n. 10. 11.*

Membrum 2.

Eruendam rei originem sustinet ac Definitionem.

I.

PEriodi nostræ principium non ita procul accersam; priscæ Roman. Reipubl. ætate mittens mutationes, ab invicem continuâ serie exceptas. Sit enim in confessô, Augustum illud Imperium in Augusto erectum, cum Augusto iô periisse, *Paul. Diacon. lib. 16. continuat. Eutrop.* Nostrumq. e lucem longè post hausisse primogeniam, *conf. Conring. Dissert. de Imperator. Roman. German. th. 24. & 25*

quid recurram ad Regum superbam memoriam, inde ad Consules, hinc Tribunos, post Decemviros, & sic ad Cæsares, *conf. Entrop. l. 1. Hist. Boxhorn. Diss. 8.9. n. ibique Dn. Schmid. not. maximè p. 399. ampl. Bæcl. ad l. 1. c. 1. A. Tac.* Nec Constantinum, nec Carolum, pietate & gladio Magnos jam producam, quamvis hujus auspiciis, det Deus diutissimè, nostrum floreat Imperium. Dormiat Otto III. sub quo Electio, maneantque tranquilli Rudolphi manes, ubi sacer Electorum numerus initia hausit. Hæ insigniores, remotæ tamen Romanorum nostræque Reipubl. Periodi; ordiar igitur, ubi funestissimus belli Germanici turbo desiit.

II. Ante Caroli V. tempora, Germaniam pax aurea lactabat, cultus agris, sacris honos, securitas hominibus & certa cujusque rerum possessio: *Vellej. Paterc. verbis utor. l. 2.* Ast quando constans & sincera felicitas, infelicitatis sæpiùs, tristis mutatio, materia & causa? Serenum haut rarò pacis cœlum fumantes belli nebulas elicit. Altam hactenus quietem Martius furor corripit instar fulminis, religione an regni cupidine motus, meum non est nunc inquirere. Bellorum multi sunt prætextûs, multæ occasiones, certæ quoque causæ, utut illis occultiores. *add. Polyb. l. 3. Excell. Polybist. Bosius in Agricol. 6. 13.* Multum hîc valent artes Tiberii *v. Tac. 1. Ann. 7. & CL. Bæcl. ad c. 10. d. l. in not. Polit. Sveton. in J. Cæs. c. 30.* Norunt, quibus Ligo & Unio notæ, ferales istæ Sholæ, quibus tanta mali moles adolescebat. Steterat Germaniæ gloria, muros hostis habebat. Carolus V. ex lacte materno ambitiosus, facem scintillæ, hactenus sub Austriac. *domûs arcano* pressæ, subjicit, *plus ultra* flammas vomentem, usque duos sacri Imperii Proceres indignè rapuerit, quorum unus difficilius à fide, quàm sol à cursu dimovendus. *Ut Fabricium laudat Pyrrhus apud Aurel. Victor. de Vir. illustr. p. 184.* Constans religionis exemplar, ac inter Saxoniæ monumenta maximum. Atrox Bellona tam opimis haud contenta spoliis, minaces quoque Mauritio tendere videbatur oculos, fidem pro Hessô interpositam urgenti, *latiùs testante Thuano.* At his asperior ille Martis pullus, Stator Germaniæ, virtute manuq; pugnaci Caroli fortunam adeò ambiguam reddidit, ut pro purpura hic demum cucullum elegerit. Exemplum, ob regni dulcedinem, cujus mortales adeò cupidi, *Nerva apud Aurel. Victor.* difficilis prudentiæ.

dentiæ. Multis siquidem, cum periculo licèt, intra fasces & purpuram latere, quàm cum Diocletiano, Salonæ olera visere, jucundius. *Vid. Aurel. Vict. in Diocletian.* Hæc suspendebat pax Passaviensis, ac Ferdinandi I. in regnum surrogatio. Videbatur respirare cruentamque despumare lassitudinem ferox belli furia. Sed malorum nondũ satis: Acto otiô, collectisque quasi viribus nova molitur incendia. Bohœmia armistitii & pacis ruptura, Praga pomum Eridos, Palatinatus, in Regnum abituriens, coronam Ferdinando II. detractam, à Bohœmis accipit: *At quantus in hac angustâ infortuii Oceanus?* Infelicis consilii documentum, non rarò mortalibus commune, dum spem majoris præsentium jactura emunt, naturam incusantes, quasi ex eventu saltem consilia pensanda dederit. *Thucyd. hist. l. 1. p. 25.* Sic discimus quid sit, sacra Jovis contrectare fulmina, & quod immoderata sibi ambitio casus sæpè det præcipites. *Conring. animadv. in Pr. Machiav. c. 7. conf. Val. Max. 4. c. 11. n. 8. Amm. Marcell. l. 23.* 10 Armis nunc servandum, Palatino sic quæsitum regnum. *Vellej. Paterc. l. 2.* Verùm difficilius retinere, quàm facere provincias. *Flor. l. 4. c. 12. Machiav. Princip. c. 3. ibique animad. Conring. Justin. l. 25. c. 4.* Seditiosa regni erat delatio, & repetens potentior retinente. *Conf. Machiav. Pr. c. 9. ibique Conring. Animadv.* Inde nova belli flamma Bohœmiam, hinc Palatinatum, pôst Saxoniam, & tandem totam, quà patet, Germaniam rapit impetu indomitô. Sic ignis incendio accedens mali molem auget. Omnia jam fumabant incendiis, funesta ruinis sanguine madebant omnia: sacra contemptui, justitia & leges in armis, agri cœmeteria. Ab igne reliquum ensis jugulat, & quod turpissimum, militis libido matronis innuptisque puellis pro tyrannide fuit; sileo, quàm multi mortis arbitrio intolerandam hostis crudelitatem præverterint; quis fando explicet aut lacrymis? Venerat summa dies, *verba sunt Maronis 2. Æn.* & ineluctabile tempus Germaniæ, exitiô ei velut ad aras & Samnitico carmine jurato. *Conf. Flor. 1. c. 17. & Aurel. Vict. de Vir. Illustr. in Annib.* Tantùm non perieras, mea Patria, cùm extremis jamjam luctans. *v. Boecl. in 1. Histor. Tac. c. L.* Nequicquam credibile putabatur, te triginta annos, sed quantum tempus! in viscera sæviendô non extinctam. Et, quod DEUS prohibuit, fuisses extincta, ni divinum illud fulmen, Leo

Borta-

Borealis tibi advenisset, Heros invictus victore in exercitu Germano Sveco, cujus robore tãtique Herois, æterna gloriâ vivẽtis sanguine victoria tibi parta, paxque rerum optima. Hic patuit, nullos mortalium fide & armis ante Germanos esse *Tacit. 13. Annal.*

III. Filii, demum infestô armorum usu, peractisque tribus belli intervallis, *ut bene distinguit Boecl. 2. Histor. Tac. p. 697.* suavis otii pacisque redibat recordatio. Hinc deliberarum, quamvis lentè, de illâ Martis expultrice, Alumnâ bonorum, quæ tandem ceu longo ab exiliô, patriam inter cineres & funera mœstam, desideratis revisit osculis. Venisti tandem *sic Anchises ad Æneam. Virg. 6. Æn.* Germaniæ diu expectata suavitas! det DEUS, rerum justus arbiter, cujus gratiâ hac fruiscimur tranquillitate, ne pressi litium fomites erumpendo rumpant sacra pacis vincula, sed his felicitatis ad fastigia crescat in seram senectutem Patria, seriò perpendens, quanti sibi steterit hoc unum pacis osculum! Hujusque pertingit belli rabies pacisque initium, unde & nostram ordiar Periodum: In truculentis enim retro temporibus, Respubl. naufragô semper acta fluctu parum certi, ob dubiam belli aleam, de statu præsenti promittebat. Armorum quippe spem & metum quid, nisi pax aut victoria dirimit?

IV. Pro instituto sufficiat retulisse, que nostrâ antegressa sunt periodum: Hæc enim cum illis collata tantò erit manifestior, quantò melior. Nunc enitamur, congrua quomodo fiat Definitio. Contingentium quidem, maximè singularium, non ita determinata veritas; nec in moralibus mathematicæ dantur regulæ. *Grot. J. B. & p. 2. c. 23. n. 1.* Stabilem namque nunquam figunt pedem Respubl. in singulis partibus; statu illarum in æstu quasi & vicissidutine positô, idque ob rationem materiæ ac rerum incertas circumstantias; haud tamen erravero, ex re ipsâ, cum qua stet & cadat, hanc efformans *Definitionem*: Præsens Imperii Periodus est Status Imper. Hodiernus, termino ipsius contingente mutabilis.

V. Generis locô hac in definitione stat vocabulum *Status*, quod, ambiguæ aliàs notionis, hic perinde mihi est, ac moralis rei cujusdam ratio sive habitus, id, cujus est status, in sua moralitate præsentans, Missâ Generica, specifica quæritur Differentia in *verbis*: Imperii

rii hodiernus; ita ut periodus nostra, partim tempore partim subjecto differat ab aliis: *Tempore*; habito respectu tam ad veteres Imperii periodos, *de quibus n. 1. h. membr.* tum in futurum contingentes. *Subjecto* attentis diversorum Imperiorum ac Rerumpubl. diversis periodis. Non antiquitati noctem suam turbare mens est, saltim quæ recens tangit memoria, contemplemur. Ottomannicam Portam eâdem cum nostrâ Republ. periodo volvi, nemo forsan dixerit. Illa Candiæ metropoli ferox claves maris anhelat mediterranei: Huic, tridentem Neptuno turbare, religio Illa fidem & fœdera, repagula gentium, despiciens, prædatricem ubique immittit sagittam, ut pro Status maximâ moles augeatur Imperii: Huic pro scopô propria conservatio. Illa Tyrannica, Despotica: Hæc Civilis & temperata, si non optima. Nec Galliæ, ambitionis nummos ferenti, nec Daniæ, secum aliâs habitanti, ni moveat Bataviæ Æmula, eadem, quæ Imperio, periodus. Disparem Hispania, Anglia disparem, & Polonia castra Cosacos contra, illam nebulonum colluviem, metans ostendit periodum: aliam Suecia, tranquilla nunc, Status rationi tamen vigilans: Muscovia, Veneti, Belgium, & Helvetia aliam præferunt. Tarpei Jovis, Turcarum conatûs anxii, nulla cum nostris comparatio. Reliqua definitionis periodi proprium exprimunt: Ut enim quodlibet, ad extrema ubi defertur, aut mutatur, aut interit; ita & Respubl. emensô periodi terminô aut planè declinant, vel novam formam expectant. Æternæ quippe rerum vices.

VI. Restat Divisio, quam expediemus dispescendô Periodum nostram 1. à *Subjectô* in Universalem & Particularem: Quemadmodum Imperii duplex respectus, ita quoque illius periodi. Illa Imperium afficit absolute: Hæc secundum quid & respectivè. *2. à Causâ*, in Necessariam & contingentem. Hæc ex materiæ vitio: Illa ex superioris Decreto. *conf. 2. Daniel. v. 21. & 4. v. 29. 3. à. Diverso* respectu in Externam, quâ Imperium exteros respicit, & Internam, quæ Sacra Imperii non egreditur. 4. à *Tempore*, in magis & minus durabilem.

SECTIO. II.

Membr. 1.

Causam tractat & subjectum.

A a I, Cau-

I.

CAusas rerum noscere arduum, necessarium: Nihil enim in rerum naturâ sine causâ prodiit, quam ignorare, est rem penitus non nosse: Res plerumque quid sit, si unde sit, cognoscitur. Nostram ergò quò penetremus, eniti decet. Unam autem, nisi animus fallit, deprehendo in materiâ, aliam extra: Hæc rursus vel Eminens vel Æqualis.

II. Eminentem periodi nostræ causam statuo DEum, æternum illud immutabile, quod, in centro quasi, se quidem non, cætera verò movet & mutat. Per hunc siquidem Reges, quorum cor manibus versat, dominantur, inter nubilia modò caput condentes, mox ad tartara missi. *Prov. 8. v. 16. Jes. 14. v. 11. 12. Dan. 2. v. 21. & 4. v. 29.* Hinc surgunt caduntque Imperia. Gens sceptro modò superbiens, colla submittit: Floret nunc, decrescit, & aliam aliamque assumit faciem Respubl. Sic in scenâ res mortalium alternant. Nostra igitur Germania hôc quoque passa fatum, quô in hanc, qua volvitur, delata periodum, nisi divino nutu aut permissu, decursuram: Patriæ namque nostræ, Europæ ocello, Deum haut vigilasse quis impiè dixerit? *conf. Polyb. lib. 6. Bœcl. in Sveton. Octav. D. Polit. n. 8.*

III. Æqualis extra materiam causa sint Principes ac Respubl. de hac Imperii periodo velut certantibus auxiliares, quos si referre volupe, pro diversis Ligæ & Unionis partibus, Roma, Hispania, Anglia, Gallia, Svecia, Dania, Venetiæ, Batavia ac Helvetia mihi essent adducendæ; Hinc etenim, ceu ex fatali machinâ tanti belli seges prodiit & moles, Europæ ferè concussu. Pars regni libidine, pars defensionis studio, sanguinis vel fœderum jure debitæ, utut multos propria stimulârit charitas: Quis enim alteri cum jactura lubens subsidio venit? Auxilia non raro hostis noxâ chariora. Ita ad Annibalem Samnites: Pyrrhus nostro magis milite suas vires auxit, quàm nos suis viribus defendit. *Liv. l. 3. Dec. 3. conf. Bœcl. in 3 Histor. Tac. pr.*

IV. Causam Materialem nomen statim in materiâ seu Imperiô ejusque partibus quærendam prodit, ubi anteacta revolventi tempora, viscera sistuntur Germaniæ, in contrarias Hispanam & contra Hispanam factiones digressa, invicem luctando; Illa ut supprimat; Hæc ne succumbat: Dira illic ambitio; hic justa magis defensio.

sio, Leo Austriacus, jubas Hispaniam ultra jam executiens, Germaniam versus cæteraque regna triste torquebat supercilium, ungues, nî resecentur, minitans. Hinc metus vicinorum, indeque bellica defensio, summè nitens, quò ferox iste spelunca sua se contineat, aliis quod jus & ensis dederat relinquens. Id quia opus arduum, arduam desiderabat industriam, manum pugnacem, quæ, longè licèt belli turbine, non nisi rebus juribusque salvis lassa, hoste tamen simul lassatô, apparuit, præsentem demum Patriæ statum, invicem probandum, producens. Sic magnæ curæ magnum præmium: *Salust. in Orat. 1. de Rep. Ord.* Et crescere inter Principes difficile, crevisse invidiosum, quia minus securum; quid enim de se non credit Diis æqua potestas? *Juvenal. Satyr. 4. conf. Grot. l. B. & P. l. 2. c. 1. n. 5. Dn. Textor de Ratione stat. German. c. 5. Thucyd. Hist. l. 1. p. 14. 19. Forstner. ad Tac. p. 414. CL. Boecl. 2. Histor. Tac. p. 699.*

V. Causa, ut par erat, visâ, iter erit ad subjectum semet in sacrô sistens Imperiô, quod antiquâ Germanorum gloriâ, reliquis præreptam quasi palmam ostendit: primam quidem faciem mutatum, prisco tamen robore, si concors, adhuc terribile: Licet *Dn. Text. d. Tr. c. 9.* Statuum concordiam non in ratione Imper. (*mallem Territorii*) ponat. *v. Val. M. 5. c. 6 Thucyd. H. 2.* Id quoque Agelai Naupactii de Veteri Græciâ consilium. *Polyb. l. 5. conf. Paul. Diacon. Lib. 14. Eutrop. continuat. Boxhorn. Dissert. Pol. 1. §. 7. Tacit. in Agricol. Amm. Marc. 26. 5.* Tam amplissimum igitur Periodus nostra habet subjectum, in totô non solùm, sed & in ejus partibus conspicua, illo mutatô mutabilis. Totum cognoscitur, Imperatorem ubi & status conjungimus: Partes, ubi eos in suis separatim territoriis consideramus. Ita diversus subjecti vultus, diversus quando intuitus.

Membrum 2.

Periodum ipsam concretivè in subjecto exhibet.

I.

PAtens se præbet rerum campus lustranti nunc periodum: Huic enim paulò ante junximus Germaniæ Imperium, cum quo periodus unum constituit magnæ molis corpus, argutos merens oculos, queis quamvis non instructus, in cursu tamen non cespitet animus,

mus, feliciter vastam hoc emensorus, certis seu ad nauticam pyxidē viis, quibus si minus institerit, dabitur venia. Ardua quippe sunt, ambigua, in quibus non rarò voluisse satis

III. Nostram ergo Periodum contemplabimur vel in Imperii formâ vel in morali ejus materiâ. De *Formâ* quot Scriptores, tot ferè opiniones; Imperatoris quidam, Statuum contrà alii ducuntur partibus, non ut Monzambano vult *c. 6. §. 3. de Statu Imp. German.* ignorantia Politica aut argumento irregularis Reipubl. Alii contra utrosque vel licentiâ, vel quadam Status Maxima Chimeras fingunt & monstra: Reliqui meras subtilitates, ac si esset res tantum ingenii contemplantis, jactant. Illi adulantes, hostes isti, hi speculativi; neutra in salvo sententia. *Conf. Becl. in Hist. c. 1. Tac. ubi queritur* de iniquis formæ censoribus. Absint in re dubiâ judicanti affectus. *Salust. in B. Catil in. p. 24.* Indaginis quidem, si non periculi, hæc est quæstio, quâ de pauca dicere, quàm planè tacere, scopo meo propius. Præsuppono autem 1. In rebus Civilibus ita ad vivum non omnia posse exigi, velut in Mathesi aliisque contemplativis. Hîc enim principia certa, ibi fluctuant. 2. Præcepta Politica examussim non deduci ad praxin. Illa naturalem sive perfectionis; hæc Legalem sive imperfectionis statum attendunt: hunc facere; illum fingere facilius, factas autem præ fictis optamus Respubl. etsi cum præjudiciô doctrinæ civilis. Hinc forsan non optimè procedunt, singularia hîc æstimantes ex generalibus, increpando, ubi his, tanquam politico lapidi, ea non ex asse respondent; ac si illa non esset domus, quâ in habitandi magis commodo, quam præceptis structoris ædificans vigilaverit: Et vero illenè, qui artis rigorosam intentionem, an qui materiæ solique capacitatem sequitur, prudentior architectus? Hunc sanè præferam, comparem illum Demetrio, cujus naves aspectu quidem, pulchræ, navigationi vero inutiles. *Thuan. l. 28.* Pro viribus struenda mœnia, & dum optimum non potest regimen, ad instar saltim indicatur, non quod doctrina cupit, sed capit materia, cujus vitiositas non admittit perfectissima. Omnis enim forma Reipubl. materialis est, ex materiâ in esse, fieri & operari dependens, unde illius valor ex hâc potissimum æstimandus: Talis nimirum formæ præstantia, qualis materiæ aptitudo, add. *Aristot. 3. Polit. 5. Boxhorn. Dissert. Polit. 1.*

III Omnis

III. Omnis autem Reipubl. forma vel ab initio determinatur, aut rebus jam positis contingit, veteri mutatâ. Utrumque per modum voluntatis aut violentiæ. *Illud*, dum gens superioris nescia, in Rempubl. pro ingenio ac fine suo optimam, consentit, doctrinâ civili licèt non ad unguem attentâ; aut quando nondum sic congressa, vi redigitur in corpus Politicum, ab uno vel pluribus civiliter junctis. *vid. 3. Polit. 10. Hoc*, formâ Reipubl. temporis tractu, in aliam vel consensu, vel violentiâ, eaque tam internâ quàm externâ mutatâ; aut per *παρέκβασιν. ut Aristot. 4. Polit. 8. vocat*, seu transgressionem, mutationis quid saltim recipiente: Hæ siquidem migrationes, *ut Conring. editio vertit*, regimen in modô plerumque afficiunt. *Dn. Pufendorf. ad Monzamban. c. 6. de Republ. Irregular. p. 10.* exemplum in Dictatore Romano, *v. tamen Boxh. Dissert. 9. à. quô dissentit. CL. Boecl. in not. Schmid. ertatus*, & in Duce Venetô. *Horn. O. P. p. 1. c. 4. conf. Machiav. Hist. Florent. l. 5. & conf. Boecler. c. 2. Tac. A. l. 1.* Contingunt ergò posteriori ratione mutationes; si vel ipsa Respubl. in se commota tendit ad formam novam, usque pars Civitatis potentior in debiliorem extorqueat urbis arbitrium, *sic vocat Aristot. 3. Polit. 5.* vel ubi externus Princeps populusque subjugat Rempbl. formâ regiminis aliâ impositâ: ut Athenienses Samios & Chios &c, Rex Persarum Medos & Babylonios, teste Aristot. 3. *Polit. 9.* vel, cùm ob finis, boni publici aliasve circumstantias prius mutari placet regimen, aut regentis conniventiâ nova facies irrepit. Sunt enim ut plurimum, nisi adsint repagula, in revolutione Respubl. & ad aliam aliamque tendunt regiminis formam. Ita ex Optimatum tractu nascitur non rarò paucorum dominatus, ex quo Tyrannis, hinc status popularis, ex hoc postmodum Regnum, inde Tyrannis, aut status Aristocraticè temperatus, prout ex veteri recentique Rerump. historiâ liquet. *conf. Polyb. l. 6. & Aristot. Polit. l. 5.* ubi de his latiùs. *Thuan. lib. 61. Horn. Orb. Polit. de Regn. Britan. cap. 12. CL. Boecl. in c. 9. l. 1. A. Tac. n. 5. & c. 10. n. 2. Annot. Polit. add Conring. Dissert. de Republ. Hebr. n. 3. 4. & 55.*

IV. Ex dictis nunc palam est, quid constituendis in Respubl. potiùs attendendum, & quô pactô recipiant formas receptasque mutent, vel planè in alias, vel cum primis mixtas; ulteriùs quoque hinc patescit, Reipubl. statum esse ut plurimùm feliciorem, ad ma-

 tere

Paterc. l. 2. Barclaj. Satyr. part. 2. p. 195. part. 5. p. 52. 8. Valer. Max. 4. c. 7. Succumbit, invidiam quod vicit, profundæ Imperii libidini, affectui flagrantissimo post quem sanguis & pietas mortalium. *Arist. 2. Pol. 7. Selden l. 6. c. 13. de J. N. & G. ad Disc. Hebr. Tacit. 15. Annal.* Ab hac peste totum, suam non raro fortunam metuit, vicino in tantum metuendam, ut sibi securus non videatur, nisi depressa alterius potentiâ. *Liv. 1. Dec. 1. Grot. l. B. & P. l. 2. cap. 23. num. 5. Machiavell. Princ. cap. XI.* Bella denique, justè an injustè gerantur, hic ut plurimum perinde, quid sunt, nisi Rerumpublicarum excidia? Sic Ilium fuit & ingens gloria Trojæ, sic sacer ille Colossus ad pedes usque collapsus, in ferro & lutô minatur ruinam, nisi jam ad tumulum missus. Hinc tantæ regnorum versiones, tot periodi. *v. Tacit. 3. Annal. Arist. 5. Polit. 12.* De nostro nunc Imperio quid afferam, sacrum juxta & politicum calculum in Universi demum hujus funere periturô quæ bellorum fulmina, quas temporum injurias non sustinuit? tanta rerum vicissitudine jactatum, ut vel Ilium factum, dextra ni restitisset DEI justissima, quâ protegente, hanc, quam cernis, faciem ostendit & periodum, cujus in delineatione ingenium exerciturus, Præside Illustri Nostro Strauchio, ICto famâ & ingenio, nunquam sine gloriâ mirandô, Dei gratiam candidique L. benevolentiam precor mihi polliceor.

SECTIO. I.

Membrum. I.

In Onomatologicis occupatum.

I.

MAgna sæpe intelligimus ex parvis. *Cic. 1. offic.* ut ex cortice arborem: Hinc nec verborum indagini manum admovisse supervacuum, ut nominis intellectus ipsi rei velut facem præferat; vocabulorum quippe in rebus denotandis potissimus usus.

II. Vox *præsentem* non in statu, sed cum Ampliatione ponitur, haut præcisè hodiernam, verùm cum extensione temporis acceptam rerum faciem includens, vim suam ex rei natura metiendô.

III. *Imperium* sistit ingentem Rempubl. plures civitates, Princi-

peius,

patusqu, in & Regna, minimū moraliter ac κατά τὶ cōplexā ut hinc, præter nomen, vel re à Regno, ceu augustius quid, distinguatur. *v. Spreng. J.P.p.19. H rn. O.G.p.1.c.1.* Novit hanc, sed non docuit Philosophus, in perfectissi mis potiùs formis ingenium exerens; *v. 5. Pol. 10. & 2. P. 4. 5. & 6.* Ejusmodi namque, quâ de agimus, Reipubl. formam adeò perfectionis capacem non esse, facilè notum; quia quò immensior moles, difficilior forma, regimen difficilius. Nostra autem Imperii notio dispar illi, Polyarchicô Romanor. Statu usitatæ, ubi belli Duces, Imperatores, eorum munus, Imperium dicitur. *Liv. l. 7. Dec. 1. Flor. 2. c. 6. Vellej. Paterc. l. 2. p. m. 121. ubi C. Octavius, Octav. Augusti veri Imperatoris pater, ita vocatur. Aurel. Vict. de Vir. Illustr. p. 190. Entrop. Histor. l. 2. Jornand. de Regn. success. lib. 1. p. m. 454.* Dispar item à Laconum Imper. *Arist. 3. P. 14. Conring. Exerc. de Rep. Hebr. n. LV.*

IV. Vox *Periodus* in fronte quasi laudat matrem Græciam, ubi ex περὶ & ὁδὸς domicilium originis nacta, sedes ac l tabulas quasi transtulit in Latium, innuens propriè circuitum, quò itur vel aliquid circumducitur. *Arist. 3. Rhetor.* Metaphoricè usurpatur in doctrinâ Civili, nobisque hic talis est circuitus; vel *ut Polyb. l. 6. ait,* ἀνακύκλωσις, quâ status Imperii præsens, suo ac circumscriptô quasi motu agitur. Sua enim, juxta Platonem, cuique Reipubl. periodus, ubi aliquandiu voluta, vel in novam devolvitur, aut veteri subsistit, non tamen sine omni mutationis notâ: sublunaria enim movendo crescunt, minuuntur. *add. Boecl. Præfat. in Cæs. Sueton. n. 10. 11.*

Membrum 2.

Eruendam rei originem sustinet ac Definitionem.

I.

PEriodi nostræ principium non ita procul accersam; priscæ Roman. Reipubl. ætate mittens mutationes, ab invicem continuâ serie exceptas. Sit enim in confessô, Augustum illud Imperium in Augusto erectum, cum Augusto lô periisse, *Paul. Diacon. lib. 16. continuat. Eutrop.* Nostrumq. e lucem longè post hausisse primogeniam, *conf. Conring. Dissert. de Imperator. Roman. German. th. 24. & 25*

quid recurram ad Regum superbam memoriam, inde ad Consules, hinc Tribunos, post Decemviros, & sic ad Cæsares, *conf. Entrop. l. 1. Hist. Boxhorn. Diss. 8. 9. 11. ibique Dn. Schmid. not. maximè p. 399. ampl. Bœcl. ad l. 1. c. 1. A. Tac.* Nec Constantinum, nec Carolum, pietate & gladio Magnos jam producam, quamvis hujus auspiciis, det Deus diutissimè, nostrum floreat Imperium. Dormiat Otto III. sub quo Electio, maneantque tranquilli Rudolphi manes, ubi sacer Electorum numerus initia hausit. Hæ insigniores, remotæ tamen Romanorum nostræque Reipubl. Periodi; ordiar igitur, ubi funestissimus belli Germanici turbo desiit.

II. Ante Caroli V. tempora, Germaniam pax aurea lactabat, cultus agris, sacris honos, securitas hominibus & certa cujusque rerum possessio: *Vellej. Paterc. verbis utor. l. 2.* Ast quando constans & sincera felicitas, infelicitatis sæpiùs, tristis mutatio, materia & causa? Serenum haut raró pacis cœlum fumantes belli nebulas elicit, Altam hactenus quietem Martius furor corripit instar fulminis, religione an regni cupidine motus, meum non est nunc inquirere. Bellorum multi sunt prætextus, multæ occasiones, certæ quoque causæ, utut illis occultiores. *add. Polyb. l. 3. Excell. Polybist. Bosius in Agricol. 6. 13.* Multum hîc valent artes Tiberii *v. Tac. 1. Ann. 7. & CL. Bœcl. ad c. 10. d. l. in not. Polit. Sveton. in J. Cæs. c. 30.* Norunt, quibus Ligo & Unio notæ, ferales istæ Sholæ, quibus tanta mali moles adolescebat. Steterat Germaniæ gloria, muros hostis habebat. Carolus V. ex lacte materno ambitiosus, facem scintillæ, hactenus sub Austriac. *domûs arcano* pressæ, subjicit, *plus ultra* flammas vomentem, usque duos sacri Imperii Proceres indignè rapuerit, quorum unus difficilius à fide, quàm sol à cursu dimovendus. *Ut Fabricium laudat Pyrrhus apud Aurel. Victor. de Vir. illustr. p. 184.* Constans religionis exemplar, ac inter Saxoniæ monumenta maximum. Atrox Bellona tam opimis haud contenta spoliis, minaces quoque Mauritio tendere videbatur oculos, fidem pro Hessô interpositam urgenti, *latiùs testante Thuano.* At his asperior ille Martis pullus, Stator Germaniæ, virtute manuq; pugnaci Caroli fortunam adeò ambiguam reddidit, ut pro purpurâ hic demum cucullum elegerit. Exemplum, ob regni dulcedinem, cujus mortales adeò cupidi, *Nerva apud Aurel. Victor.* difficilis prudentiæ.

dentiæ. Multis ſiquidem, cum periculo licèt, intra fáſces & purpuram latere, quàm cum Diocletiano, Salonæ olera viſere, jucundius. *Vid. Aurel. Vict. in Diocletian.* Hæc ſuſpendebat pax Paſſavienſis, ac Ferdinandi I. in regnum ſurrogatio. Videbatur reſpirare cruentamque deſpumare laſſitudinem ferox belli furia. Sed malorum nondũ ſatis: Acto otiô, collectisque quaſi viribus nova molitur incendia. Bohœmia armiſtitii & pacis ruptura, Praga pomum Eridos, Palatinatus, in Regnum abituriens, coronam Ferdinando II. detractam, à Bohœmis accipit: *At quantus in hac anguſtâ infortuii Oceanus?* Infelicis conſilii documentum, non raro mortalibus commune, dum ſpem majoris præſentium jactura emunt, naturam incuſantes, quaſi ex eventu ſaltem conſilia penſanda dederit. *Thucyd. hiſt. l. 1. p. 25.* Sic diſcimus quid ſit, ſacra Jovis contrectare fulmina, & quod immoderata ſibi ambitio caſus ſæpè det præcipites. *Conring. animadv. in Pr. Machiav. c. 7. conf. Val. Max 4. c. 1. n. 8. Amm. Marcell. l. 23.* 10 Armis nunc ſervandum, Palatino ſic quæſitum regnum. *Vellej. Paterc. l. 2.* Verùm difficilius retinere, quàm facere provincias. *Flor. l. 4. c. 11. Machiav. Princip. c. 3. ibique animad. Conring. Juſtin. l. 25. c. 4.* Seditioſa regni erat delatio, & repetens potentior retinente. *Conf. Machiav. Pr. c. 9. ibique Conring. Animadv.* Inde nova belli flamma Bohœmiam, hinc Palatinatum, pòſt Saxoniam, & tandem totam, quà patet, Germaniam rapit impetu indomitô. Sic ignis incendio accedens mali molem auget. Omnia jam fumabant incendiis, funeſta ruinis ſanguine madebant omnia: ſacra contemptui, juſtitia & leges in armis, agri cœmeteria. Ab igne reliquum enſis jugulat, & quod turpiſſimum, militis libido matronis innuptisque puellis pro tyrannide fuit; ſileo, quàm multi mortis arbitrio intolerandam hoſtis crudelitatem præverterint; quis fando explicet aut lacrymis? Venerat ſumma dies, *verba ſunt Maronis 2. Æn.* & ineluctabile tempus Germaniæ, exitiô ei velut ad aras & Samnitico carmine jurato. *Conf. Flor. 1. c. 17. & Aurel. Vict. de Vir. Illuſtr. in Annib.* Tantùm non perieras, mea Patria, cum extremis jamjam luctans. *v. Boecl. in 1. Hiſtor. Tac. c. L.* Nequicquam credibile, utabatur, te triginta annos, ſed quantum tempus! in viſcera ſæviendô non extinctam. Et, quod DEUS prohibuit, fuiſſes extincta, ni divinum illud fulmen, Leo

Borea-

Borealis tibi ad venisset, Heros invictus victor ein exercitu Germano Sveco, cujus robore tâtique Herois, æterna gloriâ vivêtis sanguine victoria tibi parta, paxque rerum optima. Hic patuit, nullos mortalium fide & armis ante Germanos esse *Tacit. 13. Annal.*

III. Fessis demum infestô armorum usu, peractisque tribus belli intervallis, *ut bene distinguit Boecl. 2. Histor. Tac. p. 697.* suavis otii pacisque redibat recordatio. Hinc deliberatum, quamvis lentè, de illâ Martis expultrice, Alumnâ bonorum, quæ tandem cerè longo ab exiliô, patriam inter cineres & funera mœstam, desideratis revisit oculis. Venisti tandem *sic Anchises ad Æneam. Virg. 6. Æn.* Germaniæ diu expectata suavitas! det DEUS, rerum justus arbiter, cujus gratiâ hac fruiscimur tranquillitate, ne pressi litium fomites erumpendo rumpant sacra pacis vincula, sed his felicitatis ad fastigia crescat in seram senectutem Patria, seriò perpendens, quanti sibi steterit hoc unum pacis osculum! Hujusque pertingit belli rabies pacisque initium, unde & nostram ordiar Periodum: In truculentis enim retro temporibus, Respubl. naufragô semper acta fluctu parum certi, ob dubiam belli aleam, de statu præsenti promittebat. Armorum quippe spem & metum quid, nisi pax aut victoria dirimit?

IV. Pro instituto sufficiat retulisse, que nostrâ antegressa sunt periodum: Hæc enim cum illis collata tantò erit manifestior, quantò melior. Nunc enitamur, congrua quomodo fiat Definitio. Contingentium quidem, maximè singularium, non ita determinata veritas; nec in moralibus mathematicæ dantur regulæ. *Grot. J. B. & p. 2. c. 23. n. 1.* Stabilem namque nunquam figunt pedem Respubl. in singulis partibus; statu illarum in æstu quasi & vicissidutine positô, idque ob rationem materiæ ac rerum incertas circumstantias; haud tamen erravero, ex re ipsâ, cum qua stet & cadat, hanc efformans *Definitionem:* Præsens Imperii Periodus est Status Imper. Hodiernus, termino ipsius contingente mutabilis.

V. Generis locô hac in definitione stat vocabulum *Status*, quod, ambiguæ aliàs notionis, hic perinde mihi est, ac moralis rei cujusdam ratio sive habitus, id, cujus est status, in sua moralitate præsentans, Missâ Generica, specifica quæritur Differentia in *verbis*: Imperii

rii hodiernus; ita ut periodus nostra, partim tempore partim subjecto differat ab aliis: *Tempore*; habito respectu tam ad veteres Imperii periodos, *de quibus n. 1. h. membr.* tum in futurum contingentes. *Subjecto* attentis diversorum Imperiorum ac Rerumpubl. diversis periodis. Non antiquitati noctem suam turbare mens est, saltim quæ recens tangit memoria, contemplemur. Ottomannicam Portam eâdem cum nostrâ Republ. periodo volvi, nemo forsan dixerit. Illa Candiæ metropoli ferox claves maris anhelat mediterranei: Huic, tridentem Neptuno turbare, religio Illa fidem & fœdera, repagula gentium, despiciens, prædatricem ubique immittit sagittam, ut pro Status maximâ moles augeatur Imperii: Huic pro scopô propria conservatio. Illa Tyrannica, Despotica: Hæc Civilis & temperata, si non optima. Nec Galliæ, ambitionis nummos serenti, nec Daniæ, secum aliâs habitanti, ni moveat Bataviæ Æmula, eadem, quæ Imperio, periodus. Disparem Hispania, Anglia disparem, & Polonia castra Cosacos contra, illam nebulonum colluviem, metans ostendit periodum: aliam Suecia, tranquilla nunc, Status rationi tamen vigilans: Muscovia, Veneti, Belgium, & Helvetia aliam præferunt. Tarpei Jovis, Turcarum conatûs anxii, nulla cum nostris comparatio. Reliqua definitionis periodi proprium exprimunt: Ut enim quodlibet, ad extrema ubi defertur, aut mutatur, aut interit; ita & Respubl. emensô periodi terminô aut planê declinant, vel novam formam expectant. Æternæ quippe rerum vices.

VI. Restat Divisio, quam expediemus dispescendô Periodum nostram 1. à *Subjectô* in Universalem & Particularem: Quemadmodum Imperii duplex respectus, ita quoque illius periodi. Illa Imperium afficit absolute: Hæc secundum quid & respectivè. *2. à Causâ*, in Necessariam & contingentem. Hæc ex materiæ vitio: Illa ex superioris Decreto. *conf. 2. Daniel. v. 21. & 4. v. 29. 3. à. Diverso* respectu in Externam, quâ Imperium exteros respicit, & Internam, quæ Sacra Imperii non egreditur. 4. à *Tempore*, in magis & minus durabilem.

SECTIO. II.

Membr. 1.

Causam tractat & subjectum.

I.

CAusas rerum noscere arduum, necessarium: Nihil enim in rerum naturâ sine causâ prodiit, quam ignorare, est rem penitus non nosse: Res plerumque quid sit, si unde sit, cognoscitur. Nostram ergò quò penetremus, eniti decet. Unam autem, nisi animus fallit, deprehendo in materiâ, aliam extra: Hæc rursus vel Eminens vel Æqualis.

II. Eminentem periodi nostræ causam statuo DEum, æternum illud immutabile, quod, in centro quasi, se quidem non, cætera verò movet & mutat. Per hunc siquidem Reges, quorum cor manibus versat, dominantur, inter nubilia modò caput condentes, mox ad tartara missi. *Prov. 8. v. 16. Jes. 14. v. 11. 12. Dan. 2. v. 11. & 4. v. 29.* Hinc surgunt caduntque Imperia. Gens sceptro modò superbiens, colla submittit: Floret nunc, decrescit, & aliam aliamque assumit faciem Respubl. Sic in scenâ res mortalium alternant. Nostra igitur Germania hôc quoque passa fatum, quô in hanc, qua volvitur, delata periodum, nisi divino nutu aut permissu, decursuram: Patriæ namque nostræ, Europæ ocello, Deum haut vigilasse quis impiè dixerit? *conf. Polyb. lib. 6. Bœcl. in Sueton. Octav. D. Polit. n. 8.*

III. Æqualis extra materiam causa sint Principes ac Respubl. de hac Imperii periodo velut certantibus auxiliares, quos si referre volupe, pro diversis Ligæ & Unionis partibus, Roma, Hispania, Anglia, Gallia, Svecia, Dania, Venetiæ, Batavia ac Helvetia mihi essent adducendæ: Hinc etenim, ceu ex fatali machinâ tanti belli seges prodiit & moles, Europæ ferè concussu. Pars regni libidine, pars defensionis studio, sanguinis vel fœderum jure debitæ, utut multos propria stimulârit charitas: Quis enim alteri cum jactura lubens subsidio venit? Auxilia non raro hostis noxâ chariora. Ita ad Annibalem Samnites: Pyrrhus nostro magis milite suas vires auxit, quàm nos suis viribus defendit. *Liv. l. 3. Dec. 3. conf. Bœcl. in 3 Histor. Tac. pr.*

IV. Causam Materialem nomen statim in materiâ seu Imperiô ejusque partibus quærendam prodit, ubi anteacta revolventi tempora, viscera sistuntur Germaniæ, in contrarias Hispanam & contra Hispanam factiones digressa, invicem luctando; Illa ut supprimat; Hæc ne succumbat; Dira illic ambitio; hic justa magis defensio.

sio. Leo Austriacus, jubas Hispaniam ultra jam executiens, Germaniam versus cæteraque regna triste torquebat supercilium, ungues, nî resecentur, minitans. Hinc metus vicinorum, indeque bellica defensio, summè nitens, quò ferox iste spelunca sua se contineat, aliis quod jus & ensis dederat relinquens. Id quia opus arduum, arduam desiderabat industriam, manum pugnacem, quæ, longè licèt belli turbine, non nisi rebus juribusque salvis lassa, hoste tamen simul lassatò, apparuit, præsentem demum Patriæ statum, invicem probandum, producens. Sic magnæ curæ magnum præmium: *Salust. in Orat. 1. de Rep. Ord.* Et crescere inter Principes difficile, crevisse invidiosum, quia minus securum; quid enim de se non credit Diis æqua potestas? *Juvenal. Satyr. 4. conf. Grot. l. B. & P. l. 2. c. 1. n. 5. Dn. Textor de Ratione stat. German. c. 5. Thucyd. Hist. l. 1. p. 14. 19. Forstner. ad Tac. p. 414. CL. Boecl. 2. Histor. Tac. p. 699.*

V. Causa, ut par erat, visâ, iter erit ad subjectum semet in sacrò sistens Imperiò, quod antiquâ Germanorum gloriâ, reliquis præreptam quasi palmam ostendit: primam quidem faciem mutatum, prisco tamen robore, si concors, adhuc terribile: Licet *Dn. Text. d. Tr. c. 9.* Statuum concordiam non in ratione Imper. (*mallem Territorii*) ponat, *v. Val. M. 5. c. 6. Thucyd. H. 2.* Id quoque Agelai Naupactii de Veteri Græciâ consilium. *Polyb. l. 5. conf. Paul. Diacon. Lib. 14. Eutrop. continuat. Boxhorn. Dissert. Pol. 1. §. 7. Tacit. in Agricol. Amm. Marc. 26. 5.* Tam amplissimum igitur Periodus nostra habet subjectum, in totò non solùm, sed & in ejus partibus conspicua, illo mutatò mutabilis. Totum cognoscitur, Imperatorem ubi & status conjungimus: Partes, ubi eos in suis separatim territoriis consideramus. Ita diversus subjecti vultus, diversus quando intuitus.

Membrum 2.

Periodum ipsam concretivè in subjecto exhibet.

I.

Patens se præbet rerum campus lustranti nunc periodum: Huic enim paulò ante junximus Germaniæ Imperium, cum quo periodus unum constituit magnæ molis corpus, argutos merens oculos, queis quamvis non instructus, in cursu tamen non cespitet ani-

III. Omnis autem Reipubl. forma vel ab initio determinatur, aut rebus jam positis contingit, veteri mutatâ. Utrumque per modum voluntatis aut violentiæ. *Illud*, dum gens superioris nescia, in Rempubl. pro ingenio ac fine suo optimam, consentit, doctrinâ civili licèt non ad unguem attentâ; aut quando nondum sic congressa, vi redigitur in corpus Politicum, ab uno vel pluribus civiliter junctis, *vid. 3. Polit. 10. Hoc*, formâ Reipubl. temporis tractu, in aliam vel consensu, vel violentiâ, eaque tam internâ quàm externâ mutatâ; aut per *παρέκβασιν, ut Aristot. 4. Polit. 8. vocat*, seu transgressionem, mutationis quid saltim recipiente: Hæ siquidem migrationes, *ut Conring. editio vertit*, regimen in modô plerumque afficiunt. *Dn. Pufendorf. ad Monzamban. c. 6. de Republ. Irregular. p. 19.* exemplum in Dictatore Roman, *v. tamen Boxh. Dissert. 9. a. quô dissentit. CL. Boecl. in not. Schmid. ectatus*, & in Duce Venetô. *Horn. O. P. p. 1. c. 4. conf. Machiav. Hist. Florent. l. 5. & conf. Boecler. c. 2. Tac. A. l. 1.* Contingunt ergò posteriori ratione mutationes; si vel ipsa Respubl. in se commota tendit ad formam novam, usque pars Civitatis potentior in debiliorem extorqueat urbis arbitrium, *sic vocat Aristot. 3. Polit. 5.* vel ubi externus Princeps populusque subjugat Rempbl. formâ regiminis aliâ impositâ: ut Athenienses Samios & Chios &c, Rex Persarum Medos & Babylonios, teste Aristot. 3. *Polit. 9.* vel, cùm ob finis, boni publici aliasve circumstantias prius mutari placet regimen, aut regentis conniventiâ nova facies irrepit. Sunt enim ut plurimum, nisi adsint repagula, in revolutione Respubl. & ad aliam aliamque tendunt regiminis formam. Ita ex Optimatum tractu nascitur non rarò paucorum dominatus, ex quo Tyrannis, hinc status popularis, ex hoc postmodum Regnum, inde Tyrannis, aut status Aristocraticè temperatus, prout ex veteri recentique Rerump. historiâ liquet. *conf. Polyb. l. 6. & Aristot. Polit. l. 5.* ubi de his latiùs. *Thuan. lib. 61. Horn. Orb. Polit. de Regn. Britan. can. 12. CL. Boecl. in c. 9. l. 1. A. Tac. n. 5. & c. 10. n. 2. Annot. Polit. add Conring. Dissert. de Republ. Hebr. n. 3. 4. & 55.*

IV. Ex dictis nunc palam est, quid constituendis in Resbupubl. potiùs attendendum, & quô pactô recipiant formas receptasque mutent, vel planè in alias, vel cum primis mixtas; ulteriùs quoque hinc patescit, Reipubl. statum esse ut plurimùm feliciorem, ad ma-

teriæ magis potentiam, quàm rigorem doctrinæ formatum. Romæ fasces tranquilliores sub Tribunis & COSS. quàm his solis, Oligarchicè plerumque regnantibus, quantum ex Liviô deprehendere licet. *add. Eutrop. Lib. 1. Histor.* Ab his enim Senatuque populus pressus sibi Tribunos Plebis, quasi proprios judices ac defensores creavit, per quos contra Senatum & Consules tutus esse posset. *Verba sunt Eutrop. d. l.* Sub solis COSS. quoad doctrinam, forma erat optima, Aristocratica, minimùm eminent. Sub utriusque mixta, & quòd ajunt, monstrosa ac pessima. Sed hæc quoad finem optima, illa pessima. *v. tamen Boxhorn. Dissert. XIII. ibique Schmid. p. 401. & Disp. X. Ampl. Boecl. ad 1. c. 1. A. Tac. p. 16. & 21.* Quis verò ita durus, ut pro formâ doctrinali, sit venia sic loquenti, extorquendâ, Rempubl. ejusque finem velit pessundare? Reipubl. enim causâ est doctrina Civilis, non ut illa huic, sed hæc illi ancilletur. Venetiæ, maritimi Orbis oculus & metropolis, cui Rerumpubl: antiquitate, gloriâ cedunt & potentiâ? quamvis in formâ, subtilis Politica habeat fortè, quod censeat. Livius, si Cominæo fides, *de Bell. Neapolit. l. 8.* Venetis Patribus familiarior fermè Aristotele, utut in hoc nec desit, quod tali Reipubl. cōgruat. v. *ὁ πάνυ Conring. in præf. ad Arist. Polit.* Hinc, ut somnium videri cupit Politica, materiæ capacitate fuerit contenta, nec, quæ non impetrat, speret: Votis saltim in vitâ morali non vivitur.

V. Per modum voluntatis igitur constitutâ, in liberâ gente, Rempubl. formâ, *conf. sup. n. 3. h. m.* Regentis citra consensum non datur mutatio. Per conventionem enim, quâ [illegible] pareat, hic imperet, in quantum de fine civitatis, Jus huic quæsitum, invito non auferendum. Violenter verò in corpus morale coactis, plus licere videtur. Violentum siquidem tanti non est, quàm spontaneum excussisse jugum: Hic violatur pacta fides; illic Jus victoriæ, quod bellò insolenti partum adeò sanctum non est, quin sic suppressi, datâ occasione, respirare queant in libertatem, connivente præsertim victore. *add. Grot. J. B. & P. l. 1. c. 4. n. 16. & l. 2. c. 22. n. 8. 10. Pufendorf. Elem. Jur. Univer. l. 2. axiom. 2. Boxhorn. Disquis. Polit. cas. 3.* Quod denostrâ quoque Germaniâ venerabilis loquitur antiquitas. Non enim planè jugulaverat domitor Caroli M. gladius libertatis in Proceribus memoriam. Virtus aliquando victis in Præcordia redit, alliciente occasio-

casione, quâ Statibus variè oblatâ, formam hanc liberiorem posuere Imperio. *conf. Machiavell. Princ. c. 5. & 6. ubi multa de occasione. Excell. Dn. Bosius in Agricol.* §. 7. I nunc superba gens mortalium, altero, dum hîc negatur, orbe dominatura: Ite Monarchistæ, vestra in cerebrô, parum in Imperio nostro præstat doctrina: vestra vobiscum monstra reportate, nobis Respubl. si concors, sat formosa. Discordia non tam à formâ, quàm affectibus. Aut quid monstrosius? Vestram applicandô doctrinam, uti luctuosa erant tempora, illa rumpere Imperia an hanc fovendô formam salutem stabilire patriæ. Supra Politicam in accidentalibus Respublica. *add. Aristot. 3. Polit. 5.*

VI. Insacra regni Statibus sic admissis, forma Reipubl. alia; Antè Monarchica, nunc per Optimates Civiliter temperata, hinc Monarchia Aristocratica. Nunc enim, sic stantibus rebus *uni non redditur ratio, v. Cl. Boecl. in* 1. *c.* 5. *Ann. Tac. n.* 8. nec aliter salus obtinetur Imperii: Hæc Lex suprema, *Cic. offic.* 1. præcepta Monarchica despicit. Inde tamen haut statim monstrum, limitatum inter Regnum & fœdus, fluctuans. Quod enim statibus & Cæsari reciproca sit renitentia, non à formâ necessariò descendit, licèt non negetur, ejusmodi formam laudari faciliùs, quam evenire, aut si evenit, haut diuturnam esse. *Tacit. 4. Annal. Forstner. Judic. de modern. Imper. Statu. p. 15.* Accidit, sic turbari Rempubl. quæ respectu formæ tranquilla, quælibet ubi pars suâ forte fuerit contenta. Arctioris regni studium, & Statuum contrà libertatis tutesa tales fluctus cient, ut contra formam machinandô tanta demum mala prodeant. Ita Respubl. Romana tranquilla, dum COSS. tranquilli cum Tribunis; Illis in populi jura tendentibus bella Civilia. Polonia Regnum Aristocraticum turbidam præfert faciem, Proceres inter & Regem ubi est æstus: Benè verò invicem covenientibus satis beata Respubl. Vitium igitur potius à personâ, quàm formâ: Non secus ac litigia ex immodicâ hominum cupidine, nequicquam verò rerum separatione ac dominiô fluunt. *Aristot. 2. Polit. 3.* Pariter in homine scelesto quis non tam rationem culpabit & affectus, quàm pravam istius inclinationem. Felix Respubl. formâ populo aptâ, sanctè servata, turbo ubi invidia & ambitio, vel optimæ intredum formæ corruptrices. *v. Aristot. 2. Polit. 2. Boecl. ad 2. Histor. Tac. p. 699.*

VII Nec monstrum aut huic simile in formâ Imperii duplici, unius licèt rei non censeantur dari plures formæ. Positô enim unâ in re-

unam esse formam, idem tamen de Imperiô nostrô æquus ejus censor non diffitebitur. Forma Imperii substantialis una, duplex tamē ex accidenti apparet. Esse siquidem Reipubl. non iussit, sed contingit, illam vel ab uno vel unô pluribus idque conjunctim aut divisim, prout salus ejus expetit, administrari. *Arist. 3. Polit. 5.* Sic nostræ Reipubl. Majestas, ut formale principium, unam, quia unum, constituit Reipubl. formam: prout autem in distincto regentis existit subjectô, Cæsaris & Statuum, distinctæ oriuntur formæ, eæ tamen accidentales, quippe desumtæ ab existentiâ in subjecto accidentali, à quo ipsam formam essentialem, quæ una, hinc indivisa, velle duplicem ponere, contra naturam unius esset. Misceri autem videntur formæ istæ, ratione subjecti communis, cui insunt & quô terminantur; hinc, ut dicunt, Respubl. mixta, moralis tamen, si aliqua, saltim est mixtura, utut, me quidem judice, ejusmodi Respubl. meliùs nuncupetur *temperata*. Nam duæ istæ simplices formæ, si non communi, singulari tamen sejunctæ ac circumscriptæ sunt subjecto. simul quidem, sed non mixtè, operantes. Temperata autem vocabitur ob castiorem juxtim ac æqualem vocis intellectum. Is enim finis, ea potissimùm ejus Reipubl. intentio, ut temperetur libido arctioris Imperii: Hoc charum principi, populo exosum; affectat ille, hic aversatur, hinc hujus temperamenti origo. Populus enim libertatis amans, ne demum fiat mancipi, ponit regiminis repagula, suique munimenta, incipiente aut constitutâ jam Republ. maximè electitiâ: Illa verò aut in fundamentalibus saltim pactis & legibus subsistunt, aut in formam Reipubl. simul abeunt, pro diversâ illorum conceptione, id tamen ut plurimûm habent, quòd primò capacia, tractu verò temporis, nassæ instar, arctiora fiant. Et sanè, uti temperata sunt optima, Respubl. ita moderatas optimas opinor, Respubl. enim quantò meliùs temperata, tantò stabilior habetur. *Arist. 4. Polit* 11. *Boecl in* 1. *Ann. Tac.* 11. *n.* 6. *Annot. Pol.* Corpus naturale sanum est, ubi anima corporis actum imperatura vires membrorum priùs explorat, his infirmis cessans potiùs, quàm cum illorum pernice agens: Sic corpus morale, non tamen cujusvis populi, felix ac stabile videtur, cujus partes nobiliores regni simul gustant dulcedinem: Raro quippe unius animus firmus tantæ moli benè sustinendæ. Purpura multorum sæpè illecebra, & quid ibi non fiat, ubi

quod

quod libet, pro lege est, innocentia in arbitriô Affectus sibi Lex & Judex quorsum tandem non degenerant? Hinc Rempubl. temperamenta, ne ineffrenis potestas in libidinem eat & tyrannidem. Roma, gentium victrix, in statu Poliarchico, plerumque turbulenta, COSS. strictum in Imperium: Populô verò in libertatem nitentibus: Illud antiquô regû odiô infestum, hæc nova dulcedine grata: Hinc perpetua contentio, sopita tandem temperatâ Patrum ambitione per Tribunos eorumque Consulatum. *vid Liv. Dec. 1. l. 13. & 7. Boxhorn. Diss. 12.* Ast quæ non sub Cæsarum vagâ pòst sustinuit potentiâ, tegum quasi exactionem luens? Per omnes enim Rerumpubl. formas hactenus acta impotentis felicitatis ac potentiæ fatô in servitium ruit. *conf. Tac. 1. A. 7. ibiq. Boecl. Vellejus l. 2. pr. Boxhorn. D.* 14. Respubl. Veneta in priscam Romanorum gloriam nata, non aliunde cæteris antecellit Rebusp. quàm quod optimè sit temperata, Monarchiâ, Aristocraticâ, Statuque populari: illic externa majestas, summa potestas isthîc basis totius Reip. en perfectum exemplar, ex omnibus formis Rerump. simplicibus compositum. Duodecim floruit Secula, florebit diutiùs Status ejus inclytus, Serenissimus. *conf. Boecler. in. Tacit. Annal. l. 1. c. 1. ubi latius & eruditè.* Unde prudens Polybius l. 6. optimam judicat Remqubl. ex formis optimis temperatam, utpote revolutionibus non ita obnoxiam, dum jam complectitur, in quod simplices aliàs inclinant Respubl. volvendô se de unâ in aliam regiminis formâ. Ita Lycurgus Laconum formavit Rempubl. quam imitati Cretenses. *vid. Aristot. 2. Polit. 4. Boecl. cit. loc.* Parlamentum Angliæ efficax regni temperamentum, cujus autoritatem ubi Rex non violat, purpura ejus felix & regia; secus in felix ac tragica. Poloniæ sceptrum mitigat Aristocratia, nec Sueciam omnis temperamento expertem exhibet Regni Senatus. Ita pleræque, nisi Despoticæ, quicquam cæteris ex formis habent Respubl. maximè nostra Germania, cujus Aquilæ ungues Statu Optimatum mollescunt. *v. Conring. Animadv. in Machiav. Princ. c. 3.*

VIII. Prolixi penè lustravimus periodum in Imperii formâ, nûc & in Imperio ipso, simpliciter & cum respectu consideratô, videbimus. Respubl. nostra, quatenus exteros respicit, suam ibi quoque circumfert periodum, hinc Status ratio extrinseca, ubi Hannibal

aut Camillus, hostis vel amicus erit. Hostes inter trux & formidabilis Mahomet IV. eundem cum Sacratissimô Leopoldô nostrô, det DEus bono omine, sortius natalem A. 1640. Flagrant oculi ejus & animus nostrum versus Imperium, ex transversô, si directò nequit, petendum; unde rabidi instar canis terrâ mox & mari ejus anhelat latera: Hîc Tyrrhenas sulcans undas, illic per Cosacos Poloniam, aut hac missâ, Hungariam tentans, ob callidam Status rationem formidabilis. Franciam amicis num annumeres, tibi, Germania, relinquo. Amicum consilia probant & eventus, non verba & oculi, fallaces rerum indices; nubila si fuerint tempora, qualis sit cognosces. Sarmatica Soror, Cosaco-Turcico molimini intenta, Germaniam situ & nuptiis sibi affinem colit. Hungariam procerum cruore & Turciconunc insultu funestam non excitabo. Leo Belgicus tibi litem non moverit, ei modò septem non lacesseris sagittas: Burgundia verò possit esse belli alea. Suecus & Danus Aquilam nostrâ vellicare pro religione duxerint, plumas in eâ suas mulcentes. Lothariugiam hibridam Imperii provinciam adeò amicam non putant, homagium, dura vox, Gallo præcinenti cantantem. Minus periculi in Alpibus; ob vindicias etenim secundum libertatem Imperium comiter venerantur. Septicollis sedes, Turcicis contra Poloneam ac Mediterranea conatibus anxia, tranquillè, modò liceat, sedebit. Hæc de his sufficient, meum non est ulteriùs ire: Ardua sunt, periculosa, nec cuivis licita.

IX. Regredienti ad nostram in ipso Imperiô periodum, obviàm se fert Aquila in universo spectata. Rara inter aves: Deplumis, non tamen sine plumis, quas aliis, decori concessas, in ornatum sui refert, quibusdam hoc probãtibus; aliis planè negantibus; hinc galeæ, illinc tiaræ cristis ejus sat superbiẽtes, quas nostra hîc, nõ in se, rostro quærat acutô. Caput habet, sed inter capita, sola nunquam ni sim nidò phœnice rarior: Ille flamas, ut renascatur, sibi subdit, hæc ut extingnatur sciens, ex suo cinere novas vix prodire Aquilas. [Tiberim umb à septivertice amœnum, juxta quosdam,]diu coluit, trans alpes post Germaniæ sinum invo âs, hinc an migrabit, Deo cogniũ Eoa q idem vocat Diana, sagittam, ut veteri deturbet nidò, conto quens; nec alliciens silet gallicinium: Sed Deus velit, ut vocen tantùm & alliciant. Noctes illius rore an sanguine madidas a bruta

cisque

eisque similes appetant, hujus verò arrogantiam gallinæ tolerent, non Aquilæ; Aquila Jovis tantùm ferre fulmina novit: his nostra regitur Germania. Tristis ei solitudo, velit Deus regnorum arbiter, ut pullos videat feroces, vegetos, ne fortè surgant de nido sterili funesta certamina. Liberi quippe imperii subsidia & munimenta. *Tacit. 1. Annal. & Histor. 4.*

X. Perioduus Imperii in universô considerata se nunc in partes exsolvit, quas aperto & clausô Janô contemplabimur. Janiculum apertum nostra Respubl. ut talis, Deus porrò prohibeat! de præsenti non videt, modò proximus ardens Ucalegon flammas non mittat fumantes. intrinsecùs tamen membra quædam figunt refiguntque tentoria, plurimùm contra simias Principum. Sic Occarus cinctæ matris, quâ excipitur, precibus imbelles, sed frustrà. pulsabat nuper Hanseaticas: nunc ex ejus forte Bataviæ æmula cæteræque sibi Sibyllæ fingunt folia. Insulam aliæ, aliæ galeam metuunt. jactâ velut de ipsis tesserâ. Bonum hîc jureniti, melius gladiô,

XI. Claudatur nunc Janiculum, sitque Germaniæ semper clausum, exinde namque nihil. nisi cruor Martius ruit: Nostrâ autem periodô sic circa Janum versante, pacis surgunt halcyonia, divinis juxta & humanis cultum pollicendô. In divinis maximè pietas, hæc in religione, quæ hodie triplex Imperio probata, conscientiæ libertati terminum ponit. in varias ne degeneret sectas. *v. art. 7. J. P.* Civilis enim Potestas prohibet, non ut de rebus divinis quis aliter-quam conceperit, sentiat, sed ne conceptum, si erroneus aut non probatus, liberè prodat: Illud internam, hoc externam mentis libertatem respicit; hoc sub Imperio politico, illud sub DEO cordis judice: Promiscua enim in religione autonomia, pluriùm in Repub. malorùm causa, inde ejus circumscriptio â seculari pendens potentiâ. *Conf. Magnific. Dn. Beckman. Patronus mihi devotè colendus Exercit. A. B. IX. n. 49. seqq. & Dn. Pufendorff. Elem. J. N. l. 2. ax. 2. & latè Anton. Faber. tract. de Religion. in Rep. regend. c. 5. l. 2.* Religionis autem exercitium tam publicum quam privatum ex termino *A. 1624. J. P. art. 5. §. 12.* Restitutio bonorum Ecclesiastic. insupr. ex die 1. Januar. dictia. añi æstimatur, mixtæ religionis civitatibus Imper. ad æqualitatem redactis, *art. 5. §. 2. J. P.* Dicto autem termino, religionis libertate non gavisis, devotio cæteraque domestica, apud vicinos

caput eligitur, à majori Electorum numerô, quem & ipse eligendus constituit. *v. A. B. c. 2.* §. 4. Extraordinaria, dum adhuc vivô, quâvis invitô, Imperatore, futurus regni destinatur Successor, ne locus sit interregno, rarò felici, vicesque absentis fortè Imperatoris suppleantur: Hæc originem ad superius refert seculum, & quidem, tempora Ferdin. I. ubi, num esset ère Imperii, an electionis libertati opposita, multa per Saxonem pisceptatio, transactione pòst & Capitulation. modernis sopita: *Magnific Strauch. Præceptor ac Patronus mihi maximè venerandus Dissert. J. P. X. n. 10. conf. Monzamb. c. 4. §. ult. Horn. O. P. p. 1. de Imp. R. G. can. 6.* Sic qui olim Cæsar *v. Aurel. Vict. in Trajan.* hodiè Rex Romanorum audit, illi, cujus *A. B.* sæpiùs meminit *v. c. 1. §. 1. ibiq; Limnæus obs 3. it. §. 19. d. c. & §. 1. c. 5. Capit. Ferd. III. art. 38.* Huic, quà tali, potentiâ Majestatem, certô casu exercendam, absurdè forsan non tribuas: Nihil aliàs conferret electio, si ex delegatione Imperatoris penderet ejus potestas. *v. Spreng. J. P. p. 116.* Interregni autem tempore Imper Rege Romano viduum regunt Vicarii, Saxo, ubi Saxonicum, Palatinus ubi Franconicum olim hodieque obtinent jura; hinc in literis Denunciator: in Landen des Sächsischen Rechten / und an enden in unser Vicariat gehörig. *apud Limn. obs. 7. ad c. 5. 6. 2. A. B. prælaudat. Dn. Strauch. Exot. 3. n. 1.* Juris enim prædicti ceu signi mutatio ipsam rem tollere non videtur. Par imperatotiæ Vicariorum potestas, exceptis tamen casibus, quos A. B. §. *1. c. 5. & Dn. Bechman. Exot. J. P. V. de Vicariat. Imp. latè recenset,* Eorumque legitimè gesta recens Imperator confirmat Palatinus quidem cum Bavarô litem de Jure hoc reciprocat, occasione *art. 4. J. P.* ultimô interregnô, post mortem Ferdinand. III. maximè agitatam, tum fermè interceptâ à Bavaro Juris possessione: Hæc tamen hactenus pendet controversia, Jmperiale decisum expectans, scriptis interim modò pro Bavarô, & ut volunt justiùs, pro Palatino litigantibus. Fundamenta utriusque *ex Spreng. J. P. p. 269 seq. Burgold. ferè refert ad J. P. part. I. Disc. XXVI. v. Monzam. c. 4. § 5.* Et hæc, in quantum ad præsens, de Statu Monarchico ejusque connexis.

XVI. Aristocraticus Status Electione constat ac successione: Hæc in secularibus, in Ecclesiasticis illa spectatur: *conf. Strauchius Noster Exot. 2. th. 3.* Ex Capitulis eliguntur Ecclesiastici, suntque, Archiepisco-

piscopi vel Electores, ut Moguntinus, Trevirensis & Coloniensis, vel non Electores, ut Salisburgensis, Vesontinus. Bremensis, & Magdeburgicus in Duces seculares transitum partim fecerunt, partim minantur. *v. art. 10. & 11. J. P.* Episcopi, quorum olim numerabant triginta duos, ex iis tamen plerique apud Protestantes seculum olent, præter Lubecensem, quem Duces Holsatiæ sistunt: Prælati-Principes, ut magister Ordinis Teutonici, cui prima inter Episcopos sessio, & D. Johannis f. Equitum Maltens. qui locum capit ante Principes-Abbates & Prælati simplices ut & Abbatissæ. Seculares succedunt, nisi de novô quidam creentur; sunt autem vel Electores, quorum post *J. P. art. 4.* Quinque: illorum primus Rex Bohemiæ, quē, sicut olim Carol. IV. *v. proœm. A. B. ibiq; Limn. obs. 18.* præsentat Imperat. Loepold. *conf. Magnum J. P. Interpretem Strauchium Nostrum Exot. 2. th. 11.* vel Archiduces, Duces, cujus nominis aut propriis aut junctim in aliis familiis, Germania duodecim habet: ut Saxoniæ, Bavariæ, Brunsvico - Lüneburgici, Bremenses, Verdenses, Pomerani, Wurtenberg: Meklenburg: Lavenburgici, Holsatiæ, Sabaudiæ & Lotharingiæ, licèt posteriores duo res à Germaniâ separatas ferè ostendant. Principes, quorum alii nudô hoc titulô contenti, ut Anhaldini, alii præter hunc pluribus conspicui, ut Principes Saxoniæ &c. Comites Palatini, Conmites Principes, ut Montpelgardenses, quos Wurtembergici, & Tirolenses, Kyburgi &c. quos Austriaci gerunt; Marchiones, Landgravii, Burggravii, Comites, Barones & Imperii Civitates liberæ. *vid. imprimis de Marchion. Illustris Thomas, Cancell. Saxo. Altenburg. Insigne Civil. prudentiæ Ornamentum, in Disc. Jurid. de Finibus posit. IV. Burgold. ad J. P. part. I. Disc. XIX. XX. XXI*

XV. Periodus, missô nunc regimine, transit ad Imperii Senatum, cui, octo licèt annorum laboribus lasso, finis, mole non exhaustâ, necdum adeò certus *v. tn. Monzamb. c. 5. §. 24.* Ille autem vel est *Universalis* quô Cæsar & Status universi tres in Curias, Electorum, arcanô dignatis, Principum & Civitatum dispositi, posterioribus *art. 8. J. P.* ad votum Decisivum, sine Re & Correlatione, (quam tamen, sed contra consensum Electorum & Princip. ut sequelam 1654 ambiere,) admissis. *Text. de Rat. Sat. Germ. c. 13* de Imper. salute deliberant, ille proponendô, hi per vota Curiata, non ad classes, sed numerum majora, sub Director; consultandò; utrique tandem, post

recir

reciprocam rei agitationem, in unum cocludendô decretum, quod Deputati pôst in Recessum redigunt. Vel est *Particularis*, isque aut *Ordinarius*, quô Cæsar & Elect. cum certis Statibus in duobus Electorum & Principum Collegiis, de ingruente Reip. negotio agunt; aut *Extraordinarius*, ubi punctus plenum in Comitiis Senatum non merens, per Status selectos ventilatur: Germam. Reichs-Ausschuß: licèt posteriores nec è re Imper. nec Statuum censeant. *Du. ab Specr-den C. J. p. 281.* Sunt insuper & alii Senatus *Particulares*, ut *Electorales*, quibus vel de Imperatore eligendo, vel de Imperii tranquillitate agitur. *A. B. c. 12.* §. *1.* hujus tamen curam, *vi art. 8. J. P.* hodiè sibi soli Electores vix vindicant. Communis quippè metus & salus commune Imperii jubet suffragium: item *Circulares*, dum quilibet Imper. Circulus, nepost rem forsan afferantur consilia, de præsẽti sibi vigilat periculô. Deliberat autem J. Senatus, quãtum conjicitur, de illis, quæ vi *art. 8. J. P.* restans, nisi fortè pleraque composita, nondum tamen publici juris: Hinc, ut præ cæteris jura Cæsaris stabiliantur & Statuum, Perpetuam, quod ajunt, meditatur Capitulationem, nec quondam inter ardua sepositam. *Text. d. d. Tr. c. 8. & 18.* Quæ, num. omni ex parte fiat perpetua, eris indaginis: Res utpote varians ratiò admittit jura perpetua, nisi distinguas inter formam ac Imper, fundamentum, & ejus rationem Status; unde putant Electoribus rei tam difficilis remisisse ardorem, quamvis non ita Statibus reliquis. *add. Boxh. Disqu. Polit. cas. 48 in Jud.* Multis quid & quomodo hîc agendum, curiositas; ast Illustres, quibus Comitia gloriantur, animæ prudentiam forsan aliunde non expectant. Hactenus à Carol V. (sic cœrcenda erat hujus indomita ambito) quantum cõstat, altiùs quidem originem petunt. *Text. cit. tr. &c. pr.* usque ad Leopold. I. tot, formæ præsentis, Capitulationes, quot Electiones, tractu suo quasi perallu vionem adauctæ. Ex solâ Electorum officinâ hucusque prodierant, donec & cæteri Stâtus, sub Rudolph. II. illis, necquicquam solicitantibus, ultroneam offerrent operâm cui, ut solet, semper neglectæ ne nulla tandem sit merces, utrorumque captata hîc industria, ut ô eoque durabili cômponenda videbatur opere, quod an tot manus leve reddent, tempus revelabit. *art. 8. J. P. verb. in prox. & Princip. Monit. ad Capit. Leop. concl. n. 1. 2. Magnif Præf. Exer. 4. n. 10.* Maximè porrò cùm intersit, Statum Optimatum esse certum,

teriæ magis potentiam, quàm rigorem doctrinæ formatum. Romæ fasces tranquilliores sub Tribunis & COSS. quàm his solis, Oligarchicè plerumque regnantibus, quantum ex Liviô deprehendere licet. *add. Eutrop. Lib. 1. Histor.* Ab his enim Senatuque populus pressus sibi Tribunos Plebis, quasi proprios judices ac defensores creavit, per quos contra Senatum & Consules tutus esse posset. *Verba sunt Eutrop. d. l.* Sub solis COSS. quoad doctrinam, forma erat optima, Aristocratica, minimùm eminent. Sub utrîusque mixta, & quòd ajunt, monstrosa ac pessima. Sed hæc quoad finem optima, illa pessima. *v. tamen Boxhorn. Dissert. XIII. ibique Schmid. p. 401. & Disp. X. Ampl. Boecl. ad 1. c. 1. A. Tac. p. 16. & 21.* Quis verò ita durus, ut pro formâ doctrinali, sit venia sic loquenti, extorquendâ, Rempubl. ejusque finem velit pessundare? Reipubl. enim causâ est doctrina Civilis, non ut illa huic, sed hæc illi ancilletur. Venetiæ, maritimi Orbis oculus & metropolis, cui Rerumpubl: antiquitate, gloriâ cedunt & potentiâ? quamvis in formâ, subtilis Politica habeat fortè, quod censeat. Livius, si Cominæo fides, *de Bell. Neapolit. l. 8.* Venetis Patribus familiarior fermè Aristotele, utut in hoc nec desit, quod tali Reipubl. cõgruat. v. *ὁ πάνυ Conring. in præf. ad Arist. Polit.* Hinc, ut somniam videri cupit Politica, materiæ capacitate fuerit contenta, nec, quæ non impetrat, speret: Votis saltim in vitâ morali non vivitur.

V. **Per modum voluntatis igitur constitutâ, in liberâ gente, Rempubl. formâ,** *conf. sup. n. 3. h. m.* Regentis citra consensum non datur mutatio. Per conventionem enim, quâ ille pareat, hic imperet, in quantum de fine civitatis, Jus huic quæsitum, invito non auferendum. Violenter verò in corpus morale coactis, plus licere videtur. Violentum siquidem tanti non est, quàm spontaneum excussisse jugum: Hic violatur pacta fides; illic Jus victoriæ, quod bellò insolenti partum adeò sanctum non est, quin sic suppressi, datâ occasione, respirare queant in libertatem, connivente præsertim victore. *add. Grot. J. B. & P. l. 1. c. 4. n. 16. & l. 2. c. 22. n. 8. 10. Pufendorf. Elem. Jur. Univers. l. 2. axiom. 2. Boxhorn. Disquis. Polit. cas. 3.* Quod de nostrâ quoque Germaniâ venerabilis loquitur antiquitas. Non enim planè jugulaverat domitor Caroli M. gladius libertatis in Proceribus memoriam. Virtus aliquando victis in Præcordia redit, alliciente occasio-

casio-

casione, quâ Statibus variè oblatâ, formam hanc liberiorem posuere Imperio. *conf. Machiavell. Princ. c. 5. & 6. ubi multa de occasione. Excell. Dn. Bosius in Agricol.* §. 7. I nunc superba gens mortalium, altero, dum hîc negatur, orbe dominatura: Ite Monarchistæ, vestra in cerebrô, parum in Imperio nostro præstat doctrina: vestra vobiscum monstra reportate, nobis Respubl. si concors, sat formosa. Discordia non tam à formâ, quàm affectibus. Aut quid monstrosius? Vestram applicandô doctrinam, uti luctuosa erant tempora, illa rumpere Imperium an hanc fovendô formam salutem stabilire patriæ. Supra Politicam in accidentalibus Respublica. *add. Aristot. 3. Polit. 9.*

VI. In sacra regni Statibus sic admissis, forma Reipubl. alia; Antè Monarchica, nunc per Optimates Civiliter temperata, hinc Monarchia Aristocratica. Nunc enim, sic stantibus rebus *uni non redditur ratio, v. Cl. Boecl. in 1. c. 3. Ann. Tac. n. 8.* nec aliter salus obtinetur Imperii: Hæc Lex suprema, *Cic. offic. 1.* præcepta Monarchica despicit. Inde tamen haut statim monstrum, limitatum inter Regnum & fœdus, fluctuans. Quod enim statibus & Cæsari reciproca sit renitentia, non à formâ necessariò descendit, licèt non negetur, ejusmodi formam laudari faciliùs, quam evenire, aut si evenit, haut diuturnam esse. *Tacit. 4. Annal. Forstner. Judic. de modern. Imper. Statu. p. 15.* Accidit, sic turbari Rempubl. quæ respectu formæ tranquilla, quælibet ubi pars suâ sorte fuerit contenta. Arctioris regni studium, & Statuum contrà libertatis tutela tales fluctus cient, ut contra formam machinandô tanta demum mala prodeant. Ita Respubl. Romana tranquilla, dum COSS. tranquilli cum Tribunis; Illis in populi jura tendentibus bella Civilia. Polonia Regnum Aristocraticum turbidam præfert faciem, Proceres inter & Regem ubi est æstus: Benè verò invicem convenientibus satis beata Respubl. Vitium igitur potius à personâ, quàm formâ: Non secùs ac litigia ex immodicâ hominum cupidine, nequicquam verò rerum separatione ac domin ô fluunt. *Aristot. 2. Polit. 3.* Pariter in homine scelesto quis non tam rationem culpabit & affectus, quàm pravam istius inclinationem. Felix Respubl. formâ populo aptâ, sanctè servata, turbo ubi invidia & ambitio, vel optimæ interdum formæ corruptrices. *v. Aristot. 2. Polit. 2. Boecl. ad 2. Histor. Tac. p. 699.*

VII. Nec monstrum aut huic simile in formâ Imperii duplici, unius licèt rei non censeantur dari plures formæ. Positô enim unâ in re-

unam

unam esse formam, idem tamen de Imperiô nostrô æquus ejus censor non diffitebitur. Forma Imperii substantialis una, duplex tamẽ ex accidenti apparet. Esse siquidem Reipubl. non influit, sed contingit, illam vel ab uno vel unô pluribus idque conjunctim aut divisim, prout salus ejus expetit, administrari. *Arist. 3. Polit. 5.* Sic nostræ Reipubl. Majestas, ut formale principium, unam, quia unum, constituit Reipubl. formam: prout autem in distincto regentis existit subjectô, Cæsaris & Statuum, distinctæ oriuntur formæ, eæ tamen accidentales, quippe desumtæ ab existentiâ in subjecto accidentali, à quo ipsam formam essentialem, quæ una, hinc indivisa, velle duplicem ponere, contra naturam unius esset. Misceri autem videntur formæ istæ, ratione subjecti communis, cui insunt & quò terminantur; hinc, ut dicunt, Respubl. mixta, moralis tamen, si aliqua, saltim est mixtura, utut, me quidem judice, ejusmodi Respubl. meliùs nuncupetur *temperata*. Nam duæ istæ simplices formæ, si non communi, singulari tamen sejunctæ ac circumscriptæ sunt subjecto. simul quidem, sed non mixtè, operantes. Temperata autem vocabitur ob castiorem juxtim ac æqualem vocis intellectum. Is enim finis, ea potissimùm ejus Reipubl. intentio, ut temperetur libido arctioris Imperii: Hoc charum principi, populo exosum; affectat ille, hic aversatur, hinc hujus temperamenti origo. Populus enim libertatis amans, ne demum fiat mancipi, ponit regiminis repagula, suique munimenta, incipiente aut constitutâ jam Republ. maximè electitiâ; Illa verò aut in fundamentalibus saltim pactis & legibus subsistunt, aut in formam Reipubl. simul abeunt, pro diversâ illorum conceptione, id tamen ut plurimûm habent, quòd primò capacia, tractu verò temporis, nassæ instar, arctiora fiant. Et lanè, uti temperata sunt optima, Respubl. ita moderatas optimas opinor. Respubl. enim quantò meliùs temperata, tantò stabilior habetur. *Arist. 4. Polit 11. Boecl. in 1. Ann. Tac. n. n. 6. Annot. Pol.* Corpus naturale sanum est, ubi anima corporis actum imperatura vires membrorum priùs explorat, his infirmis cessans potiùs, quàm cum illorum pernice agens: Sic corpus morale, non tamen cujusvis populi, felix ac stabile videtur, cujus partes nobiliores regni simul gustant dulcedinem: Raró quippe unius animus firmus tantæ moli benè sustinendæ. Purpura multorum sæpè illecebra, & quid ibi non fiat, ubi

quod

quod libet, pro lege est, innocentia in arbitriô Affectus sibi Lex & Judex quorsum tandem non degenerant? Hinc Rempubl. temperamenta, ne ineffrenis potestas in libidinem eat & tyrannidem. Roma, gentium victrix, in statu Poliarchico, plerumque turbulenta, COSS. strictum in Imperium: Populô verò in libertatem nitentibus: Illud antiquô regũ odiô infestum, hæc nova dulcedine grata: Hinc perpetua contentio, sopita tandem temperatâ Patrum ambitione per Tribunos eorumque Consulatum. *vid Liv. Dec. 1. l. 23. & 7. Boxhorn. Diss. 12.* Ast quæ non sub Cæsarum vagâ pòst sustinuit potentiâ, tegum quasi exactionem luens? Per omnes enim Rerumpubl. formas hactenus acta impotentis felicitatis ac potentiæ fatô in servitium ruit. *conf. Tac. 1. A. 7. ibiq. Boecl. Vellejuc l. 2. pr. Boxhorn. D.* 14. Respubl. Veneta in priscam Romanorum gloriam nata, non aliunde cæteris antecellit Rebusp. quàm quod optimè sit temperata, Monarchiâ, Aristocraticâ, Statuque populari: illic externa majestas, summa potestas isthîc basis totius Reip. en perfectum exemplar, ex omnibus formis Rerump. simplicibus compositum. Duodecim floruit Secula, florebit diutiùs Status ejus inclytus, Serenissimus. *conf. Boecler. in. Tacit. Annal. l. 1. c. 1. ubi latius & eruditè.* Unde prudens Polybius l. 6. optimam judicat Remqubl. ex formis optimis temperatam, utpote revolutionibus non ita obnoxiam, dum jam complectitur, in quod simplices aliàs inclinant Respubl. volvendô se de unâ in aliam regiminis formâ. Ita Lycurgus Laconum formavit Rempubl. quam imitati Cretenses. *vid. Aristot. 2. Polit. 4. Boecl. cit. loc.* Parlamentum Angliæ efficax regni temperamentum, cujus autoritatem ubi Rex non violat, purpura ejus felix & regia; secus in felix ac tragica. Poloniæ sceptrum mitigat Aristocratia, nec Sueciam omnis temperamento expertem exhibet Regni Senatus. Ita pleræque, nisi Despoticæ, quicquam cæteris ex formis habent Respubl. maximè nostra Germania, cujus Aquilæ ungues Statu Optimatum mollescunt. *v. Conring. Animadv. in Machiav. Princ. c. 3.*

VIII. Prolixi penè lustravimus periodum in Imperii formâ, nũc & in Imperio ipso, simpliciter & cum respectu considerato, videbimus. Respubl. nostra, quatenus exteros respicit, suam ibi quoque circumfert periodum, hinc Status ratio extrinseca, ubi Hannibal

aut Camillus, hostis vel amicus erit. Hostes inter trux & formidabilis Mahomet IV. eundem cum Sacratissimô Leopoldô nostrô, det DEus bono omine, fortius natalem A. 1640. Flagrant oculi ejus & animus nostrum versus Imperium, ex transversô, si directò nequit, petendum; unde rabidi instar canis terrâ mox & mari ejus anhelat latera: Hîc Tyrrhenas sulcans undas, illic per Cosacos Poloniam, aut hac missâ, Hungariam tentans, ob callidam Status rationem formidabilis. Franciam amicis num annumeres, tibi, Germania, relinquo. Amicum cousilia probant & eventus, non verba & oculi, fallaces rerum indices; nubila si fuerint tempora, qualis sit cognosces. Sarmatica Soror, Cosaco-Turcico molimini intenta, Germaniam situ & nuptiis sibi affinem colit. Hungariam procerum cruore & Turciconunc insultu funestam non excitabo. Leo Belgicus tibi litem non moverit, ei modò septem non lacesseris sagittas: Burgundia verò possit esse belli alea. Suecus & Danus Aquilam nostrâ vellicare pro religione duxerint, plumas in eâ suas mulcentes. Lothariugiam hibridam ImPerii provinciam adeò amicam non putant, homagium, dura vox, Gallo præcinenti cantantem. Minus periculi in Alpibus; ob vindicias etenim secundum libertatem Imperium comiter venerantur. Septicollis sedes, Turcicis contra Poloneam ac Mediterranea conatibus anxia, tranquillè, modò liceat, sedebit. Hæc de his sufficient, meum non est ulteriùs ire: Ardua sunt, periculosa, nec cuivis licita.

IX. Regredienti ad nostram in ipso Imperiô periodum, obviàm se fert Aquila in universo spectata. Rara inter aves: Deplumis, non tamen sine plumis, quas aliis, decori concessas, in ornatum sui refert, quibusdam hoc probātibus; aliis planè negantibus; hinc galeæ, illinc tiaræ cristisejus sat superbiētes, quas nostra hîc, nō in se, rostro quærat acutô. Caput habet, sed inter capita, sola nunquam ni sin nidò phœnice rarior: Ille flamas, ut renascatur, sibi subdit, hæc ut extingnatur sciens, ex suo cinere novas vix prodire Aquilas. [Tiberim umb. à septivertice amœnum, juxta quosdam,] diu coluit, trans alpes post Germaniæ sinum invo ās, hinc an migrabit, Deo cognitū Eoa q idem voca Diana, sagittam, ut veteri deturbet nidò, conto quens; nec alliciens silet galiicinium: Sed Deus velit, ut vocen tantùm & alliciant. Noctes illius rore an sanguine madidas a bruta

cisque

eisque similes appetant, hujus verò arrogantiam gallinæ tolerent, non Aquilæ; Aquila Jovis tantùm ferre fulmina novit: his nostra regitur Germania. Tristis ei solitudo, velit Deus regnorum arbiter, ut pullos videat feroces, vegetos, ne fortè surgant de nido sterili funesta certamina. Liberi quippe imperii subsidia & munimenta. *Tacit. 1. Annal. & Histor. 4.*

X. Perioduus Imperii in universô considerata se nunc in partes exsolvit, quas aperto & clausô Janô contemplabimur. Janiculum apertum no stra Respubl. ut talis, Deus porrò prohibeat! de præsenti non videt, modò proximus ardens Ucalegon flammas non mittat fumantes. intrinsecùs tamen membra quædam figunt refiguntque tentoria, plurimùm contra simias Principum. Sic Occarus cinctæ matris, quâ excipitur, precibus imbelles, sed frustrà. pulsabat nuper Hanseaticas: nunc ex ejus sorte Bataviæ æmula cæteræque sibi Sibyllæ fingunt folia. Insulam aliæ, aliæ galeam metuunt. jactâ velut de ipsis tesserâ. Bonum hîc jureniti, melius gladiô,

XI. Claudatur nunc Janiculum, sitque Germaniæ semper clausum, exinde namque nihil, nisi cruor Martius ruit: Nostrâ autem periodô sic circa Janum versante, pacis surgunt halcyonia, divinis juxta & humanis cultum pollicendô. In divinis maximè pietas, hæc in religione, quæ hodie triplex Imperio probata, conscientiæ libertati terminum ponit. in varias ne de generet sectas. *v. art. 7. J. P.* Civilis enim Potestas prohibet, non ut de rebus divinis quis aliter quam conceperit, sentiat, sed ne conceptum, si erroneus aut non probatus, liberè prodat: Illud internam, hoc externam mentis libertatem respicit; hoc sub Imperio politico, illud sub DEO cordis judice: Promiscua enim in religione autonomia, pluriùm in Repub. malorùm causa, inde ejus circumscriptio â seculari pendens potentiâ. *Conf. Magnific. Dn. Beckman. Patronus mihi devotè colendus Exercit. A. B. IX. n. 49. seqq. & Dn. Pufendorff. Elem. J. N. l. 2. ax. 2. & latè Anton. Faber. tract. de Religion. in Rep. regend. c. 5. l. 2.* Religionis autem exercitium tam publicum quam privatum ex termino *A. 1624. J. P. art. 5. §. 12.* Restitutio bonorum Ecclesiastic. insupr. ex die 1. Januar. dicti a. añi æstimatur, mixtæ religionis civitatibus Imper. ad æqualitatem redactis, *art. 5. §. 2. J. P.* Dicto autem termino, religionis libertate non gavisis, devotio cæteraque domestica, apud vicinos.

caput eligitur, à majori Electorum numerô, quem & ipse eligendus constituit. *v. A. B. c. 2. §. 4.* Extraordinaria, dum adhuc vivô, quâvis invitô, Imperatore, futurus regni destinatur Successor, ne locus sit interregno, rarò felici, vicesque absentis fortè Imperatoris suppleantur: Hæc originem ad superius refert seculum, & quidem tempora Ferdin. I. ubi, num esset ère Imperii, an electionis libertati opposita, multa per Saxonem pisceptatio, transactione pòst & Capitulation. modernis sopita: *Magnific Strauch. Praeceptor ac Patronus mihi maximè venerandus Dissert. J. P. X. n. 10. conf. Monzamb. c. 4. §. ult. Horn. O. P. p. 1. de Imp. R. G. can. 6.* Sic qui olim Cæsar *v. Aurel. Vict. in Trajan.* hodiè Rex Romanorum audit, illi, cujus *A. B.* sæpiùs meminit *v. c. 1. §. 1. ibiq; Limnæus obs 3. it. §. 19. d. c. & §. 1. c. 5. Capit. Ferd. III. art. 38.* Huic, quâ tali, potentiâ Majestatem, certô casu exercendam, absurdè forsan non tribuas: Nihil aliàs conferret electio, si ex delegatione Imperatoris penderet ejus potestas. *v. Spreng. J. P. p. 146.* Interregni autem tempore Imper Rege Romano viduum regunt Vicarii, Saxo, ubi Saxonicum, Palatinus ubi Franconicum olim hodieque obtinent jura: hinc in literis Denunciator: in Landen des Sächsischen Rechten / und an enden in unser Vicariat gehörig, *apud Limn. obs. 7. ad c. 5. 6. 2. A. B. prælaudat. Dn. Strauch. Exot. 3. n. 1.* Juris enim prædicti ceu signi mutatio ipsam rem tollere non videtur. Par imperatotiæ Vicariorum potestas, exceptis tamen casibus, quos A. B. *§. 1. c. 5. & Dn. Bechman. Exot. J. P. V. de Vicariat. Imp. latè recenset,* Eorumque legitimè gesta recens Imperator confirmat Palatinus quidem cum Bavarô litem de Jure hoc reciprocat, occasione *art. 4. J. P.* ultimô interregnô, post mortem Ferdinand. III. maximè agitatam, tum fermè interceptâ à Bavaro Juris possessione: Hæc tamen hactenus pendet controversia, Jmperiale decisum expectans, scriptis interim modò pro Bavarô, & ut volunt justiùs, pro Palatino litigantibus. Fundamenta utriusque *ex Spreng. J. P. p. 269 seq. Burgold. ferè refert ad J. P. part. I. Disc. XXVI. v. Monzam. c. 4. § 5.* Et hæc, in quantum ad præsens, de Statu Monarchico ejusque connexis.

XVI. Aristocraticus Status Electione constat ac successione. Hæc in secularibus, in Ecclesiasticis illa spectatur: *conf. Strauchius Noster Exot. 2. th. 3.* Ex Capitulis eliguntur Ecclesiastici, suntque, Archie-

reciprocam rei agitationem, in unum cocludendô decretum, quod Deputati pôst in Recessum redigunt. Vel est *Particularis,* isque aut *Ordinarius,* quô Cæsar & Elect. cum certis Statibus in duobus Electorum & Principum Collegiis, de ingruente Reip. negotio agunt; aut *Extraordinarius,* ubi punctus plenum in Comitiis Senatum non merens, per Status selectos ventilatur: Germam. Reichs-Ausschuß: licèt posteriores nec è re Imper. nec Statuum censeant, *Du. ab Heerden C. J. p. 281.* Sunt insuper & alii Senatus *Particulares,* ut *Electorales,* quibus vel de Imperatore eligendo, vel de Imperii tranquillitate agitur. *A. B. c. 12.* §. *1.* hujus tamen curam, *vi art. 8. J. P.* hodiè sibi soli Electores vix vindicant. Communis quippè metus & salus commune Imperii jubet suffragium: item *Circulares,* dum quilibet Imper. Circulus, ne post remforsan afferantur consilia, de præsēti sibi vigilat periculô. Deliberat autem J. Senatus, quātum conjicitur, de illis, quæ vi *art. 8. J. P.* restans, nisi fortè pleraque composita, nondum tamen publici juris: Hinc, ut præ cæteris jura Cæsaris stabiliantur & Statuum, Perpetuam, quod ajunt, meditatur Capitulationem, nec quondam inter ardua sepositam. *Text. d. d. Tr. c. 8. & 18.* Quæ, num. omni ex parte fiat perpetua, eris indaginis: Res utpote varians ratò admittit jura perpetua, nisi distinguas inter formam ac Imper, fundamentum, & ejus rationem Status; unde putant Electoribus rei tam difficilis remisisse ardorem, quamvis non ita Statibus reliquis. *add. Boxh. Disqu. Polit. cas. 48 in Jud.* Multis quid & quomodo hîc agendum, curiositas; ast Illustres, quibus Comitia gloriantur, animæ prudentiam forsan aliunde non expectant. Hactenus à Carol V. (sic coercenda erat hujus indomita ambitio) quantum cōstat, altiùs quidem originem petunt, *Text. cit. tr. &c. pr.* usque ad Leopold. I. tot, formæ præsentis, Capitulationes, quot Electiones, tractu suo quasi perallu vionem adauctæ. Ex solâ Electorum officinâ hucusque prodierant, donec & cæteri Stâtus, sub Rudolph. II. illis, necquicquam solicitantibus, ultroneam offerrent operâm cui, ut solet, semper neglectæ ne nulla tandem sit merces, utrorumque captata hîc industria, ut ô eoque durabili cômponenda videbatur opere, quod an tot manus leve reddent, tempus revelabit. *art. 8. J. P. verb. in prox. & Princip. Monit. ad Capit. Leop. concl. n. 1. 2. Magnif. Præs. Exer. 4. n. 10.* Maximè porrò cùm intersit, Statum Optimatum esse

certum,

certum hinc occasione *d. art. J. P. & Monit. ad cit. Capit. art. 9.* ex potissimis una Comitiorum fuerit materia, Matriculæ & circulorum redintegratio, ut illinc quid quisque Statuum contribuere, hinc quinam incorporatum Imperii membrum haberi debeat, sit notorium. Circuli olim sex, nunc decem: non quod auctum sit Imper. sed ut lacerum hujus corpus arctius coalescat. *add. jam laudat. Dn. Strauch. Exot. 1. n. 8.* Facilius hoc difficiliùs illud; de re siquidem taxationis lubricæ, constans non ita proclivis dispositio, præsertim ubi ex tot dependet arbitriis, tum in constitutione, tum executione. Non constat, quid *vi J. P.* agatur de exemtis Statibus? Imperii Aquila circũspiciens alios suis conspicuos pinnis, nuditatem indignatur, quasi istis suâ liberalitate vilescat. Recentiorum saltim dolore nominat Hispanum, Gallum, Danum, Lotharing: Helvetiam, Belgas, nec Italiam præterit, ut ad Rudolphi usque I. regrediens memoriam, ducentos ultra Status repudium politicum *v. Kirchmaj. ad Tacit. de M. G. p. 5. & 8.* misisse sibi testetur. *vid. Goldast. ap. Limn. ad A. B. c. 1. §. 11. obs. 7.* Consultius fuerit nihil dare, quâm datum repetere: Res hîc factô quâm consiliô difficilior. Quoniam & thorus Cæsaris prole infelix masculâ, in eventum procul dubiô summi Proceres consulent; hîc tamen siluisse privatum non pœniteat. Nec nullum planè negotium fecerit studium securitatis publicæ, perpetuis tuendæ armis & milite. Non enim Jure *ut Flor. l. 4. c. 12. ait*, sed vi & gladio regna retinentur; unde illæ hactenus de perpetua Imperii militiâ deliberationes, maximè contra impetus Turcicos, quamvis bellum aut pax Hungariæ rationem Imperii extrinsecam plurimùm respiciat, Imperatore ut Rege Pannoniæ plerumque hîc agente. *add. Text. Tr. cit. c. 6.* Multum dum confert tranquillitati Reipubl. membra illius esse inviolata, consultaverit Senatus, quomodo, si mali necessitas exigat, in Statum Imperio noxium bannô aliaque pœnâ procedatur. *v. infr. h. S. & m. n. 16.* Hactenus adductis nondum sat litatũ saluti Germaniæ, ut enim huic corpori integra redeat sanitas, resecentur oportet mala reliqua, quibus illa turbatur aut impeditur: Tot ac tanta sunt inter Status gravamina: Hic queritur de non factâ restitutione, ille de territoriô contra J. P. violatô: Uni gravis præcedentia, quod dicunt, in Comitiis aliisve Imper. actibus; negata sessio in particularibus alteri. Ducatum quidam, alius Comitatum,

Civita

Civitatem, Castrum aut Monasterium alius expetit, novô vel veteri jure: Iste jura aliena captat, hic sua nimis extensè usurpat. Hunc immedicabile præteritorum stimulat vulnus, illum dolor recentioris ulceris, ut privata procerum charitas plurium Imperii malorum videatur occasio. Multi, quibus querelæ quid à propriâ relictum, publicâ pro salute urgent monetam, collectarum rationem & alia, quibus ad radicem tollendis Regni Senatus vigilat, dum felicitati Patriæ vigilat. Alexand. M. *apud. Curt. l. 3. inquit*, Famâ bella stare, nescio an meliùs dixerit, pecuniâ, sacrô illô Jove mortalium, cui ceu Feretrio vel potius Elicio, *v. Liv. l 1. Dec. 1.* in sacris pariter ac profanis opima hodiè debentur spolia. Ne verò hujus egens Imper. optimas rerum perdat occasiones; major quippe strages ob non soluta stipendia, quàm ex hostis interdum ferociâ, velut nostri saltim seculi historia refert: Milites, genus hominum fidum ab bonum solô quæstu: *Aurel.Vict. in Gordian.* Igitur de publ Imper. Aerariô eoq; constanti nulla fortè non est deliberatiô: Collectis enim Imperial. niti, ita efficax non est: his demum quæritur, quod jam in promtu esse debet, segniùs procedente inter plures negotio. *v. 2. Polit. 2. & 7.* ubi pro nævo Spartanæ Reipubl. affert, non habere in ærariô, sed ex privatô conferre: *Thucyd. l. 1. Hist.* Nec tandem quis ineptè colligat, Senatum hunc supra Cineæ admirationem Regium l *v. Eutrop. Hist. l. 2.* consulere de perpetuô Status Concilio, more veteris Regimenti; Continuis enim Imper. negotiis non ita facilè plena aut deputata medentur Comitia. *Text. d. tract. c. 12.* Et hæc de his, quæ per controversiæ speciem tractare mihi nec licet nec libet.

XVI. Relictô nunc Imperii Senatu, pergit periodus ad Justitiæ sacraria. Aulicum primò detur obviàm, Camerali, antiquitate, non dignitate præpollens, Cæsarem pro Autore ejusque Aulam plerumque pro domiciliô cognoscit, cujus præsenti gloriæ ansam dedit invidia contra Cameram, tum Germaniæ cum applausu jus ministrantem. Quæ ut & Cæsaris aulæ fortuna contingeret, Ferdinand. I. obscuros hujus judicii ignes reparans, Maximiliano II. augendos dedit, usque sub Mathiâ & sequentibus in præsens lumen excreverint, *vid. Monzamb. d. tract. c. 8. §. 21.* Causas Imperi & Imperator maximè tractat, processu, *v. art. 5. §. 20. J. P.* Spirensi, tam Civiliter quàm Criminaliter, præter, Justiniani, & Aristotelis, in expurgandis

causis adhibens oracula, idque per secretius Consilium. Assessores personæ sunt Illustres sanguine & virtute simul, vel virtute tantum, nationis Germanicæ & linguæ, necnon utriusque religionis æquali, pro votorum paritate, numero, ut ad summam, juncto Præside, octodecim esse debeant, pluribus tamen, ut videtur, vix prohibitis. Jurisdictionem habet Delegatam, cum Camerali tamen secus dum quid concurrentem: Moguntino. Imperii Archicancellario, juramento adstrictum, à quô si opus, visitatur, sententias suas, per supplicationes ad Cæsarem, mitigandas præbens, Imperio demum vacante quiescit. Controversias, de hoc & Camerali tritas, hic per ambages reducere, instituti vetat ratio, potissimis tacitè jam innexis. *conf. §. 20. d. art. J. P. Ord. J. Aul. Tit. 2, §. 2.* so wollen *Magnif. Dn. Bechm. Exot. J. P. IX. Dicast. Camer, Aul. & Rotvvil. Monsrmb. c. 5. d. §.* Nunc ad Tribunal. Spirense tanquam recentius Aulicô, ibit nostra periodus: Illud, ceu communis, sinuosa tamen Justitiæ mater, à Maximil. I. & Statibus fundatum, sedis anteà incertæ, Spiram tandem anchorâ quasi fixâ appulit, migrans, ubi sontica causa urgeat, quamvis dudum illius translatio intra consilia steterit. *art. 5. §. 20 J. P. ibiq. ac Burg. D. XX. P. 1. n. 11. 12. & 14.* Præter Judicem & quatuor Præsides, quorum duo Augustan. confessionis ab ipsô sistuntur Cæsare, L. determinati Assessores, religionis ab Imperiô probatæ, licèt nondum omnes sol infelix viderit. Causas tantum Civiles, crimine fractæ pacis exceptô, *Gail. P. P. 1. c. 15.* vel per viam Appellationis vel simplicis querelæ judicat, Jurisdictione Ordinariâ nec à solo Cæsare suspendendâ *O. C. p. 1. t. 3. Magnif. Strauch. Exot. 13. d. 5. art. 42. Capit. Leop.* quæ concurrit in quibusdam cum Judicio Aulicô, datô Revisionis medio parti hic gravatæ. *art. 5. §. 20. J. P. & prælaud. Dn. Bechm. d. Exot. de Dicast. Cam. Aut. & Rotvvil.* Rotvvilense nunc succedit, sedem in nomine laudans, à Conrado III. in favorem, ut ferunt, Civitatis constitutum, ætate quidem Spirensi prius, sed autoritate & hoc & Aulico posterius; quatuor saltim Imperii Circulis, iisque non integris, Svevico, Francon: Austriaco & Rhenano, jus in Civilibus & Criminalibus dicit, Comite Sulzensi per investituram Judice, qui felonia haud convictus, consilia de illius abrogatione elusit, *§. 20. in fin. de art. J. P.* Datur ab hoc ad Cameram Appellatio, differentia hinc insignis. *conf. Dn. Bechm. d. Exerc. sub. Jud. Rotvv. R.*

J. Spir

J. Spir. A. 1570. § ĩi nach; ꝛc. Nescio, quid afferat periodus de Palatini Judiciô, in nomine tantum, ut videtur, durabili *vid. tamen Dn. Præs. Exot. J. p. 3. n. 6. 7. 8.* Compedit hoc *A. B. c. 5. §. ult.* dicto Comiti in Imperatorem, non ex superiorioritate, sed ratione muneris Palatini, cujus maxima olim in palatio Regii autoritas: Hæc ut in alios vi, ita in Cæsarem, ubi jure postulabatur, spontaneâ ejus submissioue valebat, *occasione ꝛc. C. nequis in suâ judicet &c.* ut maximè id Limnæo displiceat *in Comm. ad A. B. Cap. V. Obs. 12.* Propterea à Dn. Præside dissentienti, hoc rationis colore: Quod, si Comes Palatinus non aliter, quàm submissione liberâ jurisdictionem in Imperatorem nactus sit, eaque submissio postea in consvetudinem abierit, sequatur, quòd palatinus potestatem â liberâ Regis voluntate profectam in necessitatem converterit, & sic plus sibi sumserit quàm reges ei concessissent Consequens autem Limnæus absurdum putat. Sed quæro ex Limnæo, qui concedit ex consvetudine hoc jus Palatino competere, utrum ab initiò, cùm primum hæc consuetudo formari cœpisset, Rex coram Palatino necessario atque coactè se stiterit, an vero sponte? Si necessario necessitate coactionis fuit Palatinus superior Rege, quod absurdum. Sin sponte, utique per liberam subjectionem se submisit, ex cujus submissionis frequentiâ natam oportuit consuetudinem, si qua fuit, quam fuisse ob Auream Bullam negare non potuit Limnæus. Fallitur ergo ignoratione elenchi, quod plus per consuetudinem sibi Palatinus sumserit, quàm Rex voluerit dare. Si enim Rex liberâ voluntate se submisit initio, porogavit Palatini sui jurisdictionem, & ita quidem ut pateretur & in posterum, hoc in jus & consuetudinem abire, utique perperam colligit Limnæus, plus sibi sumsisse Palatinum: Sed illud tantum sumsit, quod porrexit Rex, & quia hic voluit jus sibi dici, voluntatem hanc, quæ ab initiô fuit, in necessitatem postea fuisse conversam, quid miri est? cum tritissimum sit, necessitatis fieri, quæ ab origine cuneque voluntatis erant, siqnidem animo jus aliquod in alterum conferendi facta fuêre: Sed & ἀνιςορησία laborat λ μυναχίδες, dum negatur, Germanos, quando sibi imperium adquisiverunt, moribus Franco Gallorum uti voluisse, sed suis. Imo successores Francicorum Imperatorum, Saxonici, mores legesque maximam partem Francorum retinuisse, certè nec cito, nec temere, nec universos mutasse omnis historia loquitur, & doce-

Dn. Strauchius defenditur refutatô Limnæo.

docere Limnæum vel Lehmannus suus, ex cujus traditis pendet, potuisset. Errat porro & hoc Limnæus dubitando, utrum Palatinus apud Francos potestatem unquam judicandi de Rege habuerit. Id quod cum asserat & probet Freherus, neget autem Limnæus, utri credamus, Lector? Illine qui omnes antiquitatis forulos excusserat, inprimis rei Germanicæ infinitos penè MStos pervolutaverat? An huic qui negat, nec probat, quique ex sex-septem chronicorum recentium rivulis τὴν λίμνην σου explevit? Nec viderat, nullam argumento suo in esse vim. Non enim sequitur; Si potentiorum causæ jure magistratus ad Palatinum non pertinuerunt, ideo & Regis causas ex consvetudine prorogatæ jurisdictionis non ad Palatinum pertinuisse. Nec procedit argumentum tanquam à comparatis majoribus, ubi nulla est comparatio, paritas nulla. Exercetur, autem ut saniores volunt, Palatini potestas in causis Civilibus primæque instantiæ, hinc inter nugas meritò referunt: *Glossat. Sax. verba ad art. 8. fin. lib. 1.* Weichb. und soll ihme scil. Imperatori das Haupt mit einer Gölden Parthen abhauen. *add. Themidis delicium Strauch. Aester d. Exot. n. 7. Limn. obs. 7. ad d. c. & §. A. B.* Et quidem ubi præsens existit Imperator, in Imperiali Curiâ ut *A. B. d. l. loquitur*, h. e. Comitiis vel Aulâ Cæsaris, sine citatione aliorum factâ. *Limn. obs 18. & 19. ad. d. loc. A. B. Dn. Bechm. Exot. X. de. Austreg. n. 25.* Rariores hîc processus, nisi ante *A. B.* in Albertô I. & post sub Carolo IV. *ut refert. Dn. Bechm. d. Exot. de judic. &c. session. 6. c. 1.* In cæteris verò causis vel totius Imperii, vel minimùm Electorum desideratur autoritas. Est & aliud Statuum judicium Austregarum, à re ortùs Germanici, mutuans nomen, originem refert potissimum ad tempora Interregni, ubi aut juris arbiter, Mars, aut conventiones Illustrium Famil. arbitrariæ, hinc divisio Austregar. in Arbitrarias & Legitimas: illis in dictum tempus, his in Maximil. I. ætatem collôcatis. In beneficium primæ instantiæ introductæ Cameræque levamen, cum Ordinariâ Jurisdictione, nec per Camerâ nec Aulam Cæsaris impediendâ in læsionem dictæ instantiæ: Disputant, num Ordinaria sit Austregarum Jurisdictio? *Mindan. Stephani & plures apud Limnæ: J. P. l. 9. c. 5. n. 39. &c.* negant, Delegatam pró illâ supponentes, quasi Statibus à Cæsare mandatam, dictô judiciô inter ipsos exercendam, rationes cæteras *latius Limn. d. l. & Dn. Bech. citt. Exotere de Austred.* exponunt.

nunt. Aliis rectius videtur contrarium, Austregas, nec solius Imperatoris, morti scil. ejus superstites, nec alterius delegatione, judices putantibus, hâc potissimùm ratione: Austregarum judicandi potestatem totius ab Imperii consensu pendere & lege, illamque mandatô transire Statuum in Consiliarios, argumentô Jurisdiction. Ordinariæ maximo!, A posteriori saltim in hoc deflecterem sententiâ, distinguens nimirum inter Austregas, sicut *Legitimis* propiùs accedat Ordinaria, ni specialem inter hanc & Extraordinariam, ceu ex speciali lege, certis in causis, certisque subjectis concessam statuere liceat. *Arbitrariis* verò, prorogata, vel compromissoria, lege ni firmata, haut tamen prohibita, sit similior. Germania nostra nec in his aliisque Romani Juris miratur semper mysteria *art. 5. e. §. J. P.* Non omnibus, sed certis concessæ Statibus: Civitatum enim Imper. quædam saltim habent arbitrarias: pro diversitate actoris & rei variant, nec in omnibus obtinent causis *O. Camer. part. 2. tit. 1. 2. 3. 4. Dn. Bechm. d. Exot. J. P. X. de Austreg.* De Judiciô, quo vita, dignitas & territorium Statuum agitatur, periodus nostra est in ambiguô, factum inter & jus hæsitans, Res ardui est momenti, unde & arduum vult judicem, quem unius agere arbitrium, antiquus, præsensque reclamat Imperii Status, improbans, tanta unius libidine committere negotia, in minoribus verò totum Imper. consulere: Antiquus, ubi antiquissimô Germanor. Statu *teste Conring. Dissert. de Civib. Imper. German. n. 14.* majoris momenti causæ majori in conciliô h. e. totius populi vertebantur, quod nec cum Francis Imperator. extinctum. Nam Henrici III. tempore aliorumque post Cæsarum, tali judicia cum Statuum suffragiis habita. *prout multis ex Aventin pluribusq; rerum German. scriptoribus refert Burgold. ad J. P. Disc. XX. P. II. n. 3. 4.* Præsens, dum tantis in causis potestas decernendi, ad regalia Majestatis Imperii & summam spectat jurisdictionem, quæ cùm solius non sit Cæsaris, cessat & solum ejus hîc arbitrium. Nec ab exemplis, ritè metiuntur Juris hujus rationem, Caroli V. in Saxone ac Hessô, nec minùs Ferdin. II. in Palatinô factum recensentes. Sectio hæc in corpore morali Imper. periculosa, nec unius medici hinc satis consilium. *add. Monzamb. d. Tract. c. 5. § 6. & 10. Dn. Bechm. d. Exot. de Austreg. n. 30. Burgold. part. III. D. VI. Limn. ad Capit. Ferdin. III. art. 30. art. 28. Capit. Leop. ibique monit. Princip.*

XVII. Ad Magistratus denique gressum levat Periodus, quos in Civiles & Militares distinguere non absonum. Illos in judiciales, qui deprehenduntur in jam adductis Judiciis, & Extra judiciales, quo referre aliquatenus licet Imper. Vicarios, *v. S. & m. h. n. 13.* nec minùs Electores, cùm Ecclesiasticos, ut Moguntonum Archicancellarium Germaniæ, *c 2. §. 2. A. B.* Trevirensem per Galliam & Regnum Arelatense *c.* 1. §. 12. & Coloniensem, per Italiam Archicancellarios, *c. 1. §. 11. d. A. B.* licèt penes posteriores hodiè forsan plus honoris sit quàm muneris v. tamen *ὁ πάνυ Strauch. Exot. J. P. 2. n. 9.* origo horum dubia, causa licet, cur clericis hæc dignitas data, certior. Munus hoc optabat rerum scientiam, quæ tum non erat in seculô. Tum seculares, ut Bohemum Archipincernam *c. 27.* §. 8. *A. B.* Bavarum hodiè Archidapiferum. *art. 4. J. p. §. 4. d. c. A.* B. Saxonem Archi Marschallum §. *1. d. c.* Brandeburgensem Accesii-Camerarium *§. 3. d. c.* Palatinum hodiè Archithesaurarium, donec extincta fuerit linea Wilhelmina *d. art. 4. J. P.* Hæc officia, non, *ut Affe. ctuosus* Bodin. servitia, *l. 1. de Rep. c 9.* ab Imperiô per Imperatorem-non à Bambergensi, (cui ob quædam feuda, nunquam in personâ renovata, semper per Vicarios ministrant, *Limn. ad. A. B. c. 27. pr. obs. 7.*) vel præsentes vel per alios in feudum petunt & exhibent, hodiè *ut Limn. obs. 20. ad. d. c 27. §. 5. A.* B. *putat*, tectô capite de quorum Vicariis *v. §. 6. cit. c, A.* B. processu autem & Sessione pro actibus in seriè aut latere, diversâ, *c. 4. §.* 1. *d. A.* B. *utrobiq; Limn. obs. præfert. h. l. IX. non enim transcribere vacat.* Pertinent huc & Circulorum Directores ac Condirectores ex Secularibus ac Ecclesiasticis Statibus selecti, *art. 10. J. P. ibiq; Burg. 3. D. 7.* Nilitares sunt vel in conflictu, ubi Sumus belli Dux cæterique ordin isi nferioris Præfecti: vel extrà, iique aut in Consilio aut Judicio bellico, quos recensere rei ratio prohibet & ambiguitas.

SECTIO III.

Membrum I.

Periodi finem tractans.

I.

FInis mihi non est periodi extremum, sed pro illô, cujus causâ est, sui conservatio indeque pendens salus Imperii. Per fluctus enim

jactatæ

jactatæ Imperii navi, ne naufraga tandem pulsaret litora, sacrâ opus erat anchorâ, quam in Pace Osnabr. Monaster. demum invenit Nunc, quasi in arenâ securitatis, belli anteacti lustrat Oceanum horrore gratissimo, secum altiùs reputans, quanta sit rerum vicissitudo, & quàm infirmis nitantur radicibus! *Barcl. Sat. part.* 2. Ignaviâ insuper non contineri magna Imperia, virorum armorumque faciendum certamen. *Tac* 15. *A.* Tutum contra esse, Rempubl. armorum perpetuò duci studiô, pacis artibus neglectis, ne ô seipsam demum conficiat gladiô, quod Martiæ illi Roman. & Laconum Reipubl. contigit. 2. *Polit.* 7. nec minùs idem Turcico, ni arma in exteros tendat, Imperio metuendum. Tanta siquidem militum multitudo, belli tantùm artes edocta, rarò dulcendine otii, intestinas citra consulsione utitur Bellicosius Spiritu, modestiæ impatiens, si foris non habet, domi quærit ubi certamini mereatur gloriam. *conf. Forstner. ad* 4. & 5. *A. Tac. Conring. Anim. in. Mach. Pr. c.* 3. *Boecl. in* 2. *H. Tac. p.* 690.

II. Hic ergò scopus nostræ periodi, post tantos belli turbine tueri pacem & salutem publicam, salvâ Reipubl. formâ in periodô incolumi. At dicas, otium inerme magnis Imperiis pluris interdum stetisse, armis hostilibus. Principatûs amittendi prima causa, disciplinæ militaris neglectus. *Machiav. Princ. c.* 14. Ferrum ni exerceas, rubigo consumit, nitescit usu: Otiosa tranquillitas molliciem & quod pejus, luxuriam indit, virtus æmuli concita crescit. Roma, sublatâ Carthagine, securior pacis serenitatem in delicias, hinc sui ruinam vertebat, in se ipsam sibi acta Carthago. *v. Metellum. ap. Valer. Max. l.* 7. *c.* 2. *n.* 2. & 3. *Flor. l.* 2. *c.* 15. *Tac.* 13e *A. Vellej.* 2. *c.* 1. *Boecl. in* 2. *H. Tac. p* 700. *Amm. Marcell. Lib.* 14. Ita Orientale Imper. luxu & desidiâ in gynæceum ubi abierat, Turcico jugo turpiter submissum *teste Cluv. Hist. Un. p.* 518. & *Horn. O. P.* 3. *p.* 51. Sic cæteris quoq; regnis pacis nimia voluptas empta. Hebescunt enim acres virtutis stimuli socordiâ, & magna gloria, nî renovetur, senescit. Dicta ergò non planè aliena sunt à nostrâ Republ. Hæc plusquàm vicennem, Dei gratiâ, expertà quietem, quid minus curæ habuit, quàm arma? ac si tricennalis illorum furor priscum Germanor, sanguinem penitùs hauserit, benè sciens, pacem sub galeâ esse tutissimam *Savvdr. S. P.* 98. & *Boxb. Diss.* 3. Nunc in tantam hominum aucta multitudinem,

nem, ipsa sibi mole suâ gravis hostibus non ita formidabilis, singulis segni potiùs paupertate contentis, quàm armorum studiô vitam aut mortem nobiliorem tentantibus. Veteres Germani nec terram arare, aut expectare annum tam facilè poterant, quàm vocare hostes & vulnera mereri: pigrum & iners sudore acquirere, quod sanguine parare poterant. *Ita Tac. de M. G.* Non aliis sanè mediis rupturienti velut Germanor. copiæ consultum. Quid enim honestius utiliusvè, domi egenû vitæ sorte torpescere, an foris injustè Imperio erepta repetere? Per hoc mole suâ sublevabitur Germania, prisca armorum reviresćet gloria. *vid. Conring. Anim. in Mach. Pr. c. 12. pe 52. Æn. Sylv. ap. Kirchm. Comm. in c. 2. Tac. de M. G. p. 34.* Dicunt, bella sic ab Imperio, præsertim in Oriente suscepta utplurimum nostris fuisse tristia: sed nî fatum admittimus, plus ibi nocuit ambitiosus belli finis & modus, quàm bona causa. *conf. Cluver. Hist. Univ p. 524.*

Membrum 2. & ultimum
de Contrariis.

I.

SUmma Imperii ambigua, *Tac. XI. A. Boecl. 2. H. Tac. p. 700.* Nihilque suo statu manet, sed quodam temporis mutatur ambitu. *5. Pol. 12.* Inest enim cunctis rebus quidam velut orbis *Tacit. 3. A.* quô circumactô nova rerum facies. Ut Sol absolutô cursu novos incipit dies & annos; sic Imperia suos emensa terminos, veteres mutant formas, in melius aut deterius, si non in cineres. Ejusmodi fatalia leguntur in omnibus, quot unquam floruerunt florentque, Rebuspubl. Ita rerum culmini negata constantia, ut ipsi sæpius felicitatis nostræ simus hostes, ubi non sunt, qui nos ex altô dejiciant, multisq; pro fortunâ sit, fortunam non habuisse.

II. Hi nunc manes nostram quoque manent periodum, ultima sua variis ex causis expectantem. Sunt autem potissimùm I. Fatalis vel contingens lapsus termini, quo decurso nova erit revolutio. Veteres enim Imperii periodi, suas ut numerant ætates, ita & præsens tali non destituitur. Crescunt ut homines Imperia, quæ per gradus ætatis primæ ducta, ex virili vigore in senectutem, huicque proximam mortem declinant *ad Thuan. l. 1. Hist. II.* Sanguinis Austriaci in prole mascula decesſio. Hanc sine periodi turbatione, nemo

mo prudens facilè concesserit. Aquila quippe Imper. nidum ita fixè hic compositum, solennem citra metamorphosin vix aliò feret. Tanta vis est diuturni, ut non facilè convellas, quæ invaluerunt tempore, *conf. Sueton. in J. Cæsar. c. 86. Dn. Text. d. tr. c. 5. III.* Vis bellica, eaque vel interna vel externa. Hâc maxima mundi cecidère Regna, totusque terrarum orbis ferè concussus. Hanc superiora in Imper. deplorarunt tempora, metuunt præsentia; Rebellis namque Hungaria, tristi funesta executione, doloris stimulos, Turcicô chalybe in vindictam acuere fertur. Ita seditio, acri mediô pressa magis, quàm extincta, torrentis ritu sæpè recurrit. Vis interna ipsa petit viscera, quibus læsis salva non potest esse Respubl. Dum enim rebus compositis nulla spes, sed in turbidô est consilium, Respubl. ex sui laniena commoda metitur, resectâ membrorum copiâ, robustiores nervos in paucis reponens. Nec minus facit ad periodi mutationem mutua in Statu temperatô renitentia, quâ altera pars, evadens superior, in succumbente novæ formæ quærit materiam: Hoc quippe ejusmodi Rebuspubl. solitum malum *4. Pol. 11. Polyb. l. 6.*

III. IV. Tyrannicum aut Despoticum regimen: Hoc multis Rerumpubl. versionibus causa extit & ansa; sceptra enim raro sunt felicia, ad ingenia populi se componere nescia, & sæpius cervix, asperi impatiens jugi, illud cum damno domantis, quamvis sub periculò, excutit. Hinc maximi civilis prudentiæ errores, inexorabili asperitate perdere, quod levi clementiâ retinere poteras: Obstinata enim severitas odio est. *Tacit. 15. A. & H. 4. Mach. c. 8, ibique Conring.* Aliam regiminis artem Austria Helvetiæ, dimidii verò Belgii jacturâ Hispani, serò nimis didicerunt. *conf. Conring. Anim. in Mach. Pr. c. 9. p. 39. Boxh. Disq. Pol. cas. 57.*

V. Et ultima causa sit mutuus Imperantis & parentis consensus de formâ regiminis novâ; ut enim istô plures Respubl. coeunt, sic & solvuntur, aut in alium Statum migrant, quod licet non expressâ semper, tacitâ tamen fit conventione, ea ubi conceduntur, quæ Statu regiminis illæso haberi non possunt, vel. *ut Crisp. ap. Tac. 6. A.* vim Principatûs resolvunt, *v. Baecl. d. l.* Cujus rei documentum nostra quoque est Germania, quæ DEO Protectore, cum Capite sacrisque Proceribus sit Inclyta, Augusta, & hostibus formidabilis!

DISSERTATIO VII. DE COMITIIS ELECTORALIBUS,

Q.D.B.V.

MEmorat Plutarchus, non solum Alexandri aulicos inflexionem colli, suique Regis in dicendo vocis asperitatem; sed & curvitatem Platonis, & balbutiem Aristotelis horum sectatores studiosè imitatos fuisse. Simile quid fecisse legimus, qui Basilii Magni gloriam in rebus ingloriis consectati dicuntur, pallore, barbâ certo incedendi gestu, vestimenti genere, lectuli specie, cibi sumendi modo, & similibus aliis. Quod studium ceu nimis servile & adfectatum uti meritò improbatur; sic minimè ineptum fore existimo, si præclara præceptorum studia, eorumque exempla non sine applausu excepta, modestè imitatus fuero, primasque licet secutus in secundis tertiisque constitero. Cum enim Vir Amplissimus Dn. D. Mauritius, Patronus ut in perantiquâ Eberhardinâ, sic illustri hac Christian-Albertinâ, meus, nullo non observantiæ cultu suspiciendus, Mense Majo Anni cIↃ IↃcLXVII, Dissertationem quandam Juris publici de Origine Electorum, & Comitiis Electoralibus eruditissimè, & cui salva veritate in contrarium vix quidpiam opponi possit, conscripserit, deque conventu Electorum duplici, cujus A. B. *tit.* 2. & 12. mentionem facit, agere decrevisset; variis tamen negotiis obrutus, & ne Dissertatio ista nimium excresceret, de illo tantùm conventu, quem Germani Wahl-Tag nuncupare consueverunt, suam sententiam tunc publicavit. Ne verò altera Dissertatio, de Conventibus Electorum, quos linguâ vernaculâ Chur-Fürsten-Tag/Collegial-Täge/ vocamus, à Magni Nominis Viris non raró desiderata, à perpaucis verò hâc ætate tractata, (nullo quod sciam, Disputationis loco conscripta & ventilata,) diutius hæreat, supra laudati Dn. D. Mauritii persuasu, arduam hâc materiam, quæ deterrere me potius debuisset, pro ingenii tenuitate, judiciique in tantis rebus imbecillitate, elaborare cœpi, Consultissimi Dn. Præsidis, Patroni itidem plurimum colendi, devenerandi, ope & consilio usus, quò illam ad metam perducerem, haberemque, qui oneri fortè imparem aut lapsan-

pſantem erigeret, greſſusque inter ſalebras dumoſque firmaret, Quod uti ille libens fecit, ita omnes boni æquique judicii Lectores obtestor, ut, ſi quid diſplicuerit, me minimè moroſum aut pertinaciter errantem moneant potius, quàm inaudita cauſa condemnent, cenſuræque benignitate excitent ſtudia noſtra, non rigido obeliſco confodiant.

I. Quibus in regnis Comitia obtinent, magno illa argumento ſunt, cum imperio Regis conjunctam eſſe Populi libertatem, neque omnia Regia manu, ſed etiam Populi aut Procerum autoritate ſaltem nonnulla conſtitui. Eodem fine & effectu in Imperio Romano-Germanico Comitia ſubinde inſtituuntur, eaque non ſemper omnium Imperii Ordinum, ſed quandoque eorum conſilio, qui res quaſdam Imperii ad ſuam curam præcipuè pertinere exiſtimant. Hujus generis ſunt Comitia Electoralia, die Collegial- oder Chur Fürſten-Täge/ quæ etiam Dietarum voce inſigniri ſolent. Unde hujus dicterii nata occaſio Æneæ Sylvio, *Germanorum Dietas eſſe fæcundas, & quamlibet in ventre habere alteram: ac credibile eſſe quia fœmineum ſit nomen, liberis impregnari Dietas, ac parturire.* Cæterum, cum Electorum Comitia modo inſtituantur Cæſaris monitu, modo propriô illorum motu & conſilio, ut tamen Bohemiæ Regem excipias; ideò Comitia Electoralia duplicis eſſe generis, neque una definitione utrumque genus comprehendi poſſe putamus. Illa haud incommodè deſcribi poſſe videntur: Quod ſint Conventus Imperatoris & 7. Electorum, Cæſaris autoritate per Moguntinum Electorem indicti, ubi de ſalute Imperii & ad hanc pertinentibus negotiis agitur. Hæc: Quod æque ſint Conventus eorundem Electorum, ad quos toties ab Electore Moguntino vocantur, quoties neceſſitas totius Imperii, vel etiam Collegii Electoralis judicium vel authoritas poſtulaverit. Quas deſcriptiones, ſi numerum modo ſeptenarium exceperis, non tàm ex primâ Caroli V. (priores enim quæ circumferuntur Capitulationes, nequaquam veras, ſed ſuppoſititias eſſe, pleriſque Juris publici Scriptoribus perſuaſum eſſe, Conſultiſſimus Dn. Mauritius in Colleg. ad Dan. Ottonem Tubingæ habito, in notis MSptis ex ore ipſius exceptis obſervat,) quàm omnium etiam inſequentium temporum Capitulationibus Cæſareis ipſoque uſu defendi poſſe exiſtimamus.

II. Quam verò originem habeant Comitia Electoralia, haut ita facile definiveris. Goldastus illam ad Interregnum, quod Richardi Cornubiæ Comitis & Alphonsi Regis Hispaniæ ævo per XVII. ferè annos, (variant enim non nihil, uti fit, in annorum numero Authores,) duravit, refert. Quæ sententia, licet magnam verisimilitudinem habeat, cum tamen non fide locupletis alicujus Authoris, sed mera conjecturâ niti videatur, tuto illi suffragari non licebit. Vid. Goldast. *lib. 3. cap. 6. n. 7. in Bohem.* Arumæus *de Comit. cap. 2. n. 29.* hujus rei institutum acceptum fert Carolo IV. Imperatori, cujus permissu primitus Electoribus tales Conventus inire licuerit: inque eam rem citat A. B. cap. 12. Tantum vero abest, ut is textus Arumæi sententiam confirmet, ut potius destruat. Etsi enim Carolus IV. novam quandam his Electorum conventibus formulam dicto *cap. 12.* A. B. præscribat, & quod illi quotannis deinceps institui debeant; Ante tamen Caroli IV. sive ætatem, sive Imperium jam tum Electores salutis publicæ & Imperii causâ convenire, & publicis de rebus consultare solitos fuisse, disertis ibidem verbis significatur. Dum enim Imperator ibi ordinat, *ut Electores frequentius solito congregentur*, jam olim congregatos de Imperii rebus deliberasse illos satis manifestum est. Perinde uti nec illâ in re omninò audiendus est Arumæus, quando *Discurs. ad A. B. § 20.* ait, Carolum IV. hac sanctione Electoribus permisisse, ut ipsis, *se inscio convenire liceret.* Quem sequitur *Carpzovius de L. Regia Germ. cap. 5. sect. 7. n. 11.* Præterquam enim, quod ibi expressè statuat Imperator annuos illos conventus deinceps debere celebrari, *per Nos & eosdem Principes*, Etiam discrimen fuerit habendum, quod Limnæus inculcat ad A. B. *cap. 12. obs. 13.* puta, ut distinguas, sine Conventus Electoralis indictus ab Imperatore, vel ad hujus instantiam à Moguntino: An verò motu proprio Moguntini, aliusve Electoris. Isti inscio Imperatore non celebrantur, sed vel ipse Imperator, si velit, vel Legatus ejus iis interesse solet. Atque sic Arumæus verba illa *inscio imperatore* videtur interpretari *de Comit. loc. cit. n. 28.* quâ in re non solùm nos, sed & Cl. Bœclerum *Disp. Peculiari de Congressib. & Colloq. Princ. Th. 45.* consentientes habet, præprimis si mores nostrorum temporum, & qui Aureæ Bullæ sanctionem exceperunt, videas.

III. Nam si verum amaverimus, Aureæque Bullæ verbis inhæserimus

timus, omninò dicendum videtur, Conventus Electorales præterito aut inscio Imperatore institui aut peragi non licuisse. At si usum temporum quæ Auream Bullam subsecuta sunt, videas paulatim hoc ipsum, ut multa alia in desuetudinem abierunt. Undè Limnæus *ad artic. 5. Capit. Caroli V. verba* nach vermög der Gülden Bullen ait, se mirari, quod Aurea Bulla in Capitulationibus pro regula ponatur, cum, quantum Conventus Electorales attinet, nihil minus hodie fit, quam regula, usu scilicet maximè immutata. Atque hanc mutationem ratione Conventuum Electoralium in undecim capitibus accidisse, mox ibidem commemorat. Neque est quod quis existimet, hanc consuetudinem ceu iniquam ac Legi publicæ adversam abolendam, & ad pristinam normam esse revocandam. Si enim tanta consuetudinis vis est in causis privatis, ut pro Lege non solù sit saltem aliquando habenda, sed & leges interpretari optime, & quandoque illas abrogare possit, *per l. 32. & seqq. ff. de LL.* Multò minus in publicis Imperii rebus illam sollicitare aut convellere licebit. Addantur quæ tractat Grotius *lib. 2. de Jur. Bell. & Pac. cap. 4. n. 5. & 11.* Atque hanc ipsam ob causam ipsa Aurea Bulla toties ad consuetudinem provocat, ejusque autoritatem quasi sacrosanctam esse jubet, *Tit. 1. princip. Tit. 2. §. & quia. Tit. 5. §. Et quamvis. Tit. 18. §. Invenimus.* Cui accedunt Instrumenti Pacis *art. 8. §. Tam universalibus.* Et Recessus Imperii novissimus de Anno 1654. §. Benebens sollen Cammer-Richter/ aliæque Imperii Leges passim consuetudinis Jus commendantes. Accedunt Uniones Electorales Erforti An. Ch. 1446. (quam tamen Arumæus ad A. B. *Discurs. 5. th. 22.* parùm accuratè ad An. Ch. 1438. refert, cum contrarium ex subscriptione quæ ita se habet: Zu Franckfurth in dem Jahre/ als man schrieb nach Christi Geburt Tausend/ vierhundert sechs und viertzig ꝛc. satis perspicuè colligatur,) Geilnhusi An. Ch. 1502. & Wormatiæ An. Ch. 1521. initæ, (*de quibus Goldastus inter Constit. Imp. tit.* der 6. Chur-Fürsten Brüderliche Einung von des Römischen Reichs wegen/ *pag. 16. & seqq. & in* Politischen Reichs-Händeln *part. 8. tit. 3. pag. 217.* videri potest) ubi nulla Imperatoris mentio fit. Consuetudinem igitur per Uniones has confirmatam, ac vicissim Uniones istas per Matthiæ Imperatoris Capitulationem stabilitas, ex artic. 4. apparet, qui ita se habet: Gestalt er dan auch der Chur-Fürsten Gemeine/ und sonderbare Reinischen

docere Limnæum vel Lehmannus suus, ex cujus traditis pendet, potuisset. Errat porro & hoc Limnæus dubitando, utrum Palatinus apud Francos potestatem unquam judicandi de Rege habuerit. Id quod cum asserat & probet Freherus, neget autem Limnæus, utri credamus, Lector? Illine qui omnes antiquitatis forulos excusserat, inprimis rei Germanicæ infinitos pene MStos pervolutaverat? An huic qui negat, nec probat, quique ex sex-septem chronicorum recentium rivulis τὴν λίμνην σου explevit? Nec viderat, nullam argumento suo inesse vim, Non enim sequitur; Si potentiorum causæ jure magistratus ad Palatinum non pertinuerunt, ideo & Regis causas ex consuetudine prorogatæ jurisdictionis non ad Palatinum pertinuisse. Nec procedit argumentum tanquam à comparatis majoribus, ubi nulla est comparatio, paritas nulla. Exercetur, autem ut saniores volunt, Palatini potestas in causis Civilibus primæque instantiæ, hinc inter nugas meritò referunt: *Glossat. Sax. verba ad art. 8. fin. lib. 1.* Weichb. und soll ihme scil, Imperatori das Haupt mit einer Gölden Parthen abhauen. *add. Themidis delicium Strauch. Aester d. Exot. n, 7. Limn. obs. 7. ad d. c. & §. A. B.* Et quidem ubi præsens existet Imperator, in Imperiali Curiâ ut *A. B. d. l. loquuntur*, h. e. Comitiis vel Aulâ Cæsaris, sine citatione aliorsum factâ. *Limn. obs 18. & 19. ad. d. loc. A. B. Dn. Bechm. Exot. X. de. Austreg. n. 28.* Rariores hîc processus, nisi ante *A. B.* in Albertô I. & post sub Carolo IV. *ut refert. Dn. Bechm. d. Exot. de judic. &c. section. 6. c. 1.* In cæteris verò causis vel totius Imperii, vel minimùm Electorum desideratur autoritas. Est & aliud Statuum judicium Austregarum, à re ortùs Germanici, mutuans nomen, originem refert potissimum ad tempora Interregni, ubi aut juris arbiter, Mars, aut conventiones Illustrium Famil. arbitrariæ, hinc divisio Austregar. in Arbitrarias & Legitimas: illis in dictum tempus, his in Maximil, I. ætatem collôcatis. In beneficium primæ instantiæ introductæ Cameræque levamen, cum Ordinariâ Jurisdictione, nec per Camerâ nec Aulam Cæsaris impediendâ in læsionem dictæ instantiæ: Disputant, num Ordinaria sit Austregarum Jurisdictio? *Mindan. Stephani & plures apud Limnæ: J. P. l. 9. c. 5. n. 39. &c,* negant, Delegatam pró illâ supponentes, quasi Statibus à Cæsare mandatam, dictô judiciô inter ipsos exercendam, rationes cæteras *latius Limn. d. l. & Dn. Bech. citt. Exotere de Austred. exponunt.*

nunt. Aliis rectius videtur contrarium, Austregas, nec solius Imperatoris, morti scil. ejus superstites, nec alterius delegatione, judices putantibus, hâc potissimùm ratione: Austregarum judicandi potestatem totius ab Imperii consensu pendere & lege, illamque mandatô transire Statuum in Consiliarios, argumentô Jurisdiction. Ordinariæ maximo. A posteriori saltim in hoc deflecterem sententiâ, distinguens nimirum inter Austregas, sicut *Legitimis* propiùs accedat Ordinaria, ni specialem inter hanc & Extraordinariam, ceu ex speciali lege, certis in causis, certisque subjectis concessam statuere liceat. *Arbitrariis* verò, prorogata, vel compromissoria, lege ni firmata, haut tamen prohibita, sit similior. Germania nostra, nec in his aliisque Romani Juris miratur semper mysteria *art. 5. e. §. J. P.* Non omnibus, sed certis concessæ Statibus: Civitatum enim Imper. quædam saltim habent arbitrarias: pro diversitate actoris & rei variant, nec in omnibus obtinent causis *O. Camer. part. 2. tit. 1. 2. 3. 4. Dn. Bechm. d. Exot. J. P. X. de Austreg.* De Judiciô, quo vita, dignitas & territorium Statuum agitatur, periodus nostra est in ambiguô, factum inter & jus hæsitans, Res ardui est momenti, unde & arduum vult judicem, quem unius agere arbitrium, antiquus, præsensque reclamat Imperii Status, improbans, tanta unius libidine committere negotia, in minoribus verò totum Imper. consulere: Antiquus, ubi antiquissimô Germanor. Statu *teste Conring. Dissert. de Civib. Imper. Germàn. n. 14.* majoris momenti causæ majori in conciliô h. e. totius populi vertebantur, quod nec cum Francis Imperator. extinctum. Nam Henrici III. tempore aliorumque pòst Cæsarum, tali judicia cum Statuum suffragiis habita. *prout multis ex Aventin pluribusq; rerum German. scriptoribus refert Burgold. ad J. P. Disc. XX. P. II. n. 3. 4.* Præsens, dum tantis in causis potestas decernendi, ad regalia Majestatis Imperii & summam spectat jurisdictionem, quæ cùm solius non sit Cæsaris, cessat & solum ejus hîc arbitrium. Nec ab exemplis, ritè metiuntur Juris hujus rationem, Caroli V. in Saxone ac Hessô, nec minùs Ferdin. II. in Palatinô factum recensentes. Sectio hæc in corpore morali Imper. periculosa, nec unius medici hinc satis consilium. *add. Monzamb. d. Tract. c. 5. § 6. & 10. Dn. Bechm. d. Exot. de Austreg. n. 30. Burgold. part. III. D. VI. Limn. ad Capit. Ferdin. III. art. 30. art. 28. Capit. Leop. ibique monit. Princip.*

XVII. Ad Magistratus denique gressum levat Periodus, quos in Civiles & Militares distinguere non absonum. Illos in judiciales, qui deprehenduntur in jam adductis Judiciis, & Extra judiciales, quo referre aliquatenus licet Imper. Vicarios, *v. S. & m. h. n. 13.* nec minùs Electores, cùm Ecclesiasticos, ut Moguntonum Archicancellarium Germaniæ, *c 2. §. 2. A. B.* Trevirensem per Galliam & Regnum Arelatense *c.* 1. §. 12. & Coloniensem, per Italiam Archicancellarios, *c. 1. §. 11. d: A. B.* licèt penes posteriores hodiè forsan plus honoris sit quàm muneris v. tamen *ὁ πάνυ Strauch. Exot. J. P. 2. n. 9.* origo horum dubia, causa licet, cur clericis hæc dignitas data, certior. Munus hoc optabat rerum scientiam, quæ tum non erat in seculô. Tum seculares, ut Bohemum Archipincernam *c e 27.* §. 8. *A. B.* Bavarum hodiè Archidapiferum. *art. 4. J. p. §e 4. d. c. A.* B. Saxonem Archi Marschallum §. *1. d. c.* Brandeburgensem Accsii-Camerarium *§. 3. d. c.* Palatinum hodiè Archithesaurarium, donec extincta fuerit linea Wilhelmina *d. art. 4. J. P.* Hæc officia, non, *ut Affe. ctuosus* Bodin. servitia, *l. 1. de Rep. c 9.* ab Imperiô per Imperatorem-non à Bambergensi, (cui ob quædam feuda, nunquam in personâ renovata, semper per Vicarios ministrant, *Limn. ad. A.* B. *c. 27. pr. ocs. 7.*) vel præsentes vel per alios in feudum petunt & exhibent, hodiè *ut Limu. obs. 20. ad. d. c 27. §. 5. A.* B. *putat*, tectô capite de quorum Vicariis *v. §. 6. cit. c. A.* B. processu autem & Sessione pro actibus in seriè aut latere, diversâ, *c. 4. §.* 1. *d. A.* B. *utrobiq; Limn. obs. præsert. h. l. IX. non enim transcribere vacat.* Pertinent huc & Circulorum Directores ac Condirectores ex Secularibus ac Ecclesiasticis Statibus selecti, *art. 10. J. P. ibiq; Burg. 3. D. 7.* Militares sunt vel in conflictu, ubi Sumus belli Dux cæterique ordinisi nferioris Præfecti: vel extrà, iique aut in Consilio aut Judicio bellico, quos recensere rei ratio prohibet & ambiguitas.

SECTIO III.

Membrum I.

Periodi finem tractans.

I.

FInis mihi non est periodi extremum, sed pro illô, cujus causâ est, sui conservatio indeque pendens salus Imperii. Per fluctus enim jactatæ

jactatæ Imperii navi, ne naufraga tandem pulsaret litora, sacrâ opus erat anchorâ, quam in Pace Osnabr. Monaster. demum invenit Nunc, quasi in arenâ securitatis, belli anteacti lustrat Oceanum horrore gratissimo, secum altiùs reputans, quanta sit rerum vicissitudo, & quàm infirmis nitantur radicibus! *Barcl. Sat. part.* 2. Ignaviâ insuper non contineri magna Imperia, virorum armorumque faciendum certamen. *Tac* 15. *A.* Tutum contra esse, Rempubl. armorum perpetuò duci studiò, pacis artibus neglectis, ferò seipsam demum conficiat gladiò, quod Martiæ illi Roman. & Laconum Reipubl. contigit. *2. Polit. 7.* nec minùs idem Turcico, ni arma in exteros tendat, Imperio metuendum. Tanta siquidem militum multitudo, belli tantùm artes edocta, rarò dulcendine otii, intestinas citra confusione utitur Bellicosius Spiritu, modestiæ impatiens, si foris non habet, domi quærit ubi certamini mereatur gloriam. *conf. Forstner. ad 4. & 5. A. Tac. Conring. Anim. in. Mach. Pr. c. 3. Becl. in 2. H. Tac. p. 690.*

II. Hic ergò scopus nostræ periodi, post tantos belli turbine tueri pacem & salutem publicam, salvâ Reipubl. formâ in periodô incolumi. At dicas, otium inerme magnis Imperiis pluris interdum stetisse, armis hostilibus. Principatûs amittendi prima causa, disciplinæ militarinegl ctus. *Machiav. Princ. c.* 14. Ferrum ni exerceas, rubigo consumit, nitescit usu: Otiosa tranquillitas molliciem & quod pejus, luxuriam indit, virtus æmuli concita crescit. Roma, sublatâ Cathagine, securior pacis serenitatem in delicias, hinc sui ruinam vertebat, in se ipsam sibi acta Carthago. *v. Metellum. ap. Valer. Max. l. 7. c. 2. n. 2. & 3. Flor. l. 2. c. 15. Tac. 13. A. Vellej. 2. c. 1. Becl. in 2. H. Tac. p. 700. Amm. Marcell. Lib. 14.* Ita Orientale Imper. luxu & desidiâ, in gynæceum abierat, Turcico jugo turpiter submissum *teste Cluv. Hist. Un. p. 518. & Horn. O. P. 3. p. 51.* Sic cæteris quoq; regnis pacis nimia voluptas empta. Hebescunt enim acres virtutis stimuli socordiâ, & magna gloria, ni renovetur, senescit. Dicta ergò non planè aliena sunt à nostrâ Repub!. Hæc plusquàm vicennem, Dei gratiâ, expertta quietem, quid minus curæ habuit, quàm arma? ac si tricennalis illorum furor priscum Germanor, sanguinem penitùs hauserit, benè sciens, pacem sub galeâ esse tutissimam *Savvdr. S. P. 98. & Boxb. Diss. 3.* Nunc in tantam hominum aucta multitudinem,

nem, ipsa sibi mole suâ gravis hostibus non ita formidabilis, singulis segni potiùs paupertate contentis, quàm armorum studiô vitam aut mortem nobiliorem tentantibus. Veteres Germani nec terram arare, aut expectare annum tam facilè poterant, quàm vocare hostes & vulnera mereri: pigrum & iners sudore acquirere, quod sanguine parare poterant. *Ita Tac. de M. G.* Non aliis sanè mediis rupturienti velut Germanor. copiæ consultum. Quid enim honestius utiliusvè, domi egenû vitæ sorte torpescere, an foris injustè Imperio erepta repetere? Per hoc mole suâ sublevabitur Germania, prisca armorum revirescet gloria. *vid. Conring. Anim. in Mach. Pr. c. 12. pe 52. Æn. Sylv. ap. Kirchm. Comm. in c. 2. Tac. de M. G. p. 34.* Dicunt, bella sic ab Imperio, præsertim in Oriente suscepta utplurimum nostris fuisse tristia: sed nî fatum admittimus, plus ibi nocuit ambitiosus belli finis & modus, quàm bona causa. *conf. Cluver. Hist. Univ p. 524.*

Membrum 2. & ultimum
de Contrariis.

I.

SUmma Imperii ambigua, *Tac. XI. A. Becl. 2. H. Tac. p. 700.* Nihilque suo statu manet, sed quodam temporis mutatur ambitu. *5. Pol. 12.* Inest enim cunctis rebus quidam velut orbis *Ta it. 3. A.* quô circumactô nova rerum facies. Ut Sol absolutô cursu novos incipit dies & annos; sic Imperia suos emensa terminos, veteres mutant formas, in melius aut deterius, si non in cineres. Ejusmodi fatalia leguntur in omnibus, quot unquam floruerunt florentque, Rebuspubl. Ita rerum culmini negata constantia, ut ipsi sæpius felicitatis nostræ simus hostes, ubi non sunt, qui nos ex altô dejiciant, multisq; pro fortunâ sit, fortunam non habuisse.

II. Hi nunc manes nostram quoque manent periodum, ultima sua variis ex causis expectantem. Sunt autem potissimùm I. Fatalis vel contingens lapsus termini, quo decurso nova erit revolutio. Veteres enim Imperii periodi, suas ut numerant ætates, ita & præsens tali non destituitur. Crescunt ut homines Imperia, quæ per gradus ætatis primæ ducta, ex virili vigore in senectutem, huicque proximam mortem declinant *ad Thuan. l. 1. Hist. 11.* Sanguinis Austriaci in prole mascula decessio. Hanc sine periodi turbatione, ne-

mo

mo prudens facilè concesserit. Aquila quippe Imper. nidum ita fixè hic compositum, solennem citra metamorphosin vix aliò feret. Tanta vis est diuturni, ut non facilè convellas, quæ invaluerunt tempore. *conf. Sueton. in J. Cæsar. c. 86. Dn. Text. d. tr. c. 5.* *III.* Vis bellica eaque vel interna vel externa. Hâc maxima mundi cecidère Regna, totusque terrarum orbis ferè concussus. Hanc superiora in Imper. deplorarunt tempora, metuunt præsentia; Rebellis namque Hungaria, tristi funesta executione, doloris stimulos, Turcicô chalybe in vindictam acuere fertur. Ita seditio, acri mediô pressa magis, quàm extincta, torrentis ritu sæpè recurrit. Vis interna ipsa petit viscera, quibus læsis salva non potest esse Respubl. Dum enim rebus compositis nulla spes, sed in turbidô est consilium, Respubl. ex sui laniena commoda metitur, resectâ membrorum copiâ, robustiores nervos in paucis reponens. Nec minus facit ad periodi mutationem mutua in Statu temperatô renitentia, quâ altera pars, evadens superior, in succumbente novæ formæ quærit materiam: Hoc quippe ejusmodi Rebuspubl. solitum malum *4. Pol. 11. Polyb. l. 6.*

III. IV. Tyrannicum aut Despoticum regimen: Hoc multis Rerumpubl. versionibus causa extit & ansa; sceptra enim raro sunt felicia, ad ingenia populi se componere nescia, & sæpius cervix, asperi impatiens jugi, illud cum damno domantis, quamvis sub periculò, excutit. Hinc maximi civilis prudentiæ errores, inexorabili asperitate perdere, quod levi clementiâ retinere poteras: Obstinata enim severitas odio est. *Tacit. 15. A. & H. 4. Mach. c. 8. ibique Conring.* Aliam regiminis artem Austria Helvetiæ, dimidii verò Belgii jacturâ Hispani, serò nimis didicerunt. *conf. Conring. Anim. in Mach. Pr. c. 19. p. 39. Boxh. Disq. Pol. cas. 57.*

V. Et ultima causa, sit mutuus Imperantis & parentis consensus de formâ regiminis novâ; ut enim istô plures Respubl. coeunt, sic & solvuntur, aut in alium Statum migrant, quod licet non expressâ semper, tacitâ tamen fit conventione, ea ubi conceduntur, quæ Statu regiminis illæso haberi non possunt, vel. *ut Crisp. ap. Tac. 6. A.* vim Principatûs resolvunt. *v. Becl. d. l.* Cujus rei documentum nostra quoque est Germania, quæ DEO Protectore, cum Capite sacrisque Proceribus sit Inclyta, Augusta, & hostibus formidabilis!

DISSERTATIO VII. DE COMITIIS ELECTORALIBUS,

Q.D.B.V.

MEmorat Plutarchus, non solum Alexandri aulicos inflexionem colli, suique Regis in dicendo vocis asperitatem; sed & curvitatem Platonis, & balbutiem Aristotelis horum sectatores studiosè imitatos fuisse. Simile quid fecisse legimus, qui Basilii Magni gloriam in rebus ingloriis consectati dicuntur, pallore, barbâ certo incedendi gestu, vestimenti genere, lectuli specie, cibi sumendi modo, & similibus aliis. Quod studium ceu nimis servile & adfectatum uti merito improbatur; sic minimè ineptum fore existimo, si præclara præceptorum studia, eorumque exempla non sine applausu excepta, modestè imitatus fuero, primasque licet secutus in secundis tertiisque constitero. Cum enim Vir Amplissimus Dn. D. Mauritius, Patronus ut in perantiquâ Eberhardinâ, sic illustri hac Christian-Albertinâ, meus, nullo non observantiæ cultu suspiciendus, Mense Majo Anni clↄ Iↄc LXVII, Dissertationem quandam Juris publici de Origine Electorum, & Comitiis Electoralibus eruditissimè, & cui salva veritate in contrarium vix quidpiam opponi possit, conscripserit, deque conventu Electorum duplici, cujus A. B. *tit.* 2. & 12. mentionem facit, agere decrevisset; variis tamen negotiis obrutus, & ne Dissertatio ista nimium excresceret, de illo tantùm conventu, quem Germani Wahl-Tag nuncupare consueverunt, suam sententiam tunc publicavit. Ne verò altera Dissertatio, de Conventibus Electorum, quos linguâ vernaculâ Chur-Fürsten-Täg/Collegial-Täge/ vocamus, à Magni Nominis Viris non rarò desiderata, à perpaucis verò hâc ætate tractata, (nullo quod sciam, Disputationis loco conscripta & ventilata,) diutius hæreat, supra laudati Dn. D. Mauritii persuasu, arduam hâc materiam, quæ deterrere me potius debuisset, pro ingenii tenuitate, judiciique in tantis rebus imbecillitate, elaborare cœpi, Consultissimi Dn. Præsidis, Patroni itidem plurimùm colendi, devenerandi, ope & consilio usus, quò illam ad metam perducerem, haberemque, qui oneri fortè imparem aut lapsan-

plantem erigeret, gressusque inter salebras dumosque firmaret, Quod uti ille libens fecit, ita omnes boni æquique judicii Lectores obtestor, ut, si quid displicuerit, me minimè morosum aut pertinaciter errantem moneant potius, quàm inaudita causa condemnent, censuræque benignitate excitent studia nostra, non rigido obelisco confodiant.

I. Quibus in regnis Comitia obtinent, magno illa argumento sunt, cum imperio Regis conjunctam esse Populi libertatem, neque omnia Regia manu, sed etiam Populi aut Procerum autoritate saltem nonnulla constitui. Eodem fine & effectu in Imperio Romano-Germanico Comitia subinde instituuntur, eaque non semper omnium Imperii Ordinum, sed quandoque eorum consilio, qui res quasdam Imperii ad suam curam præcipuè pertinere existimant. Hujus generis sunt Comitia Electoralia, die Collegial- oder Chur Fürsten-Täge/quæ etiam Diætarum voce insigniri solent. Unde hujus dicterii nata occasio Æneæ Sylvio, *Germanorum Diætas esse fœcundas, & quamlibet in ventre habere alteram: ac credibile esse quia fœmineum sit nomen, liberis impregnari Diætas, ac parturire.* Cæterum, cum Electorum Comitia modo instituantur Cæsaris monitu, modo propriô illorum motu & consilio, ut tamen Bohemiæ Regem excipias; ideò Comitia Electoralia duplicis esse generis, neque una definitione utrumque genus comprehendi posse putamus. Illa haud incommodè describi posse videntur: Quod sint Conventus Imperatoris & 7. Electorum, Cæsaris autoritate per Moguntinum Electorem indicti, ubi de salute Imperii & ad hanc pertinentibus negotiis agitur. Hæc: Quod æque sint Conventus eorundem Electorum, ad quos toties ab Electore Moguntino vocantur, quoties necessitas totius Imperii, vel etiam Collegii Electoralis judicium vel authoritas postulaverit. Quas descriptiones, si numerum modo septenarium exceperis, non tàm ex primâ Caroli V. (priores enim quæ circumferuntur Capitulationes, nequaquam veras, sed supposititias esse, plerisque Juris publici Scriptoribus persuasum esse, Consultissimus Dn. Mauritius in Colleg. ad Dan. Ottonem Tubingæ habito, in notis MSptis ex ore ipsius exceptis observat,) quàm omnium etiam insequentium temporum Capitulationibus Cæsareis ipsoque usu defendi posse existimamus.

timus, omninò dicendum videtur, Conventus Electorales præterito aut inscio Imperatore institui aut peragi non licuisse. At si usum temporum quæ Auream Bullam subsecuta sunt, videas paulatim hoc ipsum, ut multa alia in desuetudinem abierunt. Undè Limnæus *ad artic. 5. Capit. Carol. V. verba* nach vermög der Gülden Bullen ait, se mirari, quod Aurea Bulla in Capitulationibus pro regula ponatur, cum, quantum Conventus Electorales attinet, nihil minus hodie fit, quam regula, usu scilicet maximè immutata. Atque hanc mutationem ratione Conventuum Electoralium in undecim capitibus accidisse, mox ibidem commemorat. Neque est quod quis existimet, hanc consuetudinem ceu iniquam ac Legi publicæ adversam abolendam, & ad pristinam normam esse revocandam. Si enim tanta consuetudinis vis est in causis privatis, ut pro Lege non solū sit saltem aliquando habenda, sed & leges interpretari optime, & quandoque illas abrogare possit, *per l. 32. & seqq. ff. de LL.* Multò minus in publicis Imperii rebus illam sollicitare aut convellere licebit. Addantur quæ tractat Grotius *lib. 2. de Jur. Bell. & Pac. cap. 4. n. 5. & 11.* Atque hanc ipsam ob causam ipsa Aurea Bulla toties ad consuetudinem provocat, ejusque autoritatem quasi sacrosanctam esse jubet, *Tit. 1. princip. Tit. 2. §. & quia. Tit. 5. §. Et quamvis. Tit. 18. §. Invenimus.* Cui accedunt Instrumenti Pacis *art. 8. §. Tam universalibus.* Et Recessus Imperii novissimus de Anno 1654. §. Benebens sollen Cammer-Richter/ aliæque Imperii Leges passim consuetudinis Jus commendantes. Accedunt Uniones Electorales Erfurti An. Ch. 1446. (quam tamen Arumæus ad A. B. *Discurs. 5. th. 22.* parùm accuratè ad An. Ch. 1438. refert, cum contrarium ex subscriptione quæ ita se habet: Zu Franckfurth in dem Jahre/ als man schrieb nach Christi Geburt Tausend/ vierhundert sechs und viertzig ɿc. satis perspicuè colligatur,) Geilnhusi An. Ch. 1502. & Wormatiæ An. Ch. 1521. initæ, (*de quibus Goldastus inter Constit. Imp. tit.* der 6. Chur-Fürsten Brüderliche Einung von des Römischen Reichs wegen/ *pag. 16. & seqq.* & in Politischen Reichs-Händeln *part. 8. tit. 3. pag. 217.* videri potest) ubi nulla Imperatoris mentio fit. Consuetudinem igitur per Uniones has confirmatam, ac vicissim Uniones istas per Matthiæ Imperatoris Capitulationem stabilitas, ex artic. 4. apparet, qui ita se habet: Gestalt er dan auch der Chur-Fürsten Gemeine/ und sonderbare Reinischen

Verein/ als welche ohne das mit Genehmhaltung und approbation der vorigen Käyser rühmlich auffgerichtet/ so wol diesen/ als alle darinnen begriffene Puncten/ auch unsers theils approbiren und confirmiren thun. Quæ verba, ut primum Matthiæ, sic recentiorum Imperatorum omnium Capitulationibus inserta leguntur.

IV. Utut autem benè multi hujuscemodi Conventus Collegiales, (quorum plurimos Limnæus *ad A. B. tit. 12. §. 1. obs. 2. & annot. ad citat. art. 5. Capitul. Caroli V. n. 6.* recenset,) ab ipsis Electoribus, absente Imperatore, ejusque Legatis habiti ac celebrati fuerint, nihilominus tamen permultos æque peractos fuisse, quibus Legati Imperatorii interfuerint, vix quispiam negabit, de quibus inferius suo loco agemus.

V. Intereà verò Electorale Collegium Conventum talem propriô motu celebrans, Cæsareum Legatum fortè adventantem, & conventui huic interesse cupientem, dubio procul esse admissurum, cum Dn. Bœclero *citatâ Disp. de Congressib. & Colloq. Princip. th. 45.* affirmandum putamus. Ut tamen inficias haut iverimus (posse quandoque ea incidere tempora, & talia negotia tractari, à quibus non inique excludi queat sive Imperator, sive ejus Legatus; modò gravi justâque causâ adducatur tantæ dignitatis Collegium, de quô etiam sequius quid præsumere, nefas fuerit. Atque hinc Cl. Bœclerus loco dicto videtur illam Electorum propensam voluntatem restringere ad Pacata Reipublicæ tempora. *Republicâ*, inquit, *pacatâ, non ita sejungitur* pars corporis Imperatorii, *ab Imperatore, ut clam, aut inscio hoc, illa agere velit. Sed nec detrectant Electores, admittere Cæsareum Legatum, si velit talibus congressibus interesse.*

VI. Et hæc de Imperatore dixisse sufficiant. Quare ad Moguntinum Electorem Augusti hujus Collegii Decanum ut veniamus, instituti nostri ratio postulare videtur. Utut autem huic Electori lege hac Carolinâ electionis Conventus instituere, & Co Electores suos convocare, *tit. 1. § Præterea statuimus & tit. 4. §. Cæterum quoties &c.* incumbat & permittatur, frustra dissentiente *Cuspiniano in vitâ Caroli IV.* ubi jus illud ab antiquo Moguntiæ Archi Episcopo negat, & Palatino Rheni tribuit. Cum tamen nullum idoneum argumentum vel testimonium adducat, unde jus illud Palatino competierit, vix tuto etiam hac in re fides illi tribui poterit. Quia verò ex A. B. *proœmio*, ibi:

ibi Assidentibus Nobis Omnibus Principibus Electoribus &c, constat, ipsũ Palatinum Aureæ Bullæ constitutioni interfuisse, qui, si jus illud sibi competiisset, in Moguntinum sanè transferri haut permisisset, multò minus hæc verba: *Moguntinus Archi-Episcopus potestatem habebit, sicut potestatem habuisse dignoscitur* ab antiquo, *artic. 4. §. Cæterum quoties, &c.* inseri tolerâsset. Interim negari haud potest, Rupertum Palatinum semel atque iterum Principes Electores ad Comitia convocâsse, primum quidem cum de exauctoratione Wenceslai consilium agitaretur. Deinde cum Rupertus ille in Comitiis Francofurtensibus electus, & Fridericus Dux Brunsuicensis domum repetiturus, insidiis, ut ferunt, Moguntini per Waldeccensem Comitem propè Frislariam interfectus esset. Quemadmodum igitur illô casu Rupertus Palatinus planè extra ordinem Electores concivit, ita iste suo officio singulari functus esse videtur, quod descriptum legitur Aureæ Bullæ *tit. 5. §. ult.* unde apparet, Cuspinianum *in vitâ Ruperti* geminæ hujus convocationis causam planè falsam recensere, ac si Aurea Bulla tunc temporis nondum confirmata fuerit: eam enim An. Chr. cIↄ ccc LVI. conditam & promulgatam fuisse, & ex templo etiam obligare cœpisse in confesso est. Adeat, qui volet Arumæum *ad A. B. Discurs. 1. th. 23.* & Limnæum *ad A. B. tit. 1. §. 18. obs. 2.* Idem jus etiam ex Fraternâ Unione inter Electores An. Ch. 1521. Wormatiæ renovatâ Moguntino adscritur. *§. 7.* Were es auch & *§. 9.* Were es aber ꝛc. ut tamen casibus quibusdam extraordinariis idem in reliquorum Electorum arbitrium collatum fuerit. §. 4. Wo aber & §. 16. und auff daß ꝛc.

VII. Quod si verò convocationis tempore Elector Moguntinus in vivis esse desierit, an Capitulo Moguntinensi hæc potestas convocandi Electores concedenda sit quæritur? Etenim, quamvis affirmativa sententia rationibus haud contemnendis defendi ac adstrui posse videatur, cum Capitulum, sede vacante, idipsum exercere posse videatur, quod Episcopus; omnisque potestas penes Capitulum resideat, quod permultis locis ex Jure Canonico adductis Juris publici Scriptores probare contendunt: Quare tali vocationis tempore etiam ad Comitia citatur, ut subscriptio Recessus Imperii de An. 1555. ibi Dechant und Capitul zu Minden/ Rec. Im. de An. 1559. ibi Probst/ Dechant und Capitul des Thumstiffts zu Freysingen/ sede vacante,

cante, & Rec. Imp. de An. 1576. ibi Des Stiffts Halberstadt/ sede vacante, Rec. Imper. de An. 1654. Dechant und Capitul des Stiffts Wormbs testatur. *vid.* Arum. *de Comit. cap. 4. n. 107.* Limn. *ad A. B. tit. 1. §. 18. Obs. 10.* Negativam tamen sententiam præferendam, & Capitulo ad nullos conventus Electorales convocationem permissam esse statuimus. Quod de electionis conventibus expeditum est, A. B. *tit. 4.* §. *Cæterum quoties &c. tit. 1.* §. *Præterea statuimus &c.* Quod autem textus citati de solo Archi-Episcopo, qui fuerit pro tempore, non autem Capitulo loquantur, *ex tit. 1.* §. *seq. Cum autem ad hoc perventum, &c.* satis colligi posse arbitramur, cum omissâ convocatione ex Moguntini negligentiâ, nihilominus Electores propriô motu convenire, & Regem Roman. eligere teneantur, nullâ Capituli mentione, vel in illud authoritatis alicujus surrogatione factâ. Quod autem convocationem ad Conventus Electorum Collegiales attinet, & eam non nisi ArchiEpiscopo huic competere, ex Unionis Electoralis locis sub finem theseos præcedentis citatis, manifestum fieri potest. Quippe, si idipsum, quod Moguntiæ Electori tali convocationis tempore incumbit, mortuô illô, non Capitulo, sed Trevirensi Electori ex solenni pacto committitur per §. 15. Und were es 2c. citatæ Unionis Electoralis, ibi: Wo aber der Fall an Uns/ dem Ertz-Bischoff zu Maintz beschehe/ sollen Wir/ der Ertz-Bischoff zu Trier/ seiner Lieb des Ermahnen und vollziehen/ wie obstehet 2c. Ideoque Capitulum etiam ne quidem ad ullos hujuscemodi Conventus Electorales citandum esse, consequens erit.

VIII. De Bohemiæ quoque Rege, tanquam Electorum secularium primario, qui immediatè Imperatorem sequitur, ita ut non solum Co-Electores suos antecedat, A. B. *tit. 21.* §. *fin.* (hanc enim lectionem in quibusdam Codicibus vitiosam esse, nec cum exemplari originali, quod Francofurti ad Mœnum asservatur convenire, Ampliss. Dn. Mauritius *in Colleg. th. 1. citata annotavit,*) an ad conventus Electorales vocandus sit quæritur? Sanè non desunt Scriptores qui Bohemiæ Regem ne quidem ad electionis Conventum citandum asserunt, quod *Author Speculi Saxonici lib. 3. art. 57. & Abbas Stadensis ad An. Dom. 1240.* faciunt, cum non sit Teutonicus. Ut autem Speculo huic argumento eorum quæ Dn. Conringius *de Orig. Jur. Germ. cap. 30.* tradit, in nonnullis tantum authoritatis non sit tribuen-

buendum, ut plenæ semper probationis loco ceu Lex fundamentalis adduci queat: ita & citatam rationem, si rectè examinetur, non obstare, aut tanti faciendam arbitramur, ut ad sententiam negativam amplectendam quempiam moveat. Impunè enim Bohemiæ Reges electiones tempore præteriri non posse, vel unicâ saltem Uladislai Regis protestatione probabitur, qui præteritionem hanc, cum Maximilianus I. eligeretur, non solum indigne habuit, sed & arma minatus est, *Hartm. Maurus in Relat. coronat. Caroli V.* Quam etiam electionem tàm diu oppugnavit, donec ab Electoribus ipsi & privilegio ejus satisfactum, novaque conventione, ne sub 500. Marcarum auri pœna Reges Bohemiæ in posterum præteriri possent, An. Ch. 1489. Francofurti cautum fuit. *Quæ Constitutio apud Goldastum* in seinen Reichssatzungen *tom 2. fol. 178.* legitur, adeoque illâ jus eligendi Imperatorem Bohemiæ Regi per Auream Bullam competens insigniter stabilitum fuit *Add.* Limn. *ad* A. *B. cap. 12. §. 2. observ. 4. & ad Capit Ferdinandi III. art. 50.* v. der Gülden Bull *n. 24. seqq.*

IX. Quamvis autem, ceu modò dictum est, Electionis Conventibus, (de quibus obiter tantum hic egimus,) Bohemiæ Rex utique interesse queat, & necessario ad illos citandus sit; idipsum tamen de Collegialibus non perinde affirmandum erit. Nec movet, quod Aureæ Bullæ *titulus 12.* de Electoribus in genere loquatur, & nullum excipere videatur. Longè enim secius tunc temporis rem sese habuisse, ac vicissim aliter hac ætate se habere, controversia caret, imprimis si de consvetudine moderna superiùs laudata sermo fuerit, qua observata, nequaquam illum vocandum putamus, cum nulli Unionis matriculæ (de quibus thesi 3. actum,) insertus reperiatur, inque omnium Imperatorem, quæ supersunt, Capitulationibus, usque ad Pacem Osnabrugo-Monasteriensem de An. 1648. sex tantum Electorum mentio fiat, donec Pacificatione istâ *art. 4. §. Quod ad Domum Palatinam attinet, &c.* Augustus iste numerus auctus est. Quare in sequentibus duabus post pacem hanc confectis Capitulationibus Ferdinandi IV. scil. & Leopoldi Imperatoris Septem tantum Electores recensetur. Quod autem exclusio hæc de solô Bohemiæ Rege sit intelligenda, ex omnium & singularum Capitulationum principiis colligere est, ubi altum semper de Bohemiæ Rege silentium habetur. Atque hinc à reliquis Electoribus, excluso Bohemiæ Rege, Capitu-

E e lationes

lationes etiam Cæsareas condi & præscribi, usu & observantia obtinuisse Limnæus *in Proleg. ad Capitul. Imperat. Sect. 4. n. 2.* tradit. Sive igitur nunquam Bohemiæ Regibus jus fuerit, ut ad alios præterquam Electionis Conventus Electorum vocarentur: sive Imperii negotia tanquam à suâ curâ alieniora, multumque temporis & sumtuum exigentia à se rejecerint, suumque forte Jus tacitè resignaverint; Id certum est, præter Electionis Cæsareæ causam ad Conventus Electorales Bohemiæ Regem jam pridem nec vocari quidem, neque ipsum invitum præteriri solitum. Nam cum postrema Capitulatio Cæsarea Francofurti ab Electoribus conderetur, atque ex illius formula non parum momenti tractura esset ipsa electionis deliberatio, imò hæc individuo ferè nexu cum istâ contineri videretur, præsensque tunc in Urbe esset Bohemiæ Rex, & maximè ejus interesset, non tamen ad illam deliberationem vocatus, aut admissus fuit: cujus rei satis locupletem Autorem habeo Consultiss. Dn. Præsidem, qui tum coràm isticomnia hæc cognovit. Quæ cum ita sint, ad reliquos Conventus Electorales tantò minus aditum sibi Rex Bohemiæ fieri contendet.

X. Invalida igitur communis ferè Jurispublici Scriptorum censetur ratio, dum Regibus Bohemiæ hac de causâ, quod Imperii onera perferre recusarint, item quod Bohemia nulli Circulorum, in quos Romanum Imperium divisum, sit adscripta, aditum ad conventus hosce Electorum collegiales non patere arbitrantur.

XI. Primam enim quod attinet causam, & ut res clarior fiat, obiter monendum duximus, olim Bohemiæ Regnum utique oneribus Imperii obnoxium fuisse, teste Conringio *de finib. Imperii Germ. cap. 29.* An autem à vetustissimis illis temporibus collectas ejusmodi perpetuo tempore in huncusque diem de necessitate & coactè subierit, negandum videtur, quæ assertio non tàm ex Recessu Imperii Augustano de An. 1500. *tit.* Wie man mit dem Könige zu Hungern und Pohlandt der Türcken halben handeln soll/ Recessu Imperii de An. 1530. §. Darauff haben Wir Chur-Fürsten/ Fürsten und Stände ꝛc. quam ex protestatione Ferdinandi I. Bohemiæ Regis, Fratri suo Carolo V. Imperatori & Statibus Imperii in Comitiis Augustanis de An. 1548. objecta apparet, *cujus verba hæc:* Das in der zu Wormbs An. 1521. verfassten Matricul das Königreich Böhmen mit 400 zu Roß/ und 600. zu Fuß belegt worden / da doch die Stände der Cron Böh-

Böhmen gantz keine Reichs-Anlage bekäntlich/ und gar nicht wüsten geständig zu seyn: das weder der angezogene Wormbsische/ noch andere ältere Reichs-Anschläge mit Ihrer Königlichen Mayt. löblichen Vorfahren/ Könige zu Böhmen/ Wissen noch Willen geschehen/ viel weniger daß dieselbe iemahls darein gehalten oder einige Hülffe darauf entrichtet/ oder auch die wenigste zu leisten schuldig gewesen weren ꝛc. Arumæus *de Comit. cap. 2. n. 41. & cap. 4. n. 58. seq.* Quod etiam hodie expeditum est, cum in recentissima Imperii Matricula de An. 1654. qua Camera Imperialis utitur, & ab Ampliss. Dn. Mauritio sub finem Disputationis cujusdam Inauguralis de Matricula Imperii exhibetur, nulla planè Bohemiæ Regis mentio fiat.

XII. Et hæc quoad contributiones seu collectas Imperii de Bohemiæ Regno monuisse sufficiant. Ut autem ad propositum nostrum redeamus, meritò citatam Jurispublici Scriptorum rationem pro infirmâ agnoscimus, cum non statim colligere sit, oneribus Imperii non est obnoxius, ergò neque Conventibus hisce interesse poterit; hoc enim assertum si sufficiens esset, neque ad electionis conventus citandus esset, Quare Status etiam Imperii complures dari qui ab oneribus immunes Limnæus *in Jur. Publ. lib. 1. cap. 7. n. 97.* & Myle-rus *de Princip. & Statib. Imperii cap. 11. n. 5.* probant, quorum assertioni etiam Reinkingius *de Regim. Secul. & Eccles. lib. 1. Class. 4. cap. 1. n. 42.* subscribit. Exemplo sit nobis totus Circulus Burgundicus, qui, licet Imperii oneribus vigore ipsius Recessus Augustani de An. 1548. §. Nachdeme den von unsern Burgundischen und Nieder Erblanden ꝛc. obnoxius fuerit; mortuô tamen Carolo V. ejusque filio Philippo II. Hispaniarum Rege Successore, cum Provinciis hæreditariis inferioribus belligerante, in hancusque lucem Imperio nil quicquam contribuit, teste Reinkingk. *loc. cit. p. 333. sub. tit.* Burgundischer Creyß/ & nihilominus tamen Status Imperii permansit. *Instrum. Pac. Cæsar. Gall. §. Et ut eo sincerior, &c.* ibi *Circulus quidem Burgundicus &c.* Quamvis autem citato Pacificationis articulo hæc verba: *Post Controversias inter Galliam Hispaniamque sopitas,* adjecta fuerint: acriter tamen additioni huic Philippi IV. Hispaniarum Regis Legatum Burgundicum se opposuisse & contradixisse, provocatio & protestatio ejus Monasterii, An. Ch. 1649. vulgata, & Instrumento Pacis Gallicano Lugduni Batavorum edito, adjuncta abunde testatur. Accedit Re-

 cessu

cessus Imperii de An. 1654. §. Demnach auch im Frieden-Schluß ꝛc. ubi Circulo Burgundico tanquam Statui Imperii jus præsentandi duos Assessores Cameræ Imperialis tribuitur.

XIII. Neque etiam altera causa quidquam probat, dum Regem Bohemiæ non ad Conventus hosce admittendum vult, quod Bohemia nulli Circulo Imperii adscripta sit. Parum rectè enim Arumæus *de Comitiis cap. 4. n. 46.* & Carpzov. *de L. Regiâ* censent nullum dari Imperii Statum, qui non uni Circulorum sit adsciptus, cum contrarium Zeillerus *in eleganti tract. suo de decem Circulis Imperii Ulmæ An. Ch. 1660. edito,* haud obscurè ostendat; Imò, quod in Circulum referri queant, qui tamen Status Imperii non sunt, Strauchius *Dissert. exoter. 1. thes. 6.* notat. Intereà tamen Bohemiam nulli Circulorum adscriptam esse, neque per se Circulum separatum facere, contra Goldastum *Lib. 1. cap. 2. n. 5. & l. 4. cap. 8 in Bohem. & in consult. de Electore Bohemiæ n. 13.* asserere non veremur, quod etiam ex citatæ Ferdinandi I. Bohemiæ Regis protestationis sequentibus verbis colligitur: Weiln auch die Steuren im Reich merentheils auf die Stände in Zehen Crayssen bestimbt/ die Crohn Böhmen aber in einigen Bezirck niemahls gewiesen worden / sey leichtlich abzunehmen / daß dieselbe Cron mit dem Reich in vorigen Zeiten gantz niegesteuret/ und dannenhero jetzo unbillig in des Reichs Anschläge gezogen würde/ ꝛc. Arumæus *de Comit. loco thes. 11. citat.*

XIV. Porrò, Bohemiæ Rex, licet non vocatus, spontè tamen si ad Collegiales hos Conventus veniat, iisdemque interesse cupiat, an admittendus sit quæritur? Quamvis autem affirmativam sententiam Justus Sinold, cognomento Schütz/ *Volum. 1. de Statu Rei Rom. Disp. 7. th. 20.* defendere conetur; Negativam tamen sententiam cum Limnæo *ad A. B tit. 12. §. 2. obs 6. & annot. ad Capitul. Caroli V. art. 5. ve. 6.* Chur Fürsten/ præferendam censemus, ubi rem exemplo Cardinalis Clöselii, à Matthia Bohemiæ Rege ad Conventum Electoralem Norimbergæ An. Ch. 1611. habitam, missi quidem, non tamen admissi illustrat; quod etiam Aurumæus *ad A. B. disc. 5. th. 22. & de Comit. cap. 2. n. 31. p. 41. seq.* observat.

XV. An autem Electores personaliter Conventui huic interesse teneantur, disquiri posse videtur; quod ex ipsâ A. B. *tit. 12.* §. *hinc est:* ibi: *Personaliter congregentur,* affirmandum putamus. Nec obstat

tit.

tit. 1. § Praeterea statuimus &c. item §. *Debet autem &c. juncto tit. 19.* ubi ſemper Legatorum mentio fit. Quippe reſpondetur, citatos titulos de Electionis tantum, non autem Collegialibus Conventibus loqui. Ad Electionis enim Conventum facilius Legatum admitti poſſe, Stamlerus, *de Reſerv. Imperat. §. 28. n. 8. ſub fin.* tradit, cum nullâ aliâ inſtructione opus habeat, præter denominationem Perſonæ in Regem vel Imperatorem Roman. eligendæ cujus gratia Conventus talis inſtitutus eſt. Aſt longè ſecius ſe res habet in Conventibus Collegialibus, ubi indies diverſarum, imò novarum ſæpe rerum deliberationes, de quibus non raro Elector ablegans Legatum cogitare vix valuit, oboriantur; Imò nonnunquam Electorum Perſonalem præſentiam in Comitiis Univerſalibus ſtricte deſideratam fuiſſe, Rudolphi II Imperatoris literæ denũciatoriales ad Comitia Pragæ, 10. Januarii Anno Chriſti 1594. exaratæ teſtantur, & legi poterunt apud Arumæum *de Comit. cap. 5. n. 7. p. 249. & ſeq.* Quam neceſſaria enim interdum perſonalis præſentia etiam in Comitiis ſit, ex Receſſu Wormatienſi de Anno 1545. § Und ſeind auf ſolchen Reichstag/ ibi: So ſeynd auch die Sachen und obliegen der Chriſtenheit/ und ſonderlich des Heyl. Römiſchen Reichs Teutſcher nation, ſo auf dieſen Reichs-Tag erlediget und verglichen werden ſollen/ zum theil alſo geſchaffen und geſtalt/ daß ſie ohn Perſöhnliche Gegenwärtigkeit mehrer Reichs-Stände nicht wol erlediget oder verglichen werden mögen/ colligi poterit.

XVI. Utut autem aſſertio hæc de perſonali præſentia, ſi Aureæ Bullæ textui inhærere velimus, vera; ſi tamen de inſequentium temporum Legibus & moribus quæſtio ſit, Electores memoratis conventibus, vigore Unionis Electoralis de An. 1521 initæ §. 4. Wo aber zwiſchen etlichen ibi: von ihren eigenen Perſonen/ oder ihren trefflichen Räthen zu erſcheinen benennen/ und auff demſelben Tag beyde theil durch ſich ſelber Perſöhnlich/ oder ihre vollmächtige Anwälte/ erſcheinen/ und die andern Vier auf Uns/ oder derſelben treffliche Räthe ꝛc. §. 10. Deßgleichen ſollen und wollen wir ꝛc. & §. 16 Und auff daß &c. Perſonaliter intereſſe non tenentur, ſed ex juſto & legitimo impedimento, Auß Ehehafften/ erheblichen und redlichen Urſachen/ die ſie auff ihre rechte Warheit/ mit ihren offenen verſiegelten Brieffen betheuren ſollen/ ꝛc. (quæ verba non tam ſæpè dictæ Unioni Electorali §. 6. Und were es

Sachse/ §. 9. Were es aber & §. 17. Würde es aber &c. quam ipsis etiam Legibus fundamentalibus passim inserta reperiuntur,) utique Legatos mittere posse, vix quispiam negabit. Accedit Consvetudo thesi 3. laudata, & observantia, quæ optima Legum Interpres habetur, *l. 37. ff de LL.*

XVII. Intereà tamen iis nequaquam adstipulamur, qui Legatos justi impedimenti causam sub fide juramenti facere teneri autumant, quâ in opinione etiam Goldastus *in replicâ pro Imper p. 174.* versatur, ubi assertionem suam exemplo Legatorum Bohemicorum, Wenceslaum Regem justâ causâ impeditum ad electionem venire non potuisse juramento confirmasse probare conatur. Daniel Otto *Differt. Jurid. Polit. de Jure publ. p. 247.* Enim verò, ut specialis hic casus parum rectè electionis Conventibus in genere applicatur; multò minus conventibus hisce Collegialibus applicari poterit, cum in Unionibus istis Electoralibus nulla juramenti mentio fiat. Quare sufficere statuimus, si Legatus talis mandatum generale, sufficiens & legitimum, völligen gnugsamen Gewalt (uti Germanica verba sonant) Collegio Electorali exhibuerit, & de absentiæ causis, quò minus Princeps Elector his impeditus ipse adesse nequiverit, fidem fecerit.

XVIII. De loco etiam, ubi scil. Conventibus hujuscemodi Collegiales institui possint, quæramus necessum erit. Licet autem in A. B. *tit 12. § hinc est &c.* Civitatis alicujus S. Imperii, id est immediatè Imperio subjectæ, uti ex additione nominis METENSIS scil. probabiliter colligere est, mentio fiat; ab hujus tamen tituli dispositione etiam hactenus recessum, vel saltem rem istam planius definitam esse, ex Constitutione Unionis Electoralis de An. 1521. initæ §. 4. Wo aber/ § 7. Were es auch/ §. 9. Were es aber/ & §. 16. und auff daß &c. patet, ubi præter Francofurtum & Geilnhusum Moguntiæ quoque & Fuldæ mentio fit, quas posteriores, ut Imperii Civitates esse haud negemus, ita tamen liberas & immediatè Imperio subjectas Frey- und Reichs-Städt/ uti passim in Imperii Recessibus nuncupantur, nequaquam dici posse statuimus. Si tamen quis per Civitates Sacri Imperii, quarum in A. B. *tit. 12.* mentio fit, tam eas comprehendi vel intelligi velit, quæ mediatè quam quæ immediatè Imperio obnoxiæ sunt, nos non habebit pertinaciter sibi adversos.

XIX. Tempus, quando nimirum Conventus tales instituendi, quod

quo attinet, sciendum est, A. B. *tit. 12.* §. *hinc est*, certum fuisse definitum, uti ex claris & perspicuis verbis: *Per singulos annos semel, transactis à festo Resurrectionis Dominica quatuor septimanis continuè numerandis* colligere est. Secius autem jam rem sese habere, & partim pro Imperatoris, partim pro Electorum arbitrio, (uti th. I. diximus,) quoties necessitas vel utilitas totius Imperii, vel etiam Collegii Electoralis exegerit, convenire iis permissum esse, omnium Capitulationum verba: Je zu zeiten/ nach Vermög der Gülden Bull/ und ihrer Gelegenheit/ zu ihrer und des H. Reichs Nothdurft/ auch so Sie beschwerlich obliegen haben/ zusammen kommen mögen/ dasselbe zu bedencken und zu berathschlagen/ rc. innunt, Quâ de re Unionis Electoralis de An. 1521. nitæ & in Capitulatione Matthiæ Imperatoris, uti ex Th. 3. constat, primò confirmatæ, §. 1. Als wir betrachtet/ &c. item §. 7. & § 16. *modò cit.* & passim videri poterit.

XX. Undè haud incommodè etiam colligitur, quid in Conventibus hisce deliberandum veniat, puta, si præcedentem thesin accuratiori mentis trutinâ perpenderimus, quam ob causam scil. Augustum hoc Collegium convenire consueverit. Ejusmodi autem negotia non tàm in Capitulationibus modò dictis, quam A. B. *sæpè citatô tit. 12. princ.* ibi *Ad tractandum de ipsius Imperii, orbisque salute &c.* item, *de incumbentibus Regionum sibi cognitarum defectibus &c.* quam citato §. 1. & 16. Der Chur-Fürstl. Brüderlichen Rheinischen Vereinde An. 1521 exprimi quidem, sed generalibus saltim verbis, cuivis abunde colligere licebit.

XXI. Quare Specialia non nulla desiderantem, ad sequentes Imperatorum Capitulationes & Leges Imperii remittendum censemus. Evolvat qui volet Capitul. Ferd. III. *art. 7.* ubi de fœderibus cum Exteris, vel etiam aliis, ab Imperatore nonnisi Electorum consensu ineundis agitur; *juncto art. 20.* ubi novorum teloniorum erectionis, erectorumque prorogationis simili modo mentio fit. Neque Instrum. Pacis de An. 1648. adire intermittat, cujus titulus VIII. §. *Gaudeant sine contradictione &c.* aliter de negotiis hisce loqui, eaq; nonnisi de communi liberoque omnium Imperii Statuum suffragio & consensu peragi debere, sancire videtur. Nullò etiam modô insequentium Imperatorum eâ de re Capitulationes examinare intermittat; communem enim Statuum consensum in fœderibus dicto

modo

modo ineundis Ferdinandi IV. Capitulationis articulum 7. requirere videbit, sequenti tamen exceptione seu limitatione addita: Es were dann das publica salus und utilitas eine mehrere Beschleunigung erforderte/ 2c. quali casu 7. Electorum, in Conventu hujuscemodi Collegiali, consensum sufficere statuitur; quæ verba etiam in Capitulatione Leopoldina *artic. 10.* repetuntur & confirmantur. Simili modo Electorum solum consensum in novis teloniis seu vectigalibus erigendis, veteribusque augendis & prorogandis Ferdinandi IV. Capitulationis *art. 19.* requirere legimus; à quâ dispositione in Capitul. Leopoldi *art. 21.* denuo recessum esse videmus, ubi præter consensum omnium & singulorum Electorum, nullo dissentiente, vicinorum quoque Statuum consilio opus esse sancitur. Quas Leges fundamentales, materiæ huic nostræ ut plurimum inservientes Limnæo ad A. B. *tit. 12. §. 2. obs. 1.* duce, extremo solum digito attingere placuit..

XXII. Non etiam silentio prætereundus est Arumæus, *qui Discurs. de Comit. n. 11.* in Conventu hoc Collegiali ardua & gravissima quæque Imperii negotia tractari posse tradit, quorsum alienationes & oppignorationes bonorum Dominialium Imperii, auctoritatis Collegii hujus defensionem, item Belli, Pacis & Vectigalium jus, nec non plura negotia, ad decus, honorem, commodum & incrementum Imperii spectantia refert. Aliter tamen sentire videtur Limnæus *in annot. ad Capitul. Caroli V. artic. 5. verb.* Zu Ihrer und deß Heyl. Reichs Nothdurfft/ ubi negotia hæc distinguit, & alia primariò Electores eorumque jura, alia verò ipsum Imperium concernere docet; illa propriè ad hos Conventus refert, hæc non indistinctim: Cum multorum ea sit natura, ut non nisi in publicis Imperii Comitiis expediri queant, de quibus πρεσβυλίαν instituere, & citra decisionem in Conventu hoc Collegiali deliberari posse monet; quam etiam sententiam præjudiciis nonnullis stabilire satagit, ubi quædam negotia ipsum Imperium concernentia in Collegialibus hisce Conventibus non expedita, sed ad proxima Comitia communi Procerum consensu decidenda, rejecta fuisse testatur. Si tamen quis contendat, plusculum etiam Electoribus licere, ubi res Imperii in deliberationem adductæ moram non ferunt, atque Comitiorum Consilium aut Decretum haberi vel exspectari nequeat, huic tantò minus

minus repugnabimus, quò magis consentanea Legibus Imperii locutus fuerit. Quin & sive Arumæi sive Limnæi sententiæ calculum adjecerit, eâ re nemini litem movebimus.

XXIII. Cum autem Conventuum illorum Electoralium, quos Limnæus aliquam partem locis thes. 4. citatis recenset, ibidem mentionem fecerimus, de reliquis, quos ipse omisit, nobisque investigare datum est, paucis disserere operæ pretium judicamus. Itaque annorum serie observatâ Conventus illos Collegiales, quos vel Imperator indici voluit, vel quos soli Electores celebrarunt, proprioq; motu instituerunt, ordine recensebimus.

XXIV. Agmen ducat Conventus Electoralis à Friderico III. Imperatore An. Ch. 1486. ob varia Reipublicæ utilitatem concernentia negotia Francofurti institutus, quo durante, Maximilianus I. in Regem Rom. electus est. Limnæus ad A. B. *tit. 12. §. 2. obs. 4.* Hoc electionis negotio confecto, idem Cæsar Electoribus exposuit, Ungaros jam per novennium infestam habuisse omnem Austriam, ejusq; caput Viennam occupâsse. Itaque deliberatione habitâ in Collegio Electorali, decretum fuit, ut Imperii ordines pro rata Austriæ, contra Matthiam Ungariæ Regem subvenirent exercitu 34000. militum, Urbemque recuperarent. Altero post electionem Maximiliani I. factam mense, publicata fuit à Friderico III. sanctio Pacis Publicæ, quæ tamen omnium Ordinum suffragio fuit concepta, ceu ex subscriptione ejus apparet, vid. Lehman. *lib. 7. Chron. Spir. cap. 116. & seq.*

XXV. Successit congregatio Electorum An. Ch. 1502. Herbipoli, ubi Electoris Coloniensis querela est agitata, quod, non attento Recessu Wormatiensi, ArchiEpiscopatus sui juribus & Privilegiis una cum Consule & Senatu Coloniensi ad Judicium Aulicum, ut ibidem causam diceret, citatus fuerit; uti ex literis quinque Electorum ad Imperatorem Maximilianum I. die Jovis post Luciæ datis, & petitionem cassationis Processus Judicii Aulici continentibus, quas Londorpius *tom. 1. Actor. publ. lib. 1. cap. 3. n. 3. p. 20.* exhibet, colligere est.

XXVI. Deinceps, An. Ch. 1598. quatuor Electores Rhenani, absentiumque Legati Bacharachi convenerunt, ubi de Hispanorum, qui Juliacensem & Clivicensem Ducatum invaserant, immani & plusquam Turcicâ barbarie compescenda, locis in eorundem potesta-

tem redactis restituendis, inque pristinum Statum ac securitatem collocandis actum est, uti ex literis Quatuor Electorum ad tractum Rheni ad quartum & Electorum Sex, a. diem 12. Decembris Bacharachi ad Imperatorem exaratis patet. Londorp. *tom. 1. lib. 1. p. 112. & seqq.* Legi quoque eâ de re merentur literæ, quas Legatus Rudolphi Imperatoris Carolus Nützelius à Sündersbühel / ante hunc Conventum Electoralem Cliviæ ultimo Octobris ad Franciscum de Mendoza, Ammiralium Arragonensem dedit, quibus ille tanquam testis ocularis, & qui Imperatoris jussu & mandato ad memoratas ditiones defendendas missus fuerat, horrendam tyrannidem istic locorum contra fidem non ita pridem datam, perpetratam, acerbis verbis Ammiralio objicit & exprobrat, deque immani ejus crudelitate Imperatoriam Majestatem certiorem se redditurum significat. Lundorpius *loc. cit. p. 99. & seq.*

XXVII. Superest ut ad Conventus illos Collegiales, quos Limnæus loco sæpe memorato recenset, perveniamus. Primum autem Conventum, cujus ibidem mentionem facit, An. Ch. 1608. Fuldæ peractum tradit, quem tamen Londorpius *loc. dict. cap. 7. n. 9.* biennio ante hoc loco celebratum scribit. Illud expeditum est; quod in Conventu isto inter alia de rebus justitiam concernentibus deliberatum fuerit. Cum enim justitiâ nulla societas, nedum vasta aliqua Respublica carere queat, omnes ingenii nervos intendendos esse decidebatur, ut tunc temporis oppressa justitia erigeretur, justoque tramite res in judicium deductæ procederent: Ejusque rei gratiâ etiam de Revisionibus actum fuit, quomodo illæ ab aliquot annis posthabitæ ac neglectæ tempestivè locum suum invenire, & tueri possent. Neque verò his Comitiis tantùm de rebus ad justitiam & judicii ordinem pertinentibus, sed & Hungaricis & Belgicis consultationem propositam fuisse, cum ex Londorpio, tum Limnæo videre est. Atque hunc si inspexeris, *ad art. 5. Capit. Caroli. V. verb.* zu Ihrer und des Heil. Reichs Nothdurfft / istum quoque allegatum deprehendes; quò etiam loco Limnæus sese corrigit, & Conventum Collegialem, quem ad A. B. *tit. 12. §. 1. obs. 2. & ad Capit. Caroli V. art. 5. verb.* Nach Vermög der Gülden Bullen / *n. 6.* Fuldæ An. Ch. 1608. celebratum fuisse tradidit, cum Londorpio An. Ch. 1606. peractum fatetur.

XXVIII. Sequitur Conventus Electoralis Norimbergæ An. Ch. 1611. Mense Septembri celebratus, in quô, quid propositum fuerit, neque Londorpius, neque alius quisquam disertè commemorat. Ex MSptis tamen probatissimis & summâ diligentiâ congestis constat, de Electione Rom. Regis tunc præcipuè deliberatum fuisse. Quippe inclinante ad excessum Rudolpho II. Imperatore, magis magisque solliciti fuere Principum animi de Successore, cumprimis tali, qui etiam sartam tectam cuperet esse Pacem Religiosam. Sed præter hoc etiam alia magni momenti negotia in Consilium tunc vocata fuisse, eadem nobis MSpta fidem faciunt; ut tamen ipsi non soli Electores, sed & alii complures Imperii Principes, imò Cæsaris Regumque Hispaniæ, Bohemiæ & Ungariæ Legati interfuerint, vel saltem hi adfuerint. Quo pertinent illa Gottofredi Schulzii verba, *quæ in ejus Chronicis An. Chr. 1160. editis p. 150.* leguntur: Die Chur- und Fürsten hielten eine Persöhnliche Zusammenkunfft zu Nürnberg / und baten bey Käyser Rudolpho umb bessere Anstellung der Justitzsachen in der Käyserlichen Cammer.

XXIX. Proximum Collegialem Conventum ab hoc etiam Norimbergæ An. Ch. 1619. peractum esse, Limnæus locis sæpè citatis annotat. Enimverò licet negari haud possit, hoc ipso anno insignem Personarum quarundam Illustrissimarum Conventum ibidem fuisse celebratum, parum rectè tamen illum inter Collegiales Electorum referri, partim ex Personis, quæ Congregationi huic interfuêre, partim negotiis ibidem deliberatis colligere est; quare hactenus Limnæi assertioni vix tuto subscribere quempiam posse judicamus. Quantum ex Theatro Europæo investigare licuit, deprehendimus, omnes Protestantium Religioni addictos Electores, Principes & Status Imperii finitis Heilbrunnensi & Rotenburgensi ad Tubarim Conventibus, Norimbergam ad Consultationem de rebus Patriæ, libertatem & Religionis securitatem concernentibus fuisse convocatos, quod etiam ex literis denunciatorialibus die 8. Mensis Septembr. datis, videre est. Quò etiam Legatus Cæsareus destinatus venit, ubi Imperatoris nomine proposuit, quod Majestas Sua de Conventu hoc certior facta, haud alium ob finem institutum eum censeat, quam quomodo motus in Imperio, & præprimis per acceptam à Palatino coronam Bohemicam excitati, possint componi,

poni, & tranquilla tempora Reipublicæ restitui: Et verò majestatem suam, hanc in rem omne suum studium convertere decrevisse, operamque enixè daturam esse, ut sublatis omnibus dissidiorum ac differentiæ causis vel prætextibus, suum cuique jus, decus ac honos reddatur. Qui igitur Conventum hunc denunciarint, quin interfuerint, quid in deliberationem venerit ac responsum, & denique quid conclusum, hac de re prolixè Theat. Europæ. *part. 1. pag. 283. seqq.* agit, quò plura desiderantem remittimus. Fuit ergo celebris iste & frequens Conventus Norimbergensis non Electoralis, uti Limnæus existimavit, sed illorum Principum, qui Unionis fœdere & nomine tunc continebantur.

XXX. Cæterum illud constat, Annô proximè subsequenti 1620. Collegium Electorale Mulhusii congregatum fuisse, ibique magni momenti negotia in deliberationem venisse, imprimis autem quomodo periculosissimi motus Bohemici sopiri possent, ne flamma belli latius vagata, Germaniam aliasque etiam Provincias corriperet. De quâ temporum bellique tempestate actorum publicorum Scriptores & Historici adiri legique poterunt. Qui inter alia commemorant, valdè sollicitos fuisse Protestantium animos, ne bello Bohemico imperatori feliciter succedente, novæ vindiciæ bonorum Ecclesiasticorum instituerentur, opesque bellicæ hanc in rem deinceps converterentur. Quapropter magna consiliorum inter Electores pars fuit, ut Paci Religiosæ suus honos, fides & autoritas constaret. Vid. Theat. Europ. *part. citat. fol. 338. seqq.*

XXXI. Electoralis etiam Conventus An. Ch. 1623. Ratisbonæ habitus est, quô in loco etiam Imperator commorabatur. De variis rebus sive totius Imperii tranquillitatem & concordiam, sive Collegii Electoralis dignitatem ac præeminentiam concernentibus, tunc disputatum fuit, ut plurima actorum publicorum folia hac de re typis excusa testantur, Vid. Londorp. *tom. 2. lib. 6. cap. 182. p. 730. item cap. 185. & 193.* qui præter alia significat, de Friderico Palatino ibidem actum fuisse, ceu *tom. 4. lib. 2. p. 370.* ab initio legitur. Addi quoque poterit Theatri Europ. *part. 1. p. 806. seqq.* Ubi Cæsar Electoribus absentiumque Legatis (neque enim Trevirensis, neque Saxoniæ Elector, quamvis Imperator literas suâ manu ad hunc exaratas misisset, & personalem illius præsentiam desiderâsset, nec etiam

Bran-

Brandenburgensis Conventui huic personaliter interfuere) proposuisse legitur, de autoritate majorum votorum sufflaminatâ, Cameræ Spirensis & Judicii Aulici in dubium vocatâ jurisdictione, sub obtentu Religionis magnis excitatis motibus, fœderibus cum Exteris non sine delibatione Cæsareæ Majestatis initis, militeque eum in finem conscripto, aliisque ad illorum temporum conditionem facientibus causis.

XXXII. Hunc Conventum Mülhusianus An. Chr. *1627.* institutus, secutus est, quem etiam locum Electores, absentiumque Legati initio Mensis Octobris auspicio felici ingressi sunt, & die 19. Mensis invitati primam sessionem in curiâ Mulhusianâ celebrârunt, ubi auditâ propositione Cæsareâ, Elector Moguntinus quoque de recuperandæ pacis remediis, recuperatæque conservationibus, quomodo item Palatinus bonis conditionibus Cæsari conciliaretur, & cum illo in gratiam rediret, ipsique satisfieri posset, deliberandum proposuit, Londorp. *tom. 3. act. publ. lib. 8. cap. 126. p. 994. & loc. cit. cap. 142. pag. 1012.* Theat. Europ. *part. 1. p. 1113 seqq.*

XXXIII. Succedit jam alius, qui An. Chr. 1630. Ratisbonæ habitus fuit, quem non Electores motu proprio instituerunt, sed ipse Imperator per Moguntiæ Electorem indici voluit, uti ex ipsis literis Resolutionis Electoralis Ratisbonæ die 16. Julii ad propositionem Cæsaream datis apparet, ibi. So endlich auch bewogen worden / den Hochwürdigsten / Unsern gnädigsten Herrn den Ertz Bischoffen und Chur-Fürsten zu Maintz / umb Außschreibung gegenwärtigen Chur-Fürstlichen Collegial-Tags zu ersuchen / ꝛc. Londorp. *tom. 4. lib. 1. cap. 17. fol. 52. & seq.* quæ verba etiam Limnæus *in Mantissa ad Capitulationem Ferdinandi II. p. 612.* citat. Theatr. Europ. *part. 2. pag. 109.* Quamvis autem ipse Imperator, cum Ratisbonam pervenisset, per citatos Cursores publicos ad omnes Electores scripsisset, in specie verò ad Saxoniæ & Brandenburgensem, Electores literas gravissimis rationibus subnixas exarari curâsset, neuter tamen illorum personaliter, sed uterque iterum per Legatum Conventui huic interfuit. Theat. Europ. *part. cit. p. 163. seq.* ubi item de pace Germaniæ restituendâ, causisque Pacificationi Universali inservientibus actum fuit. Quo tempore inter alia etiam hoc notatu dignum à Cæsare Electoribus deliberandum commendatum fuisse legimus, quomodo Batavis

Fœderatis obviam fit eundum, si fortè deinceps rebus Imperii se miscuerint. Theat. Europ. *part. ead. p. 21. seqq.* Durante hoc Conventu etiam Saxoniæ Elector per Comitem à Mansfeld sequentia proposuit: 1. ut investitura & omnia Privilegia, quæ Domui Saxonicæ competerent, eidem concederentur. 2. In eam curam cogitationemque ut Majestas Cæsarea incumberet, quomodo 62. Tonnæ auri persolverentur. 3. Ut omnia Religionem & Politicum statum concernentia, item Civitas Augusta Vindelicorum in eum Statum, quô ante belli Bohemici tumultus gavisa, collocarentur. 4. Ut edictum Ecclesiastica bona concernens cassaretur. 5. Ut Duces Bellici Cæsariani rationem reddere tenerentur, in quos usus contributiones ab Imperio extortæ collatæ essent. Quibus capitibus ab Imperatore partim decisis, partim ad aliam deliberationem non sine benignâ promissione remissis, Suecorum Rex Gustavus Adolphus exercitu instructissimo Imperium intravit, & expeditionis suæ causas Electorali Collegio significavit; quare tempus reliquum conventui huic destinatum literis & responsionibus Sueciæ Regis impendendum erat. Londorp. *tom. 4. lib. 1. cap. 18. fol. 73. seqq.* Tunc temporis etiam Magnæ Britanniæ Regis, aliorumque Magnatum Legati, Collegium Electorale adierunt, & pacis publicæ promotionem Principalium suorum nomine procurandam petierunt, cui & Palatini caussam nota de meliori commendarunt. Tandem Collegialis hic Conventus mense Novembri ad metam perductus est. Londorp. *loc. cit. cap. 35. p. 98. & cap. 37. p. 100. seqq.*

XXXIV. Post sexennium, puta An. Chr. 1636. Imperator Ferdinandus II. per Moguntinum Electorem novum Conventum itidem Ratisbonæ institui voluit, ubi congregatis Electoribus sequens propositio ibidem prælecta est. Quod scil. Cæsarea Majestas in id omnes ingenii nervos intenderit, quomodo bellorum flammæ tot jam Provincias depopulatæ exstingui, & pax desideratissima restitui potuerit. Cum autem Sueci exercitu validissimo Imperii ditiones ingressi sint, Galliarum quoque Rex loca haut contemnenda in potestatem suam redegerit; ne fortè Imperium, si periculosissimis hisce temporibus capite suo privaretur, tumultibus & bellis gravioribus implicaretur, ipsam necessitatem postulare, ut vivô Imperatore certus in Imperio Successor designaretur. Mox Imperator Filium suum

suum (Ferdinandum scil. III.) virtutibus Regiis apprimè conspicuum diligentissimè Collegio Electorali commendavit, additâ petitione, ut istum aliis præferre, tanto honore dignum æstimare, Imperialemque dignitatem in eum transferre, haud dedignarentur: Neque verò hoc obsequium liberæ electioni ei competenti, Præeminentiæ & Dignitati Electorali ullo unquam tempore præjudicio esse debere, & Se vicissim favorem istum singularem, gratiâ & affectione Cæsarea, pro re nata promereri, paratum promptumque fore. Videatur Londorp. *tom. 4. lib. 3. cap. 89. p. 576. & seqq.* ubi Collegii Electoralis responsio annexa legitur. Item Theat. Europæ. *part. 3. pag. 618. seqq.*

XXXV. Succedit congregatio Electoralis Norimbergæ An. Ch. 1640. celebrata, ubi die 23. Jan. Electoris Moguntini Legati proposuere, quod causa instituti hujus Collegialis Conventus iis haud sit incognita, quandoquidem id unicè deliberandum, quomodo Pax aurea vel imperio restitui, vel quâ ratione bellum Imperii opibus instrui, ejusque bono continuari possit, ne ex his turbis & tempestate ruina tandem totius Imperii sit metuenda. Hoc negotiô sedulô deliberatô & examinatô, Imperatorius Legatus à Ferdinando III. Cæsare ad Conventum hunc Collegialem missus, Norimbergam venit, inque congregatione hac Electorali Imperatoriæ Majestatis curam, sollicitudinem & desiderium, quomodò Pax optima, exoptatissimaque Germaniæ restituenda, exposuit. Londorp. *tom. 4 lib. 4. cap. 3. p. 785. seqq.* Venit quoque istuc Magnæ Britanniæ Regis Legatus ordinarius, & Moguntino Directorio magni momenti literas, latinè exaratas Regis Angliæ nomine exhibuit, easque totius hujus Collegii benevolentiæ & prudentiæ commendavit. Londorp. *tom. 4. lib. 1. cap. 87. pag. 266. seq.*

XXXVI. Sed & Monguntiæ An. Ch. 1642. Legati nonnulli Electorales convenerunt, quos inter Moguntinenses sequentia capita deliberanda proposuere: Quomodo Electoratus, & ditiones vicinæ & ab his dependentes ad tractum Rheni sitæ, ab imminente exercitus Vinariensis Gallici & Hassici invasione defendi ac liberari possint. Quod si ad expellendum hostem, ejiciendumque Archi-Episcopatu Coloniensi, Ducatu Juliæ, aliisque locis in potestatem hostilem redactis, Hatzfeldiacus & cum eodem conjunctus Electoris

Bavariæ

Bavariæ Imperialis exercitus fuerit invalidus, & pluribus Legionibus opus sit, unde pro tantâ militum nec non equorum numero annona aliaque necessaria sint petenda. Quomodo item tractui Rhenano superiori subveniendum, ne subitanea hostis irruptio sit metuenda. Præterea, quâ ratione Imperium in eum Statum, quô olim feliciter & tranquillè utebatur, reponi, & in posterum causæ, ob quas Imperium tot tantisque calamitatibus jam sit involutum, funditus è medio tolli queant. Sed & eò sollicitudinem Electorum extendendam esse, ut Cæsarea Majestas, aliæque Nationes intelligant, grassantibus hisce bellorum tumultibus Electores officio suo minimè defuisse, adeoque tantorum malorum causam ipsis in communi calamitate gravissima damna perpessis, à posteritate imputari haut quaquam debere. Tandem quâ ratione à Republicâ Venetâ controversia mota, præcedentiam concernens, & satis longo jam temporis spacio agitata, explicari & ad metam tandem perduci queat, quò dignitas & præeminentia Electoralis antiquitus acquisita; non tantùm in Imperio, sed & ditionibus extra illud sitis, sine ullâ delibatione, sarta tecta conservetur. Londorpius, *tom. 5. lib. 2. cap. 19. p. 770. seq.*

XXXVII. Nec etiam omittendus est Conventus Electorum An. Ch. 1652. Pragæ celebratus, ubi Electores adventantes ab Imperatore magnificentissimè excepti sunt. Tandem, cum Moguntinus Elector die 8. mensis Novemb. sequenti verò die Trevirensis, Electori Saxoniæ, tunc temporis Seniori Electorum, porrectâ manu juramento Collegiali se adstrinxissent, propositio Imperatoria iisdem prælecta est, quæ sequentia duo capita continebat: 1. Quomodo generalibus verbis decreta Pacis executio speciatim & in partibus expedienda. 2. Quomodo Cæsareâ Majestate, adversâ valetudine laborante, Romano Imperio prospiciendum. Quamvis autem Electorum vota secreta manserint, hoc tamen animadvertere licuit, Electores non nisi generalem voluntatis propensionem contestatos fuisse, & quæstiones propositas ad communem Statuum deliberationem in Comitiis proximis referre maluisse, Theat. Europ. *pag. 289. seq.*

XXXVIII. Huc etiam referri posse putamus Conventum Electoralem de An. 1657. Francofurti celebratum, qui, licet electionis

gratiâ

gratiâ præprimis institutus fuerit, alia tamen etiam negotia tunc sub incudem vocata fuisse, satis est compertum. Electionem enim Imperatoriam, cujus quidem gratia Electores præcipuè convenerant, commodè perfici non posse, nisi in immensum evagatæ bellorum flammæ inter potentissimos Galliarum & Hispaniæ Reges, aliosq; Magnates ante sedatæ ac sopitæ fuissent, Elector Moguntinus censuit. Accessêre mox Galliarum Regis gravamina, qui per Legatos ad Augustum hoc Collegium Electorale missos conquestus legitur, quod Cæsar contra Pacificationem Monasteriensem, Capitulationem novissimam, Recessumque Imperii etiamsi fide juramenta se his obstrinxisset, Hispaniarum Regi per aliquot subinde annos integros exercitus, qui præsidio essent, Provinciis hæreditariis Belgicis submiserit, imò, quod non ita pridem copias quasdam exercitus Imperialis titulo insignitas contra Galliarum Regem ejusq; confœderatos in Italiam miserit, Sabaudiæ Ducem competente Vicariatu privarit, illumque in Mantuanum Ducem transtulerit, uti in Theatro Europ. *part. 8. pag. 53. seq.* legere est. Quibus omnibus, aliisque rebus in hoc Collegio perpensis, sequenti demum Anno 1658. scilicet die 8. 18. Juli Leopoldus invictissimus in Rom. Imperatorem electus est.

XXXIX. Cum autem Electores propinquiora S. Imperii membra, Palmites & columnæ sint, quorum circumspectæ prudentiæ solerti pietate sacrum ædificium sustentatur. A. B. *Proœm. item tit. 2. §. 5. juncto tit. 3. § 1.* maximè Reipublicæ interesse, ut potestas hæc conveniendi Electoribus salva maneat, Arumæus *de Comit. cap. 2. n. 29. pag. 39.* tradit. Quia enim multò difficilius omnium Ordinum Universalia Comitia cogi possunt, & lentius ferè negotia ibi procedunt, animi quoque ac consilia magis distrahuntur; hinc Collegialium horum Conventuum Electoralium sapienti directione, S. Rom. Imperium adversus hostium aliorumque ejus libertati inhiantium astus & periculosa molimina sæpius conservatum fuit: Quod etiam Dn. Bœclerus, laudatâ Disp. *de Congressib. & Colloq. Princip. thesi* 43. observat, cujus verba legi ac probè mentibus infigi merentur.

XL. Incidenter etiam de Capitulationis Imperatoriæ conceptione & præscriptione nonnulla breviter dissertationi huic adjicere,

cere, haud incongruum judicamus, & quidem hac de causâ, quod Electores vel plenipotentiarii eorum, qui Conventus tales Collegiales frequentare possunt, exceptô Bohemiæ Rege, (uti thesi 9. diximus,) formulam illius Regibus aut Imperatoribus Romanis, à Caroli V. Electione, in hanc usque lucem conceperunt, examinârunt, & præscripserunt. Mortuo tamen Rudolpho II. à Statibus nonnullis quæstionem hanc motam fuisse, ob die Chur-Fürsten bemächtiget / inconsultis reliquis Statibus Cæsari eine neue Capitulation vorzuschreiben / weilen die alten Compacta cum Consilio Statuum auffgerichtet / Londorpius *actor. publ. tom. 2. lib. 3. tract. 2. pag. 639.* tradit. Vid. Limn. *in proleg. ad Capitul. section. 4 n. 2. & 5.* Hip. à Lapid. *part. 1. cap. 15. section. 1. p. 274.* Cum autem Instrumento Pacis de An. 1648. *art. 8. Habeantur autem &c.* ita sit cautum: Quod de certâ constantique Cæsarea Capitulatione concipienda ex communi Statuum consensu agendum statuendumque sit; Quæstio ista de Capitulationis præscriptione in Comitiis Ratisbonensibus die 16. Maji, An. Chr. 1653. in Principum Senatu denuo agitari & lucem revocari cæpit, qua tamen satis diu examinata, Pontificiæ Religioni addictos Principes, Evangelicis respondisse ferunt, quod Electores competente hoc in casu jure nihilominus usuri, nec quicquam præscribi sibi permissuri essent; si quid tamen haberent, quod monere vellent, in eorum arbitrio positum esse; Et sic votorum pluralitatem Principes Pontificios obtinuisse, Comitiologiæ Ratisbonensis Author, *part. 4. Dissert. ult. post. Capit. Ferdin. IV. n. 6. seqq. pag. 325. & seq.* testatur. Quare, ne Principes huic negotio se tunc temporis immiscerent, Electores à Comitiis Ratisbonensibus Augustam Vindelicorum secedere, ibidemque Ferdinandum IV. eligere maluisse, citatus Author *part. 2. Dissert. 1. n. 22. p. 70.* observat.

XLI. Cum autem Capitulationis præscribendæ modus per R. J. de An. 1654. §. Wann aber bey erstgemelter 2c. denuo secundum Pacis Instrumentum perficiendus constituatur; monita quoque ad Leopoldi Imperatoris Capitulationem à Statibus Imperii concepta, & die 17. 27. Aprilis An. Chr. 1658. Electori Moguntino communi eorundem nomine oblata sunt, quæ præter alios apud Autorem der Grund-Vesten des Heil Röm. Reichs *part 3. c. 3. pag. 208. seqq.* & Lampadium in Politischen Reichshändeln / *pag. 143. seqq.* legi poterunt.

XLII.

XLII. Quamvis igitur Statuum nonnulli jus illud Capitulationis Imperatoriæ præscribendæ secundum Pacis Instrumentum & modò citatum Recessum Imperii, non solis Electoribus relinquendum, sed communi Statuum consensu peragendum existimarint; monitorum tamen plurimorum, æquè ut in Ferdinandi IV. Capitulatione, nullam rationem habitam fuisse, tam ex protestatione illâ 8. Augusti Anni citati Directorio Moguntino exhibita, quam ipsâ Capitulatione novissima colligere est.

XLIII. Interea tamen Regis Romani & moderni Imperatoris invictissimi post Instrumentum Pacis confectas Capitulationes ab iis, quæ ante Pacificationem hanc Imperatoribus præscriptæ, in quibusdam nonnihil differre & mutatas esse, ex Ferdinandi IV. Capitulatione *art.7.* & Leopoldi *art.10.* patet, ubi præter Electorum consensum, etiam Statuum approbatio requiritur, nisi Imperii salus aut necessitas, uti thesi 21. dictum, expeditiorem viam postulaverint. Accedit, quod etiam principium & clausula cujusvis Capitulationis post Pacem Osnabrugo-Monasteriensem confectæ, mutata sit, ubi Rex Rom. & Imperator non solum Electoribus, sed omnibus Imperii Statibus fidem suam juramento adstringit, quod ipsissima hæc Capitulationum verba, quæ ferè initio leguntur: Daß wir uns demnach auß freyen gnädigen Willen/ mit denselben Unsern Lieben Neven/ Oheimen und Chur-Fürsten/ vor sich und sämptliche Fürsten und Stände des Heil. Röm. Reichs/ Geding und Pacts-weiß/ dieser nachfolgenden Articuln vereinget/ verglichen/ angenommen und zugesaget haben 2c. item quæ clausulis inserta: Solches alles und jedes wie obstehet/ haben Wir obgedachter Römischer König/ den gedachten Chur-Fürsten vor sich/ und im Nahmen des Heil. Römischen Reichs geredt/ versprochen/ und bey Unsern Königlichen Ehren/ Würden und Worten/ im Nahmen der Warheit zugesagt/ &c. satis perspicuè testantur, quorum in Imperio Antecessorum neminem id fecisse, ex præcedentibus Imperatorum Capitulationibus, luce meridianâ clarius perspicere licet.

XLIV. An autem Conventus isti Electorum Collegiales, de quibus agere instituti nostri fuit, sublati sint, vel in desuetudinem abierint, disquiri demum posse videtur; Et quamvis affirmativam sententiam Justus Sinold, *volum.1. de Statu Rei Rom. Disp.7. th.20.* tueatur,

cujus tamen assertio, nisi de annuis illis & quidem ad certum tempus restrictis conventibus (de quibus A. B. *tit. 12.* loquitur,) intelligenda, quomodo persistere queat, colligi vix poterit; cum non Conventus ipsi, sed terminus tantum præscriptus sublatus sit: ut adeò Conventus isti nullatenus sint sublati, aut jus ita conveniendi & deliberandi sit imminutum, sed tempus legitimum similesve circumstantiæ fortè aliæ in arbitrium jam Electorum per consuetudinem Legibus Imperii confirmatam sint collatæ pro usu Reipublicæ illo utendum. Vid. Limn. ad A. B. *tit. 12. §. 2. obs. 5. & 15.*

XLV. Neque etiam illorum assertioni subscribendum putamus, qui Regimentum in locum Conventuum horum Electoralium suffectum volunt, quod Arumæus ad A. B. *Discurs. 3. thes. 21.* facere videtur, ubi inique Paurmeistero *lib. 2. cap. 2. n. 48. de jurisdict.* hanc sententiam affingit, cum neque editione An. 1608. neque An. 1616. typis excusâ loco citato tale quid reperiatur. Quare rectius dixisse mihi videntur, qui Regimentum in locum Comitiorum illorum, quæ olim annuatim celebrabantur, uti ex Constit. Pacis Publ. de An. 1495. *tit* von der überfahrer des Friedens enthaltung / & Confirmatione Pacis Publ. anni ejusdem *in fin. princ. & §. sequenti* constat, surrogatum censent. Quorum assertio etiam ex ipsâ Regimenti Ordinatione de An. 1500. *tit.* von den zwantzigen *&c. & seqq.* optime probari poterit. Cum enim hujuscemodi Conventus annui præter molestiam nimios etiam sumptus exigerent, & neque rarò talia negotia inciderent, quæ sine ingenti Reipublicæ detrimento ad Conventum talem annum usque differri haud potuerint, à Maximiliano I. Imperatore, consentientibus Statibus in Comitiis Augustanis An. Ch. 1500. Regimentum istud, cujus Assessores totum Imperium repræsentabant, institutum est; quod etiam ex Declaratione Pacis Publ. de An. 1500. *tit.* Von des Regiments-Macht wider die Friedbrecher / ibi: und aber durch das verordnet Reichs Regiment hie auffgericht / die Jährliche Versamlung abgestellt ist / &c. satis manifestè colligere est, quam sententiam Paurmeisterus *de jurisdict. locis citatis, n. 111. seq.* Arumæus *de comit. cap. 4. n. 50.* & Hippol. à Lapide *part. 2. cap. 4. section. 1. & seqq.* defendunt. Regimentum itaque ex sententiâ Paurmeisteri non suffectum fuit Conventibus Electoralibus, sed

Comitiis

Cómitiis annuis Universalibus, eaque authoritas in illud collata fuit, quæ toti Imperio ejusque ordinibus in Comitiis competebat.

XLVI. Et hæc de Conventibus Electorum Collegialibus tradidisse sufficiant. Licet verò haut desint, qui Conventus tales frequentiores, quam nos recensuimus, fuisse putent, illorum tamen assertioni temerè adstipulari non licet: cum acta illa rariora, quæ hac de re in nonnullis Statuum Archivis quàm diligentissimè asservantur, evolvere haut cuivis permissum sit, nec etiam Authores illi rariores materiæ huic inservientes, utcunque à multis desiderati, ubivis locorum haberi queant. Proinde iis, quorum Limnæus quidem, sed non nisi obiter mentionem fecit, & nonnullis, quos silentio præteriit, sedula tamen inquisitione adhibitâ, ex Scriptoribus illis, qui ad manus nobis fuêre, erutis atque collectis, contenti esse jubemur. Nec etiam de omnibus & singulis negotiis in memoratis Conventibus ad deliberandum propositis & examinatis prolixè hic agere instituti nostri fuit, cum de nonnullis, eâ quâ fieri potuit, brevitate differere, non sine ratione nobis decretum esset, neque Disputatio hæc exercitii tantum gratiâ elaborata, & more Academico ad ventilandum proposita, ultra propositum nimis excresceret. Quare Benevolum Lectorem plura fortè in Collegialibus hisce Conventibus peracta desiderantem, ad Archivorum rariora & arcana Scrinia, nec non Annalium & Actorum publicorum Scriptores, imprimis verò Londorpium continuatum & Theatrum Europæum remittimus. Interea optare liceat, si potiri non licet, ut Lector Benevolus ea quæ adhuc desiderantur in hac Dissertatione, æquanimitate & Benevolentiâ suâ supplere, nec non erratis, si quæ fortè incautis obrepserint, veniam tribuere haud gravetur.

Quippe in magnis & voluisse
sat est.

DISSERTATIO VIII.
DE HOSTENDITIIS.

§. I.

De Hostenditiis non nisi unico Juris feudalis loco, *libro scil. 2. F. 40. §. 2.* mentio occurrit, quam rem sub disputationis acumen vocaturus, ante omnia in veram ac genuinam Vocis significationem paulò accuratius inquirendum esse duxi; eoque magis quod à nullo hactenus, quod sciam, Feudistarum rectè sit exposita; non enim cum exteris in *Hostelitium* aut *Hostelitias* corrumpenda est, neque cum *Herislitio* confundenda, cui vocabulo sui proprii sunt natales:

II. Dicuntur E. Hostenditiæ, quasi Hostendienste, ab Hoste vel Ooste vocabulo merè Teutonico, quod notat Servitium in Exercitu, vel pecuniam qua illud redimitur, eâdem compositione, quâ Frohndienst / Herrendienst / Reiterdienst / docente FREHERO *in comm. ad Imp. Karoli III. dicti Crassi Constitutionem de Expeditione Romanorum p. m. 25. & 26.*

III. Antiquas enim Germanorum LL. si inspicimus, deprehendemus, vocem Hoste, Hostis, idem notare ac exercitus aut expeditio: Goldast. *in glossar. quod præmisit Tom. III. Recess. & Constitut.* Hostis. exercitus. ost. hoste hueste. Ita in Lege Longobardorum *l. 2. tit. 18. L. 5. Si res tradiderit & in hoste profectus fuerit.* Et *L. 4.* verba: *in hostem vadere* mox in eâdem Lege describuntur per verba: *Expeditionem facere.*

IV. Eadem significatio occurrit in Lege Salicâ. *tit. 32. §. 6.* verbo. *Scutum projecisset in hoste & tit. 66. verbo. Si quis hominem in hoste occiderit:* In Lege Bavariorum *tit. 2. cap. 4.* Ripuariorum. *tit. 63. & 65.* Saxonum. *tit. 5. c. 1. & passim.*

V. Et hanc FREHERI Originationem confirmant quoque aliquot Textus Feudales, in quibus vocabulum Hostis, pro exercitu, castris & militia sumitur. *e. g. 1. F. 7. dicitur: Tunc enim possunt devestiri, nisi fecerint hostem Romæ, & 1. F. 20. Si insimul steterint; vel in hostem eRgis acquisierint,* i. e. in Exercitu & Comitatu Imp. Romam profecti sint.

VI. Unde

VI. Unde refellitur Loccenii Originatio, ubi Freheri Ἐτυμολογίαν cùm laudat, addit: Hostendienst. quasi aus vel us dem Dienst. Verùm si priscis Germanis ex Host vel Hest. & dienst vocabulum est compositum, utique hosten non est compositum ex præpositione us & articulo dem. Ut argutatur Loccenius.

VII. Atque sic satis ni fallor, investigatâ Ἐτυμολογία, accedimus ad ipsam πραγματολογίαν, describentes Hostenditias ex *2. F. 40. §. similiter.* hunc in modum.

VIII. Hostenditiæ dicuntur Adjutorium, quod faciunt Dominis Romam cum Rege in hostem (exercitum) pergentibus Vasalli. Simile Scutagio Britannorum, quod est servitium scuti in bello ferendi, domini juvandi causâ. Nam sub scuto reliqua omnia arma militaria comprehendebantur, ut tradit *Matthæus Cragius tractatu feudali* in Scotiâ & Angliâ obtinente *lib. 1. diegesi XI.* ubi addit, hoc scutagium servitiis militaribus accenseri, quando publicæ expeditiones ad reprimendos hostes sive rebelles in ordinem redigendos, fiant: Quod si quis Scutifer in eâ expeditione absfuisset taxatus est ad certam quantitatem domino feudi appendendam; Unde nos describimus ita: Hostenditiæ sunt Operæ Vasalli, Imperatori debitæ, ad comitandum Eum in Expeditionem iturum.

IX. Causa Efficiens est Jus ad rem, quod ex Contractu feudali oritur Seniori in Vasallum, quippe quem, ratione rei in feudum concessæ, obligatum habet ad fidem præstandam. *II. F. 3. fin. 6. 7. 23. fin.*

X. Competit igitur hoc Jus in personam Vasalli, non ratione conditionis feudatus personæ, sed quatenus Vasallus habet Feudum, sub obligatione ad fidem concessum. Molin. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 1. quæst. 5. num. 45.*

XI. Unde facilè apparet, Domino Feudi, quatenus tali, Jus Superioritatis in Vasallum non competere; aliud enim est esse Vasallum, aliud esse subditum alicujus. Carpzov. *l. 4. resp. 70. nu. 24.* Non enim sequitur, inquit *Matth. de Afflict.* Ego sum Vasallus. Ergò sum subditus *add. II. F. 5. verb. si ideò.* Inde etiam est, quod dicitur in pacificatione Osnabrugensi: Von der blossen Lehns oder Affter-Lehns Qualität / sie kommen von Königreich Böhmen / oder Chur-Fürsten und Ständen des Heiligen Römischen Reichs / oder anders woher / entstehet die Gerechtigkeit

zu reformieren nicht 2c. Idem etiã innuit Illustris SEKENDORFFIUS p.3 c.3. *Tit.4.* Und ist sonst eben kein Regal / oder hohes Landes-Obrigkeitliches Stück / daß einer einem andern ein Stück Guts / oder gewisse Einkommen und Gerechtigkeiten zu Lehen verleihet: Sintemahl viel geistliche und weltliche Personen/die keine hohe Obrigkeiten sind dergleichen Lehn-Leute/ und offt höhere/ als Sie selbst sind/ haben/ bringet auch ins gemein die Lehn-Herrschafft keiner Unterthonen Pflicht mit sich/wenn der Lehn-Herr nicht zugleich Lands-Fürst ist. Denique differt omninò Juramentum Fidelitatis à Juramento subjectionis. Germ. Huldigung/ Lands-Huldigung/ Erb-Huldigung/ Erb-Pflicht. Quod subditi præstant suis superioribus: Illud ratione Rei in feudum datæ; hoc ratione personæ, quæ in societate civili quoad personam & res, est Imperanti subjecta, præstatur. *vid.* ROSENTHAL. *c. II. concl. 34.* BESOLD. *thes. pract. voc.* Huldigung. & *voc.* Lehnmann. Lehnspflicht.

XII. Hoc Ergo Jus ad rem non subjectionem Vasalli, sed saltem fidei præstationem importat, FIDES etenim de Essentia Feudi est. *II. F. 5. c. in epistola, de form. fidel. 2. F. 6. & c. est & alia. de nov. form. fidel. II. F. 7. c. dominus. §. Curia. de mil. vas. II. F. 22.* Dicitur etiam Fidelitas. *II. F. 3.* quæ dupliciter in jure feudali accipitur. I. pro Fide, quæ vel juramento, vel sine eo promittitur. *II. F. 5. II. F. 6. & II. F. 7.* II. pro ipso juramento fidelitatis. *ut in c. utrum autem quid praeced. deb. II. F. 4. II. F. 24.* Et hoc quia ad naturam Feudi tantùm pertinet aliquando Vasallo remitti potest. *II. F. 3. II. F. 24. c. 1.* nihilominus tamen ad omnia ea, quæ aliàs juramento à Vasallo præstando, continentur, ipse est obligatus. *II. F. 47. in fin.* SCHRADER. *part. 2. c. 2. num. 27. & c. 4. n. 14.* ROSENTHAL. *c. 2. c. 60. & c. 66.* Non enim omnis promissio Fidei, sed modus solùm promittendi fidem per juramentum est remissus. *d. II. F. 3. fin.*

XIII. Fides autem ipsa remitti nequit, nec feudum eô pacto constitui potest, ut pro eo Fides præstari non debeat, *II. F. 5. 6. 7. II. F. 22.* Vid CUJAC. *in præfat. feud. in fin.* ZAS. *p. III. n. 34* BORCH. *c. 7. p. 1. n. 37.* MOZZ. *de subst. feud. n. 1. & 20.* MENOCH. *cons. 1. n. 29. & cons. 65. n. 45. vol. 1.*

XIV. Quærunt autem hic Dd. An ejusmodi pactio pro non adjectâ habeatur ita, ut feudum nihilominus consistat, & fides debeatur: an veró hoc pactum totum vitiet actum, ita, ut nec aliud quod-

quoddam jus constitutum censeatur? Pro non adjecto pactum haberi, posset videri statuendum esse. *arg. l. 14. π. de precar. l. 1. §. 45. & 46. depositi. l. 14. junct. l. 70. pro socio. l. 14. §. 2. comm. div.* Totum verò Actum vitiari tradit Bocerus, *tract. de subst. feud. c. 1. n. 19.* hanc afferens rationem. *qui enim*, dicit, *aliquod negotium, quod solum contrahere voluit, inutiliter agit, amissâ scil. ejus substantiâ, is non modò idem illud negocium frustra & inutiliter tractat, sed & nullum aliud negotium conficere, in eo ipso censetur. sec. text. l. 1. §. 4. de const. pec. l. 1. §. 2. π. d. V. O.*

XV. Verùm enim verò ad Quæstionem hanc rectè decidendam, in genere notanda venit distinctio pactorum circa Essentialia adjectorum.

Vel enim illa planè sunt contra Jura, & manifestam continent iniquitatem, & hæc non valent, sed habentur pro non adjectis. *vid. l. 27. §. 3. de pact. l. 29. §. 2. pro Soc.* Exempli gratia, Si in precario aut deposito convenerit, ut non nisi post certum tempus repetatur *l. 14. π. de precar. l. 1. §. 45. & 46 depositi.* Vel pacta de substantialibus Juri non contrariantur, & tunc sunt aut præter aut contra Essentiam: Illa Contractum vel Jus alterant, non tamen efficiunt, ut alius planè Contractus vel Jus constituatur, *vid. l. 24. l. 26. §. 1. π depos.* Atque eò spectant pacta feudo adjecta, quibus vel plus vel minus, quàm utile dominium, Vasallo conceditur: Hæc verò quæ sunt contra Essentiam, ita transformant jus vel Contractum, ut alius planè Contractus vel Jus inducatur. *vid. l. 80. §. ult. π. de contrah. empt. l. 46. locat. l. 22. de præscr. verb. §. ult. Inst. de mand. verb.* in aliam formam negocii cadere *§. 2. in fin. Inst. quib. mod. re contrah. Oblig. l. 5. §. ult. pro Soc.* Atque huc etiam pertinet pactum, quo Obligatio ad fidem ei, cui conceditur dominium utile, remittitur; quippe cum eô ipsa formalis ratio feudi tollatur. Non igitur pro non adjecto habetur, quia non est contra jura, utile dominium alteri contractu quodam, absque obligatione ad fidem præstandam concedere: Et feudum quidem non constituitur, sed aliud quoddam jus, sive alia quædam utilis dominii species oritur, *arg. dd. text.* Rosenthal. *l. c. 2. concl. 57.* Ratio insuper ex Bocero relata non obstat; distinguendum enim est; aut constat quod partes noluerint inire alium Contractum, quàm illum, quem expresserunt, nec ex alio velint esse obligati, & tunc non observatis iis, quæ ad illum Contractum requiruntur, vitiatur omnimodo

Hh actus,

actus, quo de casu est *alleg. l. 1. §. 4. ff. de constit. pec. & l. 1. §. 2. ff. de V. O.* Aut verò constat, quod contrahentes velint esse omninò obligati; quando videlicet Contractum partes quidem celebrant, sed per expressum pactum ejus essentiam alterant vel transformant; & totus actus non vitiatur, sed propter voluntatem expressam paciscentium aliud negotii genus oritur, ut modò diximus. vid. Magnif. Dn. D. STRUVE. *S. F. c. 2. aph. 6. fin.* SCHRADER. *p. 2. t. 2. n. 34. & seqq.*

XVI. In quô verò FIDES illa, ad quàm Vasallus se obligat, consistat, traditur. *II. F. 6.* & patet quoque ex formulâ juramenti propositâ. *II. F. 7.* cujusmodi etiam hodiè adhiberi solet. V. SCHNEIDEWIN. *epit. feud. p. 5. c. 1.* SCHULZ. *c. 9. n. 35.* WERN. ab EHRENB. *tract. de fœder. c. 1.* BOCER. *d. tr. c. 4. n. 20.*

XVII. Et quidem in genere Eadem consistere videtur, in Reverentiâ Domino à Vasallo exhibendâ; Taciturnitate, & Utilitate Domini. V. VULTEJ. *de feud. lib. I. c. V.* WESENBEC. *c. 9. n. 10.* HART. HARTM. *lib. 2. def. ad. observ. 30.* CURT. JUN. *p. 4. n. 1.*

XVIII. Ad Reverentiam Vasallum meritò obligat collatum Beneficium. *arg. l. 25. §. 2. ff. de petit. hæred.* de quâ videantur. *texx. II. F. 22. vers. curiæ autem. & II. F. 25. vers. quomodo enim.* ex quibus & aliis patet, Vasallum ita se gerere debere, uti erga illos faciendum est, quorum persona sancta & honesta videri debet. *l. 9. ff. de obseq. parent. & patron. præstand.* SCHRADER. *part. 6. c. 6. n. 101. & p. 10. sect. 5. n. 127.* SCHNEIDEWIN. *p. 5. n. 115. seqq.*

XIX. Non igitur criminis alicujus Dominum Vasallus accusare potest. *II. F. 33 §. item similiter. 24. §. item si delator.* Excipitur à DJ. Crimen perduellionis & læsæ Majestatis, de quibus criminibus dominum à vasallo rectè accusari volunt. MATTH. *de Affl. ll. d. II. F. 24. §. item si dilator. n. 13.* SCHENCK. BARO, *ibid.* RITTERSH. *lib. 2. cap. 1. quæst. 8.* LUDWELL. *arg. Nov. 115. c. 1. §. 3. in Synops. Feudal. c. 14. p. 364.* SONSBEC. *p. 12. n. 48.* Nec actionem famosam aut exceptionem adversus Eum intentare, *arg. c. e. est & alia. de nov. form. fide l. II. F. 7. l. 10. §. 1. ff. de in jus voc. l. 1. C. 1. de dol. l. 2. & l. 5. ff. de obseq. par. & patron. præstand. l. 4 C. eod.* Hinc nec interdicto unde vi adversus dominum vasallum experiri posse Dd. tradunt. *arg. l. 1. §. 43. ff. de vi & vi arm. II. F. 22. verb. salvâ reverentiâ.* Vid. ALVAROTT. *ad d. c. 22. p. 2. n. 9.* ZAS. *p. 11. n. 23.* Dn. RITTERSH. *lib. 2. c. 1. quæst. 7.* HUNN. *c. 13. p. 355.* ubi ad

con-

contraria respondet. Ludwell. *Synops. Feud. cap 14. pag. 365. Diss.* Vulv. 1. *F. c.* 11. *n.* 27. Rosenthal. *c.* 10. *concl.* 23. *n.* 3. Borch. *c.* 9. *n.* 18. tamen prior Opinio & communior est & verior per textum *in c. dominus. d. II. F.* 22.

XX. Quæri insuper hic solet, an propter reverentiam hanc Domino debitam, Vasallus sine venia dominum in jus vocare queat?

Quâ de re variæ sunt Dd. Opiniones, ut videre est *ep.* Alciat. *ad L.* 1. *C. de in jus voc.* Vultej. *lib.* 1. *de feud. c. X. n.* 32. Dn. Rittersh. *d. c.* 1. *quæst.* 14. & 15. Niell. *D. de feud.* 10. *th.* 4. *B.*

XXI. Sunt enim qui *Negant. arg. l.* 13. & 14. *ff. de in jus voc.* & *l. 2. d. tit.* Quos inter est Zas. *epit. feud. p. 7. n.* 47. Oldendorp. *class.* 1. *act.* 4. Hart. Hartm. *in Observ. pract. tit. de feud. Obs.* 44. *in addit.* Ubi Præjudicium Cameræ Imperialis in Negativam sententiam allegat. Sichard. *consil. feud.* 8. *quæst.* 1. ubi itidem pro Negativa aliq. quando Tubingenses consuluisse perhibet.

XXII. Sunt etiam qui *Affirmant, cum Gloss. ad d. c. dominus II. F.* 22. ibique Alvarott. *n.* 8. Bald. *n.* 24. Jul. Clarus. *d. c. feudum* Fach. 10. *controv.* 89. Cantiunc. *consil.* 2. *n.* 7. & complures alii relati à Camillo Borello, *in sum. decis. tit.* 45. *n.* 730. Mynsinger. 4. *observ.* 92. *in fine.* Gail. *de pignor. c.* 15. *n.* 4. Rosenthal. 5. *Feud.* 69. *lit. h.* & Borch. *c.* 10. *de feud. n.* 38. Qui posteriores unô ore confitentur, quotidie in Camerâ Imperiali Affirmativam observari.

XXIII. Verùm enim verò, licet Affirmativa verior esse videatur, eò etiam quia propudiosa in Jus vocatio, quâ olim antagonistam ubicunque deprehensum propriâ authoritate prehendere, & invitum obtortô collo ad prætorem trahere actori licebat, hodiè sublata est, adeoque cessante ratione impetrandæ veniæ, cessat dispositio. V. B. Carpzov. *ad p.* 1. *C.* 2. *n.* 26. Nihilominus tamen modestè ac reverenter adhuc Citatio impetranda erit. vid. Rosenthal. *vol. conclus.* 33. Schneidevvin. *epit. feud. part.* 5. *n.* 119. Clar. *c. feudum. quæst.* 25. Mynsinger. 4 *Observ* 92. Carpzov. *p.* 1. *c.* 2. *defin.* 26. Magnific. Dn. Struv. *S. F. cap. XI. aphorism. III.* & *S. I. C Exercit.* 5. *thes.* 9.

XXIV. Porrò Honor domino debitus exigit, ne Vasallus testimonium

monium dicat adversus dominum. *II. F. 33. §. similiter. arg. l. 4. π. de Testibus. l. 12. C. eod.* Neque in criminali causâ, neque in Civili modicâ. *d. text. II. F. 33. §. similiter. & §. seq.* In civili verò non modicâ seu magna testari contra dominum impunè ipsi licet. Quamvis nonnulli sint, qui cum CUJACIO & GOTHOFREDO hunc Textum variis modis corrigant, & dictam particulam modicâ, modò hùc & illùc transponant: Nobis tamen res clara esse videtur; cùm Ratio prioris sit hæc; quod in criminali quidem causâ non liceat, propter grave quod inde sustinet dominus dispendium. *II. F. 24. c. item si delator.* Liceat verò in Civili, quod istiusmodi grave dispendium in eâ cessit, adeoque meritò justa causa adversarii testimonio vasalli adjuvetur; In causâ autem modicâ cùm non multùm prosit adversario testimonium vasalli, & tamen istâ causâ molestus sit adversarius domino, ipsique negotium facessat, jura feudalia in tali causâ, vasallum testimonium perhibere noluerint. Vid. ROSENTHAL. *& alleg. c. 10. concl. 23. n. 25.* Dn. D. STRUVE. *S. F. c. II. th. 3. n. 3.* BOCER. *tract. de jur. & comm. stnior. c. 2. n. 4.* Vel etiam hæc Ratio esse potest, quod in causâ Civili modicâ testimonium contra dominum dicere prohibetur: Quia sc. contra eum vasallus provocatur cui Obsequium debet: Ergò non adeò promptus debet assurgere, nisi Justitiæ favor præponderet; & causæ magnitudo eum excuset, tanquam necessitate ad hoc coactus fuerit. Vid. MOESTERTIUS. *D. F. VI. thes. 9. in fin. conf.* SONSBEC. *p. 12. n. 68.* STEPH. GRATIANUS *3. discept. for. 597. n. 1.*

XXV. Ceterùm hanc Testimonii prohibitionem tam in causâ Civili quam Criminali, Dd. ita explicant & limitant; Eam scil. procedere in causis non feudalibus; quoniam in causâ feudali super investituræ negotio etiam contra dominum rectè testimonium fert vasallus. ZAS. *pag. 10 num. 49.* SEYZ. *D. feud. 9. th. 8. lit. C.* Deinde si non sponte, sed coactus Testimonium dixerit. Hoc enim casu eum excusari Dd. tradunt. GLOSS. *in d. c. prima autem. c. 2. vers. item si delator. II. F. 24. & d. c. sciendum. §. similiter. II. F. 33.* Si enim vasallus ad testimonium contra dominum vocatus resistat, & nihilominus à Judice vel Magistratu cogatur, tunc absque periculo testimonium perhibere potest. Docente ALVAROTT. MATTH. de Afflictis. *in d. text.* FRANC. CURT. *part. tract. feud. 4. caus. priv. 32. nu. 7.* Cùm nulla ipsi Culpa imputari possit. ZAS. *d. p. 10. n. 49.* VULTEJ. *lib. 1. c. 11. num. 42.*

JACOB.

Jacob de S. Georg. *verb. dictiq; vasalli promiserunt. n. 25.* Mozz. *ex quib. causs. feud. amitt. n. 32.* atque se in facti contingentiâ aliquoties vidisse servari, testatur Borch. *c. 8. n. 128.*

XXVI. Ex Eâdem præterea Obligatione ad Reverentiam fluit, quod non possit exigere à domino vasallus juramentum calumniæ, *II. F. c. 33. in quibus.* Idque sive vasallus juramentum fidelitatis præstiterit, sive non. Nam quod nonnulli posteriori hoc casu tàm dominum, quàm vasallum de calumniâ jurare oportere volunt, Gloss. *in d. c. in quibus. ibid.* Alvarot. & Schenck. Baro. *ad d. c. d.* Hartm. *d. obs. 45.* Borch. *c. 10. n. 40.* & alii, recipiendum non videtur, tùm quia *text. in d. c. sciendum. c. 1.* indistinctè loquitur, tùm etiam quod ratio propter quam juramentum Calumniæ remittatur, non tantùm sit juramentum fidelitatis semel præstitum; sed etiam, & quidem præcipuè mutua Reverentia & Fides, quam sine juramento quoque sibi invicem debent dominus & vasallus, *c. in Epistola. in fin. de form. fid. l. 2. F. 6.* Vultej. *lib. 2. de feud. c. 3. n. 8.* Rosent. *d. c. 12. concl. 13. n. 58.* Seyz. *disp. feud. ult. th. 16. lit. A.* Neque etiam distinguendum puto inter juramentum calumniæ antiquum sive speciale, quod præstari solet ab eo, qui alteri jusjurandum in judicio defert; & novum seu generale, quod à Justiniano introductum, initio Litis ab utrâque parte præstandum est. *l. 2. C. de jurejur. propter calumn.* ita, ut cum Hottomanno & Cujacio Textum de priori accipiamus, *l. 16. π. de jurejur.* de posteriori verò negemus. *l. 34. §. 4. π. eod.* Hanc enim *Legem 34. §. 4.* quod attinet, correctione aliquâ eam indigere, cum Cujacio *9. Obs. 37.* existimamus, ita ut legendum, æquè patrono atque parentibus remittitur: quam lectionem præter *l. 8. c. 5. π. qui satisd. cog.* confirmant libri Basilicorum, in quos *d. §.* ita translatus: *Ὁ ἐπάγων πρῶτος ὄμνυσι τὸν περὶ συκοφαντίας, ἐὰν ἀπαιτηθῇ, ὃν οὐκ ὄμνυσι πατὴρ, ἢ πάτρων. Lib. 22. tit. 5. l. 34. edit. Fabrott. tom. 3. fol. 138.* ubi etiam in Scholiis *lit. K. fol. 162.* additur Ratio: *οἱ ἀπαιτοῦντες τὸν συκοφαντικὸν ὅρκον ὁμοίως ὀμνύουσι καὶ οἱ πάτρωνες οὐδέποτε ὀμνύουσιν. ἐπεὶ ὃ ἔχει, ἀυχερᾶς ὑποψίας ἀποφυγήν. ἤγουν ὅτι οὐκ εἰσὶ συκοφάνται.* Atque hæc Ea ipsa videtur esse Ratio, quod Dd. communiter Textum generaliter intelligunt, ut nullum omninò juramentum calumniæ dominus & Vasallus unquam præstare cogantur. Gloss. *in d. c. sciendum. §. 1. ibiq;* Andr. de Isern. *n. 8.* Bald. *n. 1. & 2.* Alvarott. *n. 1.* & alii.

Nisi fortè ultrò quis ad jusjurandum se obtulerit, quo tamen casu alteri parti necessitas præstandi non imponitur: cum suo quidem juri quilibet renunciare possit, sed adversario jus quæsitum auferri nequeat. BALD. ALVAROT. PRÆPOS. & SCHENCK. BARO *ad d. c. sciendum. c. in quibus.* ROSENTHAL. *d. concl. 13. n. 48.* WURMSER. *lib. 1. tit. 14. Obs. 7.*

XXVII. Ceterùm dicta Reverentia Vasalli erga Dominum requirit etiam, ut Vasallus, casu eveniente, renovationem investituræ justo tempore à Domino petat. *II. F. 40. II. F. 24. pr. 1. F. 22.* eò quod petitio Investituræ sit signum devotionis ac Reverentiæ, quam Vasallus Domino suo exhibere debeat. *arg. §. prima autem. pr. qua fuit prin. causa. benef. amitt. II. F. 24.* ibique Feudistæ communiter. teste BORCH. *c. 7. n. 30.* CURT. JUN. *p. 4. n. 45.* MOZZ. *de substant. n. 4.* SCHNEIDEVVIN. *p. 5 n. 4.* Est autem hæc Renovatio nil aliud, quàm confirmatio & quasi redintegratio Investituræ de feudo primitus factæ. *c. investitura. pr. ibiq.* Gloss. *2. F. 3.* VULTEJ. *l. F. cap. 7. nu. 96. seq.* MENOCH. *consil. 66. n. 28. & 40. vol. 1.* Feudistæ communiter. *in cap. 1. quid praced. deb.* BALD. *in c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & in auth. hoc jus porrectum C. de SS. Eccl.* Hæc enim nihil novi juris addit, sed id, quod invenit, confirmat SCHENCK. BARO. *in c. 1. n. 1. quid praced. deb.* SCHRADER. *p. 6. c. 3. n. 29. seq.* Unde perhibent renovari debere feudum per investituram sub eâdem formâ & pacto, quo prima Investitura facta fuit. BARTOLUS *in l. quod dicitur. n. 9 ff. de impens. in ren. dot. fact.* BALDUS. *in l. 1. quest. 15 ff. de R. D.* quomodo investituram esse renovandam judicavit Camera Imperialis. *23. Januarii. An.* 154[illegible]. adeoque in feudo renovato repetitas censeri omnes qualitates investituræ primæ. BALD. *in l. unica. n. 31. C. quando non petent. part.* ALEX. *cons. 30. n. 6. vol 1. & cons. 107 vol. 4.* Toties verò hæc Investituræ Renovatio est petenda, quoties persona vel Domini vel Vasalli mutata est, puta, alterutro vel utroque mortuo. *c. 1. pr. ubi* ISERN. BALD. ALVAROTT. & AFFLICT. *quo tempore miles.* JACOB. de S. GEORG. *in invest. verb. dictiq. vasalli. n. 2.* CURT. JUN. *p. 4. n. 54.* ZAS. *p. 10. n. 16.* SCHRADER. *p. 6. c. 1. n. 1.* ROSENTHAL. *c. 6. concl. 30.* A quibus autem Eadem petatur, vel etiam qui petere Eandem debeant, prolixè nos docent Feudistæ *ad c. investitura. c. 1 per quos fiat investitura* II. F. 3. 2. F. 26. & 2. F. 77. *conf.* LUDVVELL. *Synops. Feud.* §. 11. *p. 259.* & *imprimis Ejus Tract. de Renov. Invest. cap. 10.* VULTEJ. *lib. 1. c. 7. n. 134.* quæ omnia

&

& singula hâc dissertatione complecti nequimus, cum brevitas nobis pro Lege sit.

XXVIII. Illud autem adhuc Observationem aliquam mereri videtur quod hæc Investituræ Renovatio peti debeat intra annum & diem, *d. c. prima autem. pr.* 2. F. 24. *d. c. Imperialis.* §. *fin.* 2. *F.* 52. & *d. c. Imperialem. in fin. pr.* 2. *F.* 55. ARDIZ. *in summ. feud. cap.* 42. & 72. CURT. JUN. *de feud. p.* 4. *n.* 24. DUAR. *de feud. c.* 14. *n.* 2. WESEMBEC. *consf.* 148. *n.* 12. *seqq.* PARIS. *consf.* 101. *n.* 31. *vol.* 1. FORCATUL. *de feud. c.* 4. *pr.* COLER. *decis.* 83. *n.* 1. FERRAR. 3. *coll.* 6. Neque hîc obstat *c. sancimus. pr. quo temp. mil. invest. pet.* 1. *F.* 22. In quo annus & mensis requiri videtur. Hinc diversæ Dd. opiniones hâc de re. Alii enim cum HOTTOM. & CUJACIO textum corrigendum, & pro voce *mensem*, *diem* legendum esse existimant; Alii speciale quid esse, adeoque solis *militibus* favore *militiæ* indultum autumant, quos inter est LUDVVELL. *Synopf. feudal. c.* 2. *p.* 294. MYNSINGER. *d. cent.* 5. *Observ.* 9. ROSENTHAL. *c.* 6. *concl.* 30. *n.* 7. Alii denique cum VULTEIO & STRUVIO asserunt, jure quidem *annum & diem* definitum fuisse, juxta textus allegatos; non tamen ita strictè observatum in judiciis, sed si Vasallus post lapsum *anni & diei* venisset, intra spacium 29. dierum moram commissam, celeri quâdam satisfactione pro purgatâ habitam fuisse, *per d. c.* 1. *quo temp. miles*, quod innuere videtur particula ULTRA, *d. c.* 1. Adeoque diem in jure feudali, non naturaliter, sed civiliter accipiendum esse, ita ut non unus dies, sed aliquot dies ultra annum intelligantur, author est SIER. REUSNERUS. *colleg. feud. disp.* 4. *th.* 19. & FINCKTELH. *disp.* 7. *contr.* 16. Quot autem dies indulti fint moribus Longobardorum, exprimitur. *d.* 2. *F.* 22. ubi anno mensis adjicitur. Et hæc Explicatio confirmatur Jure Saxonico: quô itidem Formulâ annus & dies, Jahr und Tag / non denotatur annus & unicus dies, sed plures dies ultra annum, nimirùm sex septimanæ cum tribus diebus. LandR. *lib.* 1. *art.* 28. Gloss. Et quod hanc ipsam Renovationem Investituræ annus & dies explicatur per sex septimanas. LandR. *c.* 22. & 25. Atque hæc Sententia, ut benignior, recipi omninò meretur.

XXVIII. Dicta Vasalli erga Dominum Reverentia quoque requirit, ut Instrumentum Investituræ, & sic titulum possessionis sue edat. Gloss. *in* §. *Imperialem.* §. *illud quoq;* 2. *F.* 55. HARTM. PISTOR.

p. 2. quæst. 46. NICOL. INTRIGL. *de feud. art. 84. fin. cent. 2.* pro justificandâ scil. possessione feudali: Ita enim germanicè dicunt: Lehns-Justification. Atque hus pertinet usurpata hâc in re clausula: Die vorigen Muthzeddel in originali, dem hiesigen Cantzeley-Gebrauch Gemäß mit zur Stelle bringen. Non tantùm autem in judicio, sed etiam extra judicium petenti domino vasallus Instrumenta Investituræ edere tenetur. *arg. l. Titius heres. ubi Alberic. ff. de act. empt.* ISERN. *in c. 1. §. illud quoq; de prohib. feud. alien. per Freder.* BORCH. *c. 8. nu. 117.* JASON. *in prelud. feud. n. 51.* WESEMBEC. *d. consil. 195. n. 164. seqq.* Atque hæc de Reverentiâ dicta sufficiant.

XXIX. De Taciturnitate res est expedita quod Vasallus non possit pandere secreta domini sui. Gloss. *in c. de formâ 32. quæst. fin.* & regulare id esse respondit DECIANUS *conf. 27. n. 23. vol. 1.* Adeò, ut vasallus revelans secreta, id est, dicta vel facta Domini sui, feudum amittat. *per text. in c. 1. quib. mod. feud. amitt.* BALD. *in c. 1. verb credentiis. de pac. Const. & in l. nullum. C. de Testibus.* JASON *consil. 87. & 89.* CRAVET. *cons. 224. n. 6.* CÆPOL *consil. 39. n. 29.* quam rem valdè esse periculosam, dicit WESEMBEC. *de feud. c. 15. n. 6.* ideoque monet tria desiderari, ut ex hâc causâ feudum amittatur, 1. Ut Vasallus id fecerit scienter & dolo malo *d. c. 1. quib. mod. feud. amitt.* 2. Ut id fecerit animo afficiendi dominum damno. *d. loco.* Gloss. & AFFLICT. *in c. 1. quib. mod. feud. am* SCHRADER. *9. feud. 3. n. 1.* PACIAN. *2. de probat. 40. n. 15. 310.* ut reverâ damnum inde sit secutum. ZASIUS. *p. 10. n. 34. seqq.* SONSBEC. *p. 11. n. 62.* MOZZ. *ex quib. causis. feud. in n. 35.* Quod postremum tamen non semper requiritur, cum nonnunquam feudo privari possit vasallus, si modò eo animô revelavit, ut domino noceret GIGAS *de crim. Les. Majest. quæst. 21. n. 8.* BORCHOLT. *c. 8. n. 127.* Controversia autem Vasallo si eâ de re incidat, ipse probare debet malitiosè à se secreta non esse revelata, ALVAROT. *in cap. 1 quib. mod. feud. am.* ZAS. *p. 10. n. 35.* CURT. JUN. *de feud. part. 4. conf. 37. n. 76. fin.* SCHRADER. *9. feud. 9. n. 44. 50. seqq. & part. 9. sect. n. 12. n. 34.* BARDELL. *1. consil. 101. n. 57. seqq.* ROLL. à VALLE. *conf. 1. n. 89. vol. 3.* Sed probè hîc notandum, quod scribit HEIGIUS *2. quæst. 40. n. 48.* nimirùm si vasallus convincatur secretum domini revelasse, ipse autem contendat, se id non malâ mente & animô fecisse, eundem jurare debere, se id eo animo non fecisse, ut domino noceret: Atque hoc etiam affirmat

JACOB.

Jacob. de S. Georg. *in verb. dictiq; vasalli promiss. comm. fel. n. 28.* Sed Schraderus. *sup. cit. loco*, contrarium tenet, atque vasallum hôc casu ad jurandum admitti non debere asserit; Cujus Sententia verior & conscientiæ tutior esse omninò videtur.

XXX. Ad utilitatem denique & Incolumitatem Domini promovendam, quôvis loco ac tempore Vasallus omninò est adstrictus; Commodum autem domini promovet, & damnum Ejusdem avertit in genere quidem ita se gerendo, ne vel omittendo vel committendo obsit 1. Vitæ & corporis Incolumitati & Securitati. 2. Bonorum Tutæ, Facili & Possibili conservationi aut acquisitioni; aliive Utilitati; & Honori domini. *2. F. 5. 6. 7.* Vid. Andr. Kohl. *de serv. feud. l. 4. n. 1. seqq.*

XXXI. In specie verò Utilitatem domini promovet Vasallus per Servitia feudalia; sive vasallitica, & militaria. Lehen oder Ritter-dienste. *2. F. 23 fin. & 2. F. 55. c. firmiter. conf. 1. F. 5. pr. 19. 20. 21. 2. F. 12. 21. 26.* §. beneficium. Est enim de Naturâ feudi, ut vasallus domino suo eô nomine servitia præstet, *per. c. 1.* §. *firmiter. de prohib. feud. alien.* Borch. *in c. 1. n. 29.* Ardiz. *rubr. 33.* Molin. *in consuetud. Parisiens. de feud. tit. 1. n. 52. & 53.* Non verò de Essentiâ feudi est; quia feudum etiam ita concedi potest, ut nulla omninò à Vasallo præstentur servitia. *arg. c. significavit. 41. X. de testib. & attestat.* Quod feudum Francum sive liberum appellant Bald. *in prælud. feud. n. 53.* Alvarot. *in præloq. divis. 2.* Zas. *p. ult. n. 36.* Schrader. *p. 8. c. 2. n 32.* Curt. *tr. feud. p. 1. quæst. 8. n. 27.* Arum. *D. F. 1. th. 38.* Dec. *cons. 193. n. 4.* adeoque salvâ feudi essentiâ pactô fieri potest ut servitia vasallo planè remittantur. Iser. *in c. 1. n. quib. caus.* Mozz. *de accident. feud. num. 31.* Andr. Kohl. *de servit. feud. p. 1. n. 5. 6. 7. seqq.* Menoch. *cons. 1. num. 31.* Jam verò quæ formæ sunt, ea ex pactis immutari nequeunt: Servitia igitur non de substantiâ, sed saltem de feudi natura esse ex dictis constat. Neque etiam hic obstat. *c. 1. in quib. caus. feud. amitt. ex. F. 23.* ubi servitiorum expressa in descriptione fit mentio: quoniam ad ea respexit Feudista, quæ ex naturâ feudi insunt, etiamsi nihil de iis dictum vel actum fuerit. Isern. *ad d. c. 1. Obertus n. 9.* Schenck. *n. 3.*

XXXII. Consistunt autem illa servitia, in Operâ, quâ tam belli quàm pacis tempore, consilio atque auxilio, domini vita, corpus, honorque defenditur, territorium aliave bona ac jura conservantur

atque augentur: Quæ opera regulariter est militaris, & equis armisque præstatur: unde vocari consuevit, Ritterdienst / *vid. 1. F. 5. pr. 19. 20, 21, 22. F. 12. 21. 26.* §. beneficium. Eaque secundùm communem feudi naturam est indeterminata, sed moderatè à domino exigenda, & cujusque loci consuetudo, ut & quantitas feudi attendenda est ROSENTHAL. *c. 8. concl. 4. n. 3.* GAIL. *2. obs. 62.* Undè plerumque recurri solet ad schedulas lustratorias. Muster oder Forirzettel. Ut quot equis delectu factô quis comparuerit, tot servire obligatus esse præsumatur. KNICHEN. *de pact. vest. p. 2. c. 5. n. 19. de jur. terr. c. 3. n. 366.* Quandoque verò in Investituris hæc Opera determinata reperitur. v. gr. ut vasallus uno, duobus tribusve equis sit præsto, daß er das Lehn / mit einem / zwey oder drey Ritter Pferden bedienе. JACOB. de S. GEORG. *tract. de feud. verb. & promisc.* HEIG. *1. quæst. 18. num. 12. 14.* BOCER. *c. 4. n. 30.* Vel etiam si exigua sunt feuda, ut ratione duorum vel plurium feudorum unus alatur & mittatur cum milite equus: Daß das Lehn ein halb Ritter-Pferd oder weniger halte. KOHL. *de serv. feud. p. 4. n. 95.* ANTON. *disp. feud. 7. th. 3. lit. C.*

XXX. Præstanda autem domino est à Vasallo hæc Opera militaris, quando Eâdem indiget, Dominum autem Eâ indigere, cùm facti sit, quod divinare citra denunciationem Vasalli nequeant, sequitur, istiusmodi operam omninò prius Vasallis intimandam ab iisdemque specialiter petendam esse. *arg. pr. nostri textûs. verb. in petend. hostendit. Et c. secundi Constitutionis Karolin.* his verbis: *Annus cum sex hebdomadibus ad preparationem nobiscum euntium pro induciis detur, & per totum taliter regnum fidelibus nostris indicetur.* Vasallus etenim non nisi requisitus ad serviendum sese sistere tenetur. *2. F. 26. §. licet. F. 28. § ad hoc. 2. F. 37. in fin. conf.* ZAS. *p. 7. n. 27.* BORCH. *c. 1. n. 24.* Et ad servitia præstanda, quando iis opus. *1. F. 21.* interpellatio sive Indictio omninò est necessaria. *dict. 2. F. 26. §. licet. & 55. c. firmiter.* Quæ olim scripto aut voce præconis fiebat & illa Latinitate dicebatur Bannus, mulcta autem emanentis Heribannus vocabatur; Et indicebatur in duorum hominum sive comparium præsentiâ: uti nos docet vetustus quidam Auctor *de Beneficiis. c. 9. Et textus alii juris feudalis, lib. 2. F. tit. 54. de Allodiis* ita conceptus: *Si de vocatione legitimâ à Domino suo convinci per compares suos poterit, feudum perdat; & dominus in suos usus illud habeat redigendi liberam facultatem.*

Ceterùm

Ceterùm de jure communi feudali talis interpellatio sive Indictio vel generalis est, quæ fit per solam certiorationem, ad hoc ut parati sint Vasalli; vel specialis. *2. F. 7.* quæ fit periculo appropinquante, quando locus simul indicatur lustrationis, ubi comparendum sit: Prioris Exemplum exhibent hæ Litteræ Evocatoriæ, quas adhuc adjicere haud supervacaneum esse duximus; quarumque subjecta Copia ita sonat: Von Gottes Gnaden / Johann Philipp / Hertzog zu Sachsen/ 2c. Lieben Getreue / weil sich die Gefahr im Heil. Römischen Reiche / von Tage zu Tage besorglicher anläst / in deme allerhand gefährliche motûs und Kriegs-Empörungen sich hin und wieder ereignen / also / daß Wir unümbgänglich verursacht und bewogen werden / (ohngeachtet Wir mit niemanden in ungutem zu thun) unsere Sachen in gute Acht zu nehmen / und auff Mittel und Wege zu gedencken / wie Wir und unsere Lande und Leute so viel möglich vor unbillichem und unverschuldetem Gewalt / vermittelst des Allmächtigen genädiger Verleyhunge gesichert seyn und bleiben möchten; Als begehren Wir vor Uns und die Hochgebohrne Fürsten / unsere freundliche geliebte Brüdere und Gevattern Herren N. N. &c. Ihr wollet Euch / vermöge Euer Pflicht / mit den Pferden und Knechten / mit welchen Uns / und genanten unsern geliebten Brüdern / auch unsern freundlichen lieben Vettern / Fürstl. W. Linien. Ihr zu dienen schuldig / also und der Gestalt gefast machen; Daß ihr auff ferner unser Zuschreiben an dem Orte / dahin Wir Euch erfordern möchten / bey Tage und Nacht ohne Aussenbleiben erscheinet / und Euch hieran nichts als Gottes Gewalt / verhindern lasset. NB. Im Fall Ihr aber durch Leibes Ungelegenheit davon abgehalten würdet / nichts desto weniger eine solche Person / damit Wir zu frieden seyn können an Euere Statt samt zugehörigen Pferden und Knechten ohnfehlbar schicket / und solches nicht anders haltet. Daran geschicht unsere zuverlässige gänzliche und gefällige Meinung. Datum N. am 24. Martii. Anno. 1626.

XXXIV. Quando itaque hunc in modum petita prius ac requisita fuit hæc opera, tunc omninò quoque à Vasallo Domino erit præstanda, & quidem juxta Indigentiam Ejus tàm belli quàm pacis tempore cum sc. in periculo est constitutus. *2. F. 7. & 26. §. licet. 28. vers. adhuc.*

adhuc. maximè autem cùm guerram facit. *2. F.28. pr. c. domino.* modò causa justa & rationabilis sit; tunc enim vasallus dominum tàm in defendendo quàm offendendo omninò adjuvare tenetur. *2. F. 7. c. est & alia. vers. etsi scivero.* ZAS. *p. 7. n. 27.* BORCH. *c. 7. n. 45.* Idem dicendum si causa dubia sit. *c. domino. 2. F. 28.* quoniam determinatio istius dubii ad vasallum non pertinet, sed debet obsequi domino suo, cujus persona, ipsi sancta & honesta videri debet. *arg. l. 9. π. de obseq. par. & patr. præstand.* BALD. *ad d. c. domino.* Sin verò causa notoriè & evidenter sit injusta vasallus domino auxilium præstare non tenetur. *c. 1. vers. etsi scivero, de nov. for. fidel.* ZAS. *p. 7. n. 28.* BORCH. *c. 7. n. 44.* MENOCH. *consil. 281. n. 32. vol. 3.* Si tamen dominus, etiam injustè bellum gerens, in magno periculo constituatur, defendere ipsum tenetur vasallus. *2. F. 28. verb. adjuvet cum ad ejus defensionem.* Vid. KOHL. *p. 2. n. 46. seqq.* Ratione etiam personæ domini considerandum est, quod bannitum seu proscriptum *2. F. 28.* Ordn. des Landfried. *rubr.* die Poen der Friedbrecher. CARPZ. *prax. crim. p. 3. quæ. 140.* GAIL. *lib. 2. de pac. publ.* item excommunicatum. *d. 2. Feud. 28. junct. c. pen. & ult. ff.* vasallus adjuvare non teneatur. Vid. KOHL. *pag. 2. num. 59. seqq.*

XXXV. Hanc Operam verò vasallus domino præstare tenetur contra omnes: *per c. est & alia. 2. F. 7.* Excipitur a. I. Imperator, Rex. seu Princeps, *2. F. 7. 55. in fine.* quia regulariter subditi Majestati resistere nequeunt, sed potius injuriam illatam tolerare debent. GROT. *in aureo lib. de Jur. Bell. & pac. l. 1 c. 4. n. 1. seqq.* II. Dominus antiquior. *2. F. 28. in fin.* qualis non tantum est is, cui prius juramentum præstitum est, sed & ille, cujus vasallus jam ante est, qui nunc feudum accipit *c. Imperialis. §. satis benè. de probib. feud. al. per Loth. 2. F. 52.* Adeò ut neque etiam per substitutum vasallus posteriorem contra priorem dominum adjuvare possit. *per d. 2. F. 28. c. fin. add.* HUNNIUS. *c. 13. p. 372. 310.* III. Excipitur patria vasalli. *arg. l. 35. π. de relig. & sumpt. fun.* BORCH. *c. 7. n. 49.* SCHENCK. BARO. *n. 4. de nov. form. fidel.* RITTERSH. *c. 1. quæst. 24.* adeò ut si dominus vasalli sit proditor ipsius patriæ, ipse accusari possit à vasallo. Gloss. *in c. 1. quæ fuit prima causa.* cùm aliàs hoc facere nequeat. *ut sup. docuimus.* IV. Deniq́ue excipitur ipsa persona vasalli, quia ordinata charitas à seipsâ incipit, *arg. l. 6. C. de servitut.* & in generali persona loquentis excipitur.

tur. *l. 29. §. ult. ff. de pign. & hypoth. l. 18. C. de solut. & l. 9. ff. de pignor. & hypoth. & l. 9. ff. de servitut.* Gloss. *ad d. c. fin. ibiq;* Bald. & Alvarott. Borch. *c. 7. n. 41.* Unde etiam rectè dicitur: Vasallum non teneri vitam suam postponere vitæ Domini. Gloss. *in §. si clientulus. de alien. feud.* 1. F. 13. Spec. *de feud. §. quoniam.* Frecc. *de sub feud. lib. 2. autor. 4.* Kirchovius. *in thes. comm. opin. lit. V.*

XXXVI. Non autem hîc excipitur pater vel filius. 2. F. 28. *in fin. & 2. F. 55. §. insuper.* Disertè enim consuetudinibus feudalibus cavetur, vasallum etiam contra patrem vel filium teneri adjuvare dominum suum. *per dd. text.* quod etsi durum sit, & rationi naturali contrarium videatur, servandum tamen esse, cùm Lex consuetudinis ita scripta sit, dicit Zasius. *in epit. suâ feud. p. 7. n. 28.* Verùm alii hoc ægrè concedunt, quapropter *d. text.* cum Cujacio. *lib. 4. feud. c. 31.* corrigunt, ac verba illa. *Et patrem* ab antiquo Codice abesse, ac proinde delenda monent. Alii autem cum Baldo *in c. 1. de nov. form. fidej.* & Hottomanno, *ad d. c. domino.* variis modis distinguunt. Vid. Dn. Luvvell. *Synops. feud. c.* 14 *p. m. 369.* Vultejus. *lib. 1. cap. 10. n. 43.* Henr. Arnisæus. *de Jur. Majest. lib. 1. c. 5. &c.* Verùm enim verò cum allegatus Textus. 2. *F.* 28. *fin.* hoc expressè innuat, ab eô quidem haud facilè recedendum. Jacob. de Bellov. *ad d. c. fin. ibiq;* Baldus. *n. 1.* Sed tamen non ita crudè prout sonat, verùm civiliter eum accipiendum esse credimus; de auxilio scil. præstando domino, non qui alium offendit, sed qui ipse offenditur, & quidem offenditur injustè à patre vel filio aut fratre vasalli. Neque hoc enim casu Reverentia quam filius debet Patri, vel amor quem Pater debet filio, hîc obstare potest, quô minùs datam fidem servet vasallus, ac Dominum adjuvet contra quosvis injustè aggredientes. Vid. Vultej. *lib. 1. de feud. c. 10. n. 43. fin.* Dn. Struve. *Syntag. feud. c. 12 aph. 8.* Modò tamen vasallus in hâc ipsâ defensione domini contra parentem, quantum fieri potest, amorem ac pietatem debitam observet: quod fieri optimè poterit, si tale auxilium contra parentem in propriâ personâ haud præstet, quoniam solvendo dimidium redituum unius anni de feudo filius servitia contra patrem præstanda luere seque liberare potest, 2. F. 55. § *firmiter. add.* Kohlius, *p. 3. n. 5. seqq. & n. 29.* quod tamen singulare.

XXXVII. Regulariter enim auxilium domino vasallus in

propriâ personâ præstare tenetur. *2. F. 23. in fin. & 2. F. 55. §. firmiter.* quia ipsius vasalli fides & industria electa esse censetur. *arg. c. in epistolâ. de form. fidel. §. est & a'ia. 2. F. 7.* atque sic consideranda nobis hic venit Hostenditiarum tum materia, cùm forma.

XXXVIII. Materia est Actus comitandi, seu actualis Itio cum domino in expeditionem ; Procerum enim & Vasallorum Imperii omnis Ordinis officium, & servitium Imperatori debitum, vel primùm hoc erat, ut Regem Romanorum ab Electoribus creatum, & solenni ritu Romæ in Augustum consecrandum & coronandum, honoris & Majestatis ergò illùc comitarentur ; de quâ profectione multa in ipsis Feudorum libris mentio extat : quam Lotharius Imperator. *lib. 2. Feud. tit. 52. de probib. feud. alien. per Lothar. felicissimam nostri numinis expeditionem, &* Fridericus *d. lib. 2. feud. tit. 56.* Quæ sint Regaliæ *felicissimam regalis numinis expeditionem* vocant, imitatione Theodosii & Valentiniani Impp. *in l. jubemus. 10. l. Neminem 2. C. de SS. Eccles.* Ut autem Cæsarem Principes & Proceres, pro nexu suo, quo Imperio tenentur, comitari debebant, majori aut minori numero & apparatu, pro principatuum & feudorum suorum ratione; ita ipsi rursus clientes & beneficiarios suos in profectionem hanc comites & asseclas trahebant, simili proportione beneficiorum facultatumque habita : Atque hæc actualis Itio cum domino tàm necessaria erat, ut quis, eâ neglectâ, feudum amitteret. Id quod nobis clarè ostendit *Constitut. Imp. Karoli III. dicti Crassi. de Exp. Rom.* *his verbis : Cuicunq; autem secundùm hanc Legem eadem Expeditio imperetur, si ad Curiam Gallorum, hoc est, in campum qui vulgò Rungalle dicitur, Dominum suum non comitetur, & ibi cum militari apparatu non repræsentetur, feudo (præter hos, qui cum gratiâ Dominorum suorum remanserunt) in conspectu nostro absq; spe recuperationis privetur.*

XXXIX. Forma hujus actualis Itionis in Expeditionem cum Domino, *in d. Constit. Karolinâ.* exprimitur per verba : *Halsbergas ducere :* Quæ Vox diu multumque exercuit Clariss. Virum Dn. MARQ. FREHERUM, utpotè quam nec legisse, vel audivisse, nec doctissimis amicorum consultis discere potuisse scribit in suo erudito commentario ad hanc *Constit. Karoli 3. dicti Crassi de Exp. Rom.* Donec tandem deprehenderit, *Halsbergam*, priscè & propriè esse thoracem

racem vel loricam, sive ex laminis compactam, sive ex annulis orbiculisque contextam, quam Franco-Galli adhuc *Haubert. Hauberge-* & *Haubergeon* appellant: Undè Vetus proverbium illorum: *De maille à maille on fait le haubergeon.* Est autem Vox vetus Francica Germanica, usu quidem desita, sed quæ in libro veterùm cantionum, Heldenbuch, inscripto, frequenter legitur. *part. 1. 2. & 3.* Et ne ἔτυμον etiam nesciamus, sic dicta, quasi munimentum Colli, quæ collum tegat (id enim est *bergen*, quâ formâ Saxones dicunt, *se sint geborgen*, servati sunt è periculo. Eâdem compositione, quâ galeam idem ævum Haubtach dixit; quod testi instar sit vertici. Halspergas igitur tot ducere, tot est cataphractos & loricatos ducere, in quibus splendor & robur totius agminis præcipuum. Livius. *lib. XXXVII. His tria millia peditum loricatorum (cataphractos ipsi appellant) adjunxit.* Historia Miscella. *lib. XXXI. Vsq; ad viginti scaphas remanserunt, habentes centenos loricatos ad has custodiendas. Et lib. 20. Misit tria millia loricatorum ad circumdandum eum ne fugeret.* Hinc Feudum Loricæ, ap. Sigebertum Gemblacensem. *An. 1160. de Expeditione Henrici Regis Anglorum.* Quod militi assignatur eâ lege, ut ad Edictum præstò sit in armis loricatus sive cataphractus. Quod Feudum Hauberticum *Fief de haubert*, Franci & Normanni etiamnum vocant, ut legimus Consuetud. Normand. c. 85. *Celuy qui tient fief de haubert, doit deservir son fief par pleines armes, par le cheval, par le haubert, par l'escu, par l'espée, par le he aulme.*

XL. Atque sic etiam in Expeditione Romanâ hanc Operam in armis loricati sive cataphracti Vasalli quivis præstare debebant, nonnunquam tamen pecuniâ Eandem redimere ipsis permittebatur sed ita: ut ii vasalli, qui cum gratia & bona voluntate Dominorum suorum domi remanserunt, ad legendos alendosque Eorum loco alios milites promissa stipendia ritè exsolvant. Vid. Frid. à Sande. *comm. in Consuet. Geldr. feud. tract. 2. tit. 1. §. 2. n. 13.* atque hoc casu nomine Hostenditiarum venit pecuniæ pro Opera præstatio.

XLI. Et huc pertinet, quod ait Feudista *Hostenditias* esse adjutoriam, quod vasalli domino præstant, si cum eis non vadunt, in Lombardiâ nempe de modio 12. denarios. In Teutonica Terrâ tertiam partem fructuum, facta computatione fructuum solummodò

modò ejus anni, q̃ ô hostem faciunt: Id quod Saxonibus Heerſteur/ Reiſegelt dicitur. Lehn R. c. 46. SCHNEIDEVV. p. 5. de feud. n. 96. prout ergo fructus in eo anno deprehenduntur ita etiam restituendi erunt, nec meliores, nec deteriores, non plures, neque tamen pauciores; Sed dicta pars Tertia: Hinc Ea feudo vel aucto vel imminuto, augeri aut imminui nullo modo potest nimirum quia definita atque determinata est Quantitas; nisi, vel summa aliqua emergens necessitas aliud suadeat, aut etiam Feudistarum distinctiones inter augmentum & decrementum quod fit naturaliter, vel facto domini, vel vasalli, aliquando aliud velint. Vid. KOHL. *tract. de feud. p. 4. n.* 177. Magnif. Dn. D. STRUVE. *S. F. c. XI, th. V, com.*

XLII. Ut autem olim in Teutonicâ Terrâ tertia pars fructuum fuit determinata; Sic ex Constitutione Friderici Imp. dimidia saltem fructuum ac reditûs illius anni, quô indicta est Expeditio, persolvenda constituta est: Ut ex communi Feudistarum Consensu & dicta *Constit. Imp. Friderici de proh. feud. alien. 2. f. 55. c. fi miter* colligi licet: Mirè etenim in hôc variatum fuit, namque *in Imp. Karoli III. dicti Crassi Constit. de Exped. Rom. th. 6.* Totus fructus illius anni exposcitur: Et vetus quidam Auctor de Beneficiis *c. 13.* ita scribit; *Ibunt illùc & alii, omnes Imperialia beneficia habentes, quisq; cum domino suo, nisi talento decimo iter redimat, quod annuatim à Domino suo habuerat.* Cum quô maximè convenit Jus Feudale Saxonicum eundem in modum hanc ipsam quantitatem ita determinans: Der Mann iſt mit dem Herren zu ziehen ſchuldig/oder muß die Farth löſen mit dem zehenden Pfund des Zinſes/ den er jährlichen von ihm hat. Sächſiſch. Lehn R. *c. 4. conf.* SCHNEIDEVVIN. *part. 5. de feud. n.* 114.

XLIII. Et hanc quoque in rem superiori ævo Vires totius Imperii æstimatæ, & certa quantitas cuilibet statui assignata fuit. Recessus Imperii *de An.* 1521. §. auch haben uns Chur-Fürſten. & Reichs-Abſchied zu Nürnberg. Anno 1522. *pr.* ita, ut Comitatu illo Romano ad 20000. peditum & 4000. equitum ad 6. Menses constituto unicuique statuum Imperii juxta conditionem bonorum suorum certus numerus peditum, & equitum, quem mittere, aut pro unoquoque equite 12. florenos & pro singulo pedite 4 flor. solvere teneretur, definitus fuerit. Vid. *Limnæi Jus Publ. lib. 2. c. 4. & lib. 4. c. 7. junct. add. d.* ubi insimul schema quoddam istiusmodi unicuique Statuum Ordini assignatæ quantitatis exhibet.

XLIV.

XLIV. Adeò, ut nec Ecclesiarum filii, sive Ecclesiæ ab hoc Expeditionis onere immunes fuerint, ex quô enim tempore Ecclesiæ bonis, latifundiis, prædiis, reditibus auctæ fuerant; ex eôdem etiam beneficiarios suos sibi libellis precariis, feudis acquisiverunt; & milites, fideles, ministeriales advocatos suos habuerunt: Undè pro hâc ipsa regiâ Expeditione peragendâ certum numerum militum, id est, nobilium vasallorum sibi assignatum sustentare necesse habebant; ut præter historias *ex* §. *V. dictæ Constit. Karolinæ de Exp. Rom. & aliis Impp. Constitutionibus notum est*: *2. F. 52. & 2 F. 55. §. firmiter. junct. l. 2. C. de quib. muner. & l. 10. 11. C. de SS. Eccles.* quas egregiè, ut omnia, explicat Magnificus Dn. D. Strauch. *Antecessor in hâc Inclytâ Salanâ primarius, Doctor & Patronus meus æterno mentis cultu piè prosequendus in MSS. commentariô ad has Cod. LL.*

XLV. Quinimò nec Regiæ domus, Expeditionis tempore ab Angariis & parangariis excusantur. *l. 21. C. de cursu publico.* Causa enim hæc summè est necessaria, ideoque Nemo ab eâ excusatur. *l. un. C. ut nemini. lic. in empt.*

XLVI. Finis etiam Hostenditiarum hoc requirit, isque duplex. Unus, splendor & Majestas tanti Exercitus, utpotè qui 20000. peditum, & 4000. equitum constabat, quorumque non minima pars Loricatorum erat, in quibus singularis splendor & Majestas deprehendebatur; Haud sanè immeritò; Imperatoriam enim Majestatem in tàm arduo Imperii negocio pro sumendâ scil. & obtinenda Coronâ Romanâ omninò armis armatam atque decoratam esse decet, ac proin omnium & singulorum qui feuda Imperii tenent, primum officium esse debet, ut Imperatorem Romam ad petendam Coronam profecturum cum ejusmodi splendido militari apparatu comitentur; quemadmodum aliàs etiam vasalli tenentur de servitio præstando in honorem domini splendidioris apparatûs causâ. in Ehrenfällen. ut testatur Kohl. *de serv. feud. pag. 4. num. 99.* alter, periculorum & insidiarum in quas isto in Itinere Impp. incidere possunt, aversio. Variis etenim gravissimisque periculis & insidiis plurimos Impp. tùm temporis obnoxios fuisse; exempla Lotharii III. & Friderici I. nobis clarè ostendunt; quapropter ab hôc auxilio Imperatori Expeditionis tempore præstando Nemo immunis erit, quia de Salute Principis agitur: *Omnis igitur Vasallus,*

qui indictâ publicâ Expeditione vocatus à Domino suo, in eadem Expeditione spacio competenti temere venire supersederit; vel alium pro se Domino acceptabilem mittere contemserit, vel dimidium reditûs feudi unius anni domino non subministraverit feudum quod ab Episcopo vel alio Domino habuit, amittat; & dominus feudi in usus suos illud redigendi modis omnibus habeat facultatem. dictâ Constit. Friderici de prohibit. feud. alien. expressè cavetur. *2. F. 55. §. firmiter.*

XLVII. Feudum E. amittit, quomodo autem id fiat, non satis liquet. *Judicio Curiæ privatur*, ut Guntherus innuit: *condemnatur:* ait Otto Frisingensis; quæ verborum discrepantia congruam nobis excutiendæ illius vexatissimæ inter Feudistas Controversiæ Occasionem & ansam præbet. Quando nimirum in Vasallum fertur Sententia Condemnatoria. Wenn Er des Lehns verlustig erkant wird. *1. F. 21. & 22. §. 3.* An scil. hæc Condemnatoria Sententia, sit privatoria, an saltem declaratoria, (differunt enim invicem, quòd illa ex nunc operetur in futurum, hæc autem in præteritum. Illa dejiciat, hæc cecidisse declaret Vasallum) sive, an feudo demùm per Sententiam privetur an verò ipso jure propter feloniam id amittat Vasallus, & solùm insequatur Sententia, quâ declaretur ipsum quippe à Domino convictum culpæ, feudo privatum esse, vel etiam ut clarius dicam, an dominium utile ipso jure ad Dominum ob commissam feloniam revertatur, an verò per Sententiam Vasallo adimatur demum utile Dominium. Quod postremum his innixi rationibus liberè asserimus. I. Quod nullibi in jure feudali dicatur, ipso jure dominium utile ob feloniam ad dominum reverti. II. Quod concedatur domino. *1. F. 21.* condictio causâ datâ, causâ non secutâ, quâ actione personali quis petit sibi restitui rem cujus dominium est apud alterum. *d. t. de condict. caus. dat. caus. non secutâ. add. l. ult. π. usufr. quemadmodum caveat.* III. Quod conveniat hæc feudi ex ingratitudine repetitio cum revocatione donationis. *2. F. 24. §. 2.* quæ ob ingratitudinem commissam non ipso jure fit, sed per actionem & sententiam *l. fin. C. de revoc. donat.* IV. Quod nec perduellium bona ipsô jure publicentur, sed usque dum damnati fuerint, dominia rerum suarum retineant. *l. 14. qui & à quibus. man. lib. non fiant.* Conf. ANTON. MATTHÆI. *d. tract. lib. 4.*

lib. 48. tit. 2. c. 3. Neque etiam V. ex aliis delictis quis ante patiatur pœnam, quàm per sententiam condemnatus fuerit. Martin. Bonacin. *tract. moral. de Contract. disp. 3. quæst. 8.* Privatoria igitur hæc est Sententia, non autem declaratoria saltem, sive quod idem est, dominio utili per Sententiam demum, & non ante, privatur Vasallus. Vid. *Ampliss.* Dn. D. Struve, *S. F. cap. 15. de amiss. feud. th. XI. comm.* Rosenthal. *c. 10. conclus. 41.* Clarus. *in §. feudum. quæst. 62.* Rittershus. *part. feud. lib. 2. c. 6. quæst. 15.*

XLVIII. Atque hæc Feudi privatio pœna est Vasalli, quando scil. hanc militarem Operam Domino nec ipse nec per substitutum præstare vult, aut etiam dimidio reditûs annui Eandem redimere detrectat; E contrà verò præstitæ hujus operæ tantus est favor, ut etiam feudum aliquibus ea propter adimi nequeat; Constat enim, omne id quod Vasalli de suis feudis in Valvasinos (quos vocant) gratuitò conferunt, feudi jus ac vim non habere, sed precarii simplicis instar esse & absque illorum culpâ à dante ad lubitum revocari posse. *1. F. 16. de F. dat. minim. valvas* Nisi (*quæ exceptio huc ad locum pertinet.*) hi Valvasini suos illos seniores in hâc Expeditione & exercitu Romano comitati sint. *1. Feud. tit. 1. fin. & tit. 7. de natura feud.*

XLIX. Origo autem hujus Expeditionis Romanæ (Römerzug) inde à Carolo M. deducitur: cum enim Carolus M. Rex Francorum & Longobardorum, eligeretur ac constitueretur Imperator Romanus, atque à Pontifice ipsis feriis natalitiis An. cIↃ. ccc. preciosissimâ coronâ coronaretur, quâ de re Vid. Henn. Arnisæus. *de translatione Imperii.* & Dn. Conringius, *de Germ. Imp. Rom. §. 7. & seqq.* Ritus quoque ille solennis Coronationis in seqq. Romanis Impp. est observatus, indeque factum, ut Vasalli Regni horumque subvasalli creatum à Germanis Regem, atque ita simul ab ipsis electum Regem & Imperatorem Romanum tenerentur ad suscipiendam Imperii Romani Coronam, & solennem Consecrationem Romam comitari; quâ de re extat Vetus Constitutio Imp. Caroli III. dicti Crassi, quam edidit & commentario illustravit Marq. Freherus, eamque exhibet Goldast. *in Constit. Imper. vol. 1. pag. 28.* Lehmann. *Chron. Spir. Lib. 2. c. 42. in fin.*

 L. Quæ

L. Quæ Constitutio, An sit genuina? magna adhuc inter magni nominis Viros dubitatio est. Clarissimus equidem JCtus FREHERUS. *in comm. suo ad d. Constit.* Eam pro genuina habet, atque dictum Imp. Karolum III. Ejus verum Auctorem esse contendit, eò quod Nomen Luitwardi, dicti Regis Cancellarii, Constitutioni huic Carolinæ sit subscriptum; Cùm illud nec in Magni nec Calvi actis reperiatur sed in hujus Karoli III. diplomatis exprimatur; ac proin quia hoc Luitvvardi Nomen in hâc de quâ loquimur, Constitutione reperitur, non sine ratione existimat FREHERUS, hunc Eum ipsum esse Luitvvardum qui sub Karolo Crasso vixerat. Verùm enim vero hæc Assertio non admodum firmo stat talo; quia facilè fit, ut plures diverso tempore ac loco idem Nomen habeant; nihil enim certi hic demonstrari potest. Vid. ὁ πάνυ Magn. Dn. JOH. HENR. BÖCLERUS. *Argentor. Acad. Historiar. Prof. inclytus, Doctor olim meus exoptatissimus summaq; Animi Reverentiâ submissè & observanter ætatem colendus ac suspiciendus in Notitiâ S. R. Imp. MSS. cap. 2. de Exped. Rom.* Ceterum & Chronologia discrepat, quod ipse etiam FREHERUS fatetur, asserens, quod hoc ipso anno DCCXXC. Imp. Carolus M. conventum Ordinum celebraverit Wormatiæ non verò Crassus; Cum tamen Karolo M. hæc Constitutio nullo modo adscribi possit. Lapsum E. esse inquit, Scriptorum in numeris cumque non insolitum; & rescribendum necessario *DCCC. XXCI. vel seq. ann.* Quod ut levius, non tamen omnem adimit scrupulum, præsertim cum plura in ipsâ etiam Constitutione occurrant, quæ Amplissimis Viris BÖCLERO & CONRINGIO dictæ Constitutionis Authorem suspectum reddant; Cujusmodi est illud statim ab initio: *Rex Romanorum*, quo titulo certè nemo tùm temporis audiit, nisi jam Imperator coronatus V. iterum Dn. CONRINGIUS *in tr. de Orig. Jur. Germ. c. 17.* Principum quoque Secularium & Ecclesiasticorum voces illis temporibus fuere inusitatæ. Neque etiam reperire licet vel leve indicium Conventus jam tùm instituti in Italiâ ad Curiam Gallorum, sive Rungallium cujus hic ut rei usitatæ fit mentio. Ac deniq; ne stilus conformis est illi ævo nec feudi Vox ejus est temporis, unde WELSERUS ipse fatetur in Epistola MSS. ad FREHERUM. *Quoniam aliquando subdubitare visus es, an feudorum nomen in vetustis tabulis ante Fridericos extaret, duo nunc apographa mitto quæ illum scrupulum hactenus*

hactenus eximant, Carolinam tamen antiquitatem Constitutionis à Te edita non attingunt.

LI. Quid ergò hac de re sit statuendum, nondum satis liquet. nisi, quod cum Magnif. Dn. D. Conringio asserere velimus, hanc Constitutionem fictam esse, idque fortè Seculo XII. in regulam Expeditionum Romanarum quæ tùm temporis illis penè Legibus fuere institutæ, ceu patet ex historiâ Friderici primi Cæsaris, tum ap. Otton. Frisingensem, cùm in Guntheri Ligurino. Ita enim Otto *Lib. 2. c. 12. Inde castra movens,* (scil. Fridericus I. Imp.) *in campo Roncaliæ super padum, non longè à placentia, mense Novembri resedit. Est enim Consuetudinis Regum Francorum quæ & Teutonicorum, ut quotiescunq; ad sumendam Romani Imperii Coronam, militem ad transalpizandum coëgerint, in prædicto campo mansionem faciant. Ibi ligno in altum porrecto scutum suspenditur, universorumq; equitum agmen feuda habentium ad excubias proximâ nocte principi faciendas, per Curiæ præconem exposcitur: quod secutantes, qui in ejus comitatu fuerant, singuli singulos beneficiatos suos per præcones exposcunt. At sequenti die quicunq; nocturnis vigiliis defuisse deprehensus fuerat denuò ad præsentiam Regis, aliorumq; principum vel Virorum Illustrium evocatur, sicq; omnes omnium beneficiati, qui sine bonâ Voluntate Dominorum suorum domi remanserunt, in feudis condemnantur: Hunc morem Principe secuto, non solùm Laicorum feuda, sed & quorundam Episcoporum, i. e. Hartvvici Bremensis, & Ulrici Halberstatensis regalia personis tantùm, quia nec personis, sed Ecclesiis perpetualiter à Principibus tradita sunt, adjudicata fuere.*

LII. Licet autem hæc Expeditio Romana diu multumque duraverit, atque etiam hodiè Electi Impp. soleant in Capitulatione Electoribus promittere se operam daturos, quò Coronâ quoque Imperatoriâ coronentur: Aliquot tamen novissimi Imperatores illam Coronationem, utpotè Imperio gravem ac superfluam omiserunt. Unde non immeritò quæritur, an jure hoc facere potuerint; sive, quod idem est, An Imperator teneatur Romam petendæ Coronæ causa Expeditionem facere? Quod cùm Juris Publici Scriptores diversimodè inter se disputarint, ansam id nobis dedit Eorum hâc de re Opiniones pro virili paululùm referre atque excutere.

LIII. Celebris equidem Arnisæus (*de subjectione & exemtione Clericorum cap. 7. ubi de translatione Imperii Romani agit, n. 29. p. 190.*) sunt, ait, qui negant Imperatorem ullo modo ad petendam Coronam cogi posse; quia id nullâ Lege statutum, vel consuetudine inductum fuit. I. Legem quod attinet, planum est, Imperatoriam non dari, sed potius contrarium decretum esse à Ludovico Bavaro; & si aliqua esset, non valeret, cùm ne juramentum quidem valeat, quod dignitatem Imperatoris diminuit. (*c. intellecto de jurejur.*) Si verò Lex pontificia producatur, eam constat non obligare, nisi quatenus approbetur, cùm jurisdictiones sint distinctæ. Sed nec ulla produci potest, quia *Clementina Romani. de jurejur. c. venerabilem. de electione. can. in Nomine Domini. distinct. 23.* Imperatorem non adstringunt ad petendam Coronam, sed Pontificis jus esse contendunt, ungere, consecrare, nominare, approbare. Imperatorem electum, si verò petitum veniat. II. Quod ad Consuetudinem attinet, *licet d. Clementina Romani*, producat exemplum Alberti & Henrici, qui Consecrationem à papâ petierint, tamen quod per favorem, aut ex certâ causâ fecerunt aliis non debet creare præjudicium *c. quod ob gratiam. de R. I. n. 6. cum concord.* In Actibus enim Voluntariis, & meræ facultatis, nulla præscriptio vel consuetudo induci potest. *per l. viam. π. de via publ.* III. Præterea cùm satis clarum sit, Actum creandi Imperatoris absolvi in solâ Electione, patet supervenientem Coronationem, nihil aliud esse quàm solennitatem. Atqui Imperator ab iis, quæ solennitatis sunt, Legibus absolvitur (*ut Dd. interpretantur. L. Princeps. π. de LL. l. digna Vox. C. eod. l. ex imperfectâ. 3. C. de Testam.*) Adeoque cum duplex sit Solennitas; Levis, quæ substantiam non immutat. *l. 1. π. de Exerc. act.* Et gravis, constat illam à quôvis, hanc verò à solo principe omitti posse, urgenti evidenti necessitate, *l. etsi nihil. 183. π. de R. I. l. 85. fin. l. 90. de in integr. restitut.* Unde etiam in hâc ipsâ Solennitate multa immutata reperire licet. Huc usque Arnisæus.

LIV. Jam verò ad Ejusd. argumenta respondebimus. I. enim contra Eum faciunt omnes Capitulationum Articuli Illi, quibus Electus in Imperatorem se obligat ad Coronam Imperialem petendam & requirendam. Cogi E. qui hoc promisit, potest, si spontè promissa adimplere nolit. Lex enim Contractûs servari debet, &

quod

quod prius ante promissionem voluntarium erat, post eam necessarium factum est. Cogi inquam potest, sed non à Pontifice, ut nonnullis visum, verùm ab Electoribus, quibus promissio facta & Actio competit, ipsaque Executio ab Imperio fieri potest, non verò ab alio.

LV. Et hi dicti Capitulationum Articuli contrariantur quoque Arumæi Sententiæ, *discurs. 2. ad A. B. th. 20. p. 109.* asserentis; Hanc Pontificiam Coronationem planè non esse necessariam, quia nullibi Eadem præcipiatur, neque etiam verbulo quidem in A. B. ejus fiat mentio. Verùm enim verò, quàm facilè is refutari posset, nisi Ipse paulò post (*th. 21. p. 224.*) sui immemor aliud innuere videretur. Clarum namque ac certum est, in A. B. non solùm ex verborum consequentiâ, sed etiam expressè Coronæ Imperialis fieri mentionem, (*in exord. circ. fin. c. 2. §. 5. imprimis autem. c. 26. §. 4.* qui Textus probè notandus. Aliumque dici *Regem Romanorum*, alium *Imperatorem*. (*d. c. 2. §. 7.*) quod & phrasis, *Rex Romanorum in Imperatorem promovendus*, notat. (*c. 1. pr. c. 18. pr.*) vel *in Cæsarem promovendus* (*d. c. 1. c. 18. 19. 21. c. 2. pr. §. 2. 3. c. 7. §. 1. c. 20. pr.* vel *Rex Romanorum, futurus Imperator. c. 28. §. 5.*) Et licet etiam in Aur. Bullâ mentio nulla fiat, cujus sit hanc Coronam Romanam Regi imponere, aliunde tamen satis notum est, hoc Pontificii esse muneris. Non enim ad propositum Caroli IV. faciebat, hoc ibi exprimere, non magis, quam quis Coronam Mediolanensem (*cujus meminit. d. c. 26. c. 4.*) Romanorum Regi conferre debeat; Bulla namque potissimùm de Electorum Jure, Officio, ac privilegiis agit, non de aliorum. Atque hæc contra Arumæum sufficiant; quapropter revertamur ad reliqua Arnisæi argumenta.

LVI. Ludovici Bavari Decretum quod attinet, illud certè nos non ferit, non enim decernit, Imperatorem, si Electoribus promiserit Coronam Imperialem à Pontifice requirere, non teneri promissis stare; Sed hoc decidit, falsum esse, quod dicitur, Imperialem Dignitatem & Potestatem à Papâ esse, Electumque Imperatorem non esse verum Imperatorem nec Regem, nisi prius per Papam, sive Sedem Apostolicam, confirmetur, approbetur, & coronetur: Statuit autem quod is, qui eligitur in Imperatorem sive Regem, ab Electoribus Imperii concorditer vel majori parte Eorundem, statim ex solâ Electione sit Rex verus, & Imperator

perator Romanorum censendus & nominandus, Eidemque ab omnibus Imperii subjectis obediri debeat; ac administrandi jura Imperii, & cætera faciendi, quæ ad Imperatorem verum pertinent, plenariam habeat potestatem, nec Papæ, sive Sedis Apostolicæ, vel alicujus alterius approbatione, confirmatione, authoritate indigeat, vel consensu (*ut ipsa Decreti verba sonant.* ap. GOLDAST. *inter Constit. Imp. p. 99.*) Et ut brevibus dicam, quod res est; Constitutio Ludovici rejicit effectum, quem alii Coronationi, quæ à Pontifice fit, attribuunt, Coronationem autem ipsam fieri non prohibet. Posito etiam, non tamen concesso, Coronam illam prohibitam fuisse à Ludovico, vel ullo veterum Impp. alio, ejus sanè prohibitionis vis hodiè cessaret, postquàm Imp. jurat, se omni diligentia Eam expediturum. Abrogare enim LL. & novas ferre; prohibere, quod antea concessum; concedere, quod antea prohibitum; novum inauditum in Imperio non est, nec ab ipsâ Justitia alienum.

LVII. Verùm aliud hic diverticulum quærit ARNISÆUS & putat, Coronam illam diminuere Dignitatem Imp. Sed certè injurius est in ipsos SERENISS. Electores, quasi illi immemores officii & juramenti sui contrà dignitatem Imperatoris & Imperii agant, & quidem ex proæresi ac præmeditatione. Cùm tamen Corona illa, dignitatem Imp. non magis diminuat, quàm corona Regalis, utraque Dignitatis adeptæ publicum testimonium, dignitatem honore ac reverentiâ coronans. Et, nisi Caroli V. Testimonium, ac publicas Imperii Tabulas rejicere volumus, credendum est, Coronam illam pro fine agnoscere Laudem divinam, Imperii honorem & emolumentum, ita enim disertè exprimitur: GOtt zu förderst zu Lob. Dem H. Reich zu Ehr. und Wohlfarth. R. A. zu Wormbs. An. 1521. §. und als wir. Denique ne putemus, Electores Ecclesiasticos Pontifici hâc in parte nimium favere, perpendi debet, Electores Seculares, qui Pontificiæ Religioni haud addicti sunt, jam olim tempore Maximiliani II. Capitulationis articulo primo, quæ continuato hujusque more, expresse declarasse, se in negociis, & Pontificiam Authoritatem, Dignitatem & emolumentum tantùm spectant, à cæteris Electoribus dissentire, nec velle Imp. ad ea obligare. Quod cum non in genere, sed specialiter & nominatim factum

factum fit, nec tamen ad Coronationem Imperatoriam ab illis repetitum vel extensum, conjectu facillimum est, quid de eâ senserint, sentiantque.

LVIII. Jus Canonicum quod attinet, nolumus hîc illud examinare, An scil. Imperatorem adstringat ad petendam Coronam, nec ne? Satis enim notum est, illud omnem aquam in molendinum Papæ derivare, & totum ferè in eo occupatum esse, quo mundo persuadeat, à Papâ Reges & Principes descendere.

LIX. Ceterùm quod concernit Arnisæi argumentum de actibus meræ facultatis, incongruum hîc esse videtur. Licet enim hæc Coronatio aliquando meræ facultatis fuerit, quod equidem ipsi concedimus, atque etiam ipsius Caroli M. exemplo clarè demonstramus. Cùm enim Carolo M. non petenti, sed à Pontifice spontè Corona Imperialis imposita fuit, tamen Carolus eam suscipiendo minimè Successores obligare nec potuit, nec voluit, eam in posterum ut illi peterent vel susciperent à Pontifice. Sed Filium Ludovicum Successorem in Imperio sibi assumens ac declarans, non Romam Coronandum misit; verùm Author ipsi fuit, ut publicâ Solennitate Aquisgrani Coronam altari impositam propriis elevaret manibus, sibique ipsimet imponeret. Quod factum exponit Fauchet. *en la fleur de la maison de Charlemagne, qui est de la continuation des antiquités françoises, au second volume livr. 2. chap. 16. fol. 167. b.*) ubi addit; *Icy faut noter, que Charlemagne declarant son fils Empereur n' attend point le Consentement du Pape, & des Romains, ni qu' autre que son fils touche à la Conronne Imperiale, pour la mettre sur son chef, non pas mémes des Eveques; chose que ie n' estime avoir eté faite par le vieil Empereur sans mystere, & pour montrer, qui ne tenoit L' Empire que de Dieu seul, puis qu' il envoye son fils la prendre sur L' autel, comme de la main de Dieu.* Idem Fauchet. (*d. vol. 2. livr. 3. chap. 2. p. 186.*) refert; Quod Papa Stephanus fecerit Romanos jurare fidelitatem Imperatori Ludovico absenti, & nondum ab ullo Papâ coronato. *Signum mehercule.* Ipsum quoque Papam Romanosque fassos esse, Imperatori etiam citra Coronationem Romanam dominium Urbis & Imperii competere. Verùm enim verò licet hæc Coronatio aliquando meræ facultatis fuerit, certum tamen est, Capitulationes hanc meram facultatem non admittere; unde nec ab exemplis Eorum, qui Co-

ronam hanc vel ſuſceperunt, vel neglexerunt, argumentandum erit; Sed à Conſtitutione Imperii.

LX. Coronationem Solennitatem eſſe, equidem non inficemur; Sed Jus Civile Imperatorem ab hâc Solennitate abſolvere poſſe, expreſsè negamus; niſi dicere velimus, LL. atque Conſtituta, ubi à jure illo antiquo divertunt, nullius eſſe momenti, vel Statum Imperii noſtri ab antiqua Romanorum formâ informari, aut (*quod tamen longè à nobis abſit,*) Germanos eſſe mancipia alienæ libidinis. Et poſito etiam, Legem Imperii ſolennibus juris Imperatorem Romanum olim ſolviſſe, (*l. 3. C. de Teſtam.*) exinde tamen nihil evinci poteſt. Conſtat enim ex Capitulationibus Imperatorem noſtrum Solennitati Coronationis Imperatoriæ à Lege Imperii eſſe alligatum. Ergò quæ olim poteſtas Romanis fuit, ſuum Imperatorem Legibus ſolvere, Eadem etiam hodiè Germanis eſt, Imperatorem ſuum ligare vel ſolvere. Quod enim hodiè Imperator noſter nonnullis LL. ſolutus, nonnullis ligatus eſt non à Romanorum illo jure derivatur, ſed à Jure Germanorum, qui Imperatorem ſibi eligunt, & Ei poteſtatem talem concedunt, qualem volunt. Itaque ſi Imperator noſter, ſolutum ſe hâc vel illâ Lege aſſeverat, fruſtrà ad jus antiquum Romanum provocabit contra Germanos, niſi in illis capitibus, in quibus illud approbarunt, & ita ſuum effecerunt. Diximus autem *'imitatè* Imperatorem ab hâc ſolennitate *de Jure Civili* abſolvi non poſſe; poteſt tamen ab Electoribus ab Eâdem abſolvi, utpote quorum ſolùm eſt, ab iis quæ in Capitulatione Ipſis promiſit, Eundem abſolvere ac liberare.

LXI. Denique multa quoque in hâc ſolennitate eſſe immutata docet urgetque Arniſæus, ſed noſtra inde non convellitur Sententiâ; non enim ſequitur: Aliqua in hâc vel illa ſolennitate ſunt immutata. E. & ipſa Solennitas mutari, totaque negligi poteſt. Quandoquidem etiam (*quod notari velim*) poſtquam in Capitulationem electi Imperatoris ſemel relatum, coronam Imperatoriam expetendam & ſuſcipiendam, nihil in hoc à Caroli V. ætate usque ad hanc noſtram, mutatum reperire liceat. Quod enim de materiâ trium Coronarum adducitur, fomentum certè eſt, quælibet enim Coronarum harum ſtatim ab initio aurea fuit, & aurea etiam permanſit, neque

neque insuper vel in Ordine vel materiâ quicquam immutatum fuit.

LXII. Examinatis itaque cum Arnisæi, tùm Arumæi Sententiis, quæ nostra hâc de re sit Opinio, necesse est, ut innuamus. Concludimus Ergò ex relatis atque decernimus cùm Limnæo *Jur. Publ. 2. 4. 107.* Imperatorem hanc Coronationem Imperialem vi Capitulationis ab Electoribus ipsi præscriptæ omittere nullo modo posse; Sed potius omnem debere adhibere diligentiam, ut Coronam Imperialem consequatur: Zum besten befleissigen / die Käyserliche Cron zu empfangen. (*per Artic. XXX. Capit. Caroli V.*) Nisi, ut suprà monuimus, Electorum Consensu ac Voluntate id fiat: In Eorum enim & non Pontificis potestate situm est: An velint Imperatorem ab hoc requisitionis Coronæ Imperialis onere absolvere, & quod sibi promissum remittere. *arg. l. si unus. 27. §. pactum. 2. ff de Pactis.*

LXIII. Quid autem dicemus de illis, qui in Capitulationem quidem jurarunt, Coronam tamen Imperialem consecuti non sunt? Sanè, si Eam studiosè ambiverunt, & per illos non stetit quo minus Eandem assecuti fuerint, jure excusatos Eos habemus. Varia namque hîc nonnunquam se se offerunt Obstacula & impedimenta tum ex parte Pontificum, cùm Impp. atque aliquando vel vera sunt, vel ficta.

LXIV. Ex parte Pontificum deprehendere licet, quòd, quamvis olim ii cum erat res angusta domi, Impp. ad suscipiendam Coronam vel Ipsi invitarint, vel venientes amicabiliter susceperint, postmodum verò auctâ illorum potentiâ, præsentiam Impp. cane pejus & angue aversati sunt, quoniam Symma viginti quatuor millium militum (hoc enim numero Imperatoris Exercitus constare debet) oderunt, & cum illis cæteri omnes qui malæ fidei possessores rerum Imperii in Italia sunt.

LXV. Ex parte verò Impp. tàm generales, quam speciales eæque vel probæ, vel reprobæ per quàm multæ, Rationes allegari possent, quod hanc Coronationem vel insuper habuerint, vel planè ad Eandem non pervenerint, aut ut mitius loquar, pervenire haud potuerint, exclusi nonnunquam vel ipsâ Temporum injuriâ, vel bellicis ac aliis negociis impediti; sive denique variis incommodis & periculis in isto Itinere forsan sustinendis deterriti. Id quod nobis

ostendunt quam plurima plurimorum Impp. Exempla. Nimirum: Ludovici IV. & Conradi I. (*de quibus vid. Lud. Molina, de just. & jur. disp. 24. vers. caterum.*) Henrici I. cogn. Aucupis. (*v. Abb. Ursperg. & Cuspin. in Ejus Vitâ.*) Conradi Suevi Cæsaris. (*v. Beuttherus in addit. hist. Limn. c. 13. n. 20.*) imprimis autem Rudolphi ac Maximiliani exempla hic omnem rem facere videntur. Nam Rudolphus I. cum Principes Germaniæ Eum in Cæsarem elegerunt, Eundem insimul obligarunt, ut intra annum in Italiam diadematis causa se profecturum profiteretur, totis quibus imperavit annis, semper novas Occupationes publicè causatus, nunquam Italiam ingredi voluit, ab Amicis interim rogatus, quamobrem ab Italiâ deterreretur, non dissimulanter respondit, quod Cæsarum in Italiam vestigia læta, magnifica, plenaque Bonæ fidei videret, ex Italia verò referentia & foras versa, tristia, misera, luctuosa. V. Matenes. (*tom. 3. hist. Eccles. lib. 13. n. 200.*) Confer. CUSPINIAN. *in vitâ Rudolphi. p. 303. seqq.* Maximilianus I. quod attinet, Majestatem Imperii ipsis Ordinibus inesse, ideoque hâc Coronâ Imperatorem haud indigere, dicere solitum fuisse tradit equidem BODINUS *de Republicâ. lib. 1. c. 9. p. 191.* Verùm enim verò si Ipsi Maximiliano fidem non denegamus, res clara est. Eum à Rege Galliæ fuisse impeditum, quô minus hanc Coronam acciperet, ita enim legimus: In seiner Verantwortung auff die Klag des Königs in Franckreich *An. 1507. ap.* GOLDAST. in Politischen Reichshändlen. *pag. 276.* Er seye von dem König in Franckreich verhindert worden/ damit Er die Käyserliche Crone nicht empfangen mögen. Et hoc quoque Hartmannus Maurus affirmat (*in descriptione Coronationis Caroli V.*) Eandem neglexisse Ferdinandum I. Maximilianum II. Rudolphum II. & Matthiam tradit REINKING. *de regim. secul. lib. 1. class. 3. c. 8. n. 20.* quod sanè duriusculum aliquo modo videtur. Scimus equidem Illos, juxtaque Ferdinandos II. & III. Coronâ Romanâ non fuisse coronatos, sed Eam illos neglexisse, quàm tamen assumere Capitulatione promiserant, salvâ ipsorum reverentia affirmari vix potest. Fortassis Pontifex Eam illis aliâ intentione & cum Onere dare voluit, quam Illi accipere, & quod subire Majestas Imperii non permittit; vel etiam variis & citra Ipsorum culpam incidentibus negociis impediti Eandem omiserunt, ut suprà ostendimus.

LXVI. Aut deniquè in Eâdem petendâ diutius cunctati sunt, dubii forsitan: An Operæ & Expensarum precium hâc Coronâ consequantur? Certè non sine Ratione. Nam si dicendum quod res est, deprehendere licet, Nomen & Ipsam Coronam si exceperis, parùm, aut nihil amplius ad Coronatum transire. Olim equidem nondum satis callida Vetustas à Pontifice aliquando sibi persuaderi passa est Electione Regem Romanorum fieri, Coronatione Romanum Imperatorem, cujus rei hinc inde varia sunt testimonia, atque etiam in Ipsâ Caroli IV. *A. B. cap. 2. §. 6. cap. 26. §. 4.* Verùm enim verò satis constat, omnem Coronationem esse saltem accidens, nec de essentiâ Imperatoris, eamq; e adhiberi, non ut aliquid novi juris Electo conferat, sed ut ille publicè ac solenniter pro tali declaretur, quod verò Solâ Electione fiat Imperator, patet ex *A. B. tit. 2. §. 5. ibi: peractâ statim Electione.* Ipsam autem Coronam Imperatoribus Amuleti instar esse, ac contra quosvis morbos ac tragicos casus, Legatus aliquis Pontificius in Coronatione Friderici Regis Romanorum An. 1451. itidem nobis persuadere conatus est, inquiens: *Ex Germanis Cæsaribus qui per manus primi Pastoris inuncti Romæ coronatiq; sunt, nullum comperimus violentâ morte periisse, uti ex Italis & Græcis Impp. quàm plurimi.* Sed hæc veritati contrariari, mors Ottonis II. qui telo sauciatus decessit, Ottonis III. qui veneno necatus. Friderici II. qui itidem veneno absumptus, aliorumque tragica exempla demonstrant. Cum itaque præter Nomen & Coronam ipsam nihil amplius Impp. hâc Coronatione consequantur, mirum non est, quod Eandem non ita studiosè ambiverint.

LXVII. Hinc sanè fit, quod, nisi diversi diversarum Capitulationum articuli, qui hanc ipsam Coronationem fieri debere præcipiunt; non quidem ob præceptum ac finem à pontifice positum, sed propter monitum Electorum, & finem jam olim credulitate receptum; obstarent, quàm plurimæ, eæque gravissimæ haud deessent rationes, quibus hanc Coronam omittendam esse suadere possemus; una est Absentia Cæsaris, quæ non rarò, dum Iter in Italiam vel Romam versus suscepit, aliis occasionem præbuit, motus in Germaniâ suscitare. Altera est, Iter intutum, Locusque Cæsaribus sæpius exitialis, quod Imp. Arnulphi, Ottonis II. & III. Henrici IV, Henrici VII. horrendis exemplis ex Mutii *chron. Germ. lib. 12. & 14.*

& 14. ostendi posset, nisi silentio hæc talia involvere consultius foret. Tertia autem causa sunt duræ minusque decoræ conditiones, quæ coronandis nonnunquam præscriptæ fuerunt, quales sunt, ut ab acceptis insignibus statim Italiâ discederent. Quod certè nil aliud est, quàm Principem Romanum, publicæ Libertatis Authorem Libertate privare. V. KYRIANDER. *Aug. Trevir. annal. part. 14 pag. 116.* Quarta Ratio esse videtur Pontiff. præsumpta ac falsa Opinio, dum sibi persuadent hanc Coronationem argumentum & notam esse suæ in Impp. Superioritatis ac potentiæ, quoniam Nomen Imperatoris & Augusti hâc Coronatione iis conferant, quod licet sæpissimè refutatum, consultius tamen esset, omnem hîc Eis jactandi vanitatem adimere. Quinta ratio seu Causa videntur magnæ Impensæ ad hanc Coronationem necessariæ, quanta enim dona Ecclesiæ Romanæ, Præfecto Urbis, cæterisque Romanis Officialibus Coronandi dare & elargiri debuerint vel quasi coacti sint, brevibus dici non potest. Videatur E. hâc de re prolixè Otto Frisingensis *chron. l. 7. c. 33. Onuphrii. Panvini Tract. de Comitiis Imperii.* Quanta denique pecuniæ Summa fuerit impensa in stipendia militum, sex mensibus continuanda ordinariè in quatuor millia Equitum & viginti millia peditum. R. Abscheid zu Wormbs. An. 1521. §. auch haben uns Chur-Fürsten R. A. zu Nürnberg. An. 1522. *in fin. pr. p. 171.* nemini, nisi planè Rerum gestarum ignaro ignotum esse potest.

LXVIII. Verùm enim verò licet hæc Coronatio ob jam allegatas Rationes omitti posset, atque aliquando lex variis causis & impedimentis per aliquot Novissimos Impp. etiam omissa fuerit; ideoque rarior usus hujus Expeditionis Romanæ hodienum sit, Nomen tamen retinetur, etsi res ferè ad alium usum pro necessitate Imperii transfertur. Unde fit, quod Sumptus, qui ad bellum Turcis inferendum à Statibus Imperii conferuntur, nonnunquam ad quantitatem Expeditionis Romanæ, nach Anschlag des Römerzugs computentur. R. A. de An. 1544. §. und damit nun & R. A. zu Regenspurg. An. 1576 §. Dieweil aber unsern Königreichen/ rc. ibi. auff den einfachen Römerzug. nach eines jeden gewöhnlichen Anschlag. it. R. A. zu Augspurg. An. 1582 §. Wann dem H. Reich / rc. ibi. auff den einfachen Römerzug / nach eines jeden gebührlichen Anschlag / zur beharrli-

chen

chen Defensiv Hülffe / rc. it. R. A. de An. 1594. §. Wiewohl nun Chur-Fürsten / rc. ibi: Zu Abwendung des Türckischen Friedenbrechers einer freywilligen mitleidentlichen Hülffleistung sich entschlossen / und auff den einfachen Römerzug / it. R. A. de An. 1598. §. So ist doch von Ihnen. R. A. de An. 1603. §. nichts destoweniger. & passim: Quandoque etiam simplicis sunt Sumptus, nach dem Einfachen Römerzug. ut jam dictum: quandoque verò duplicati: nonnunquam enim pro dimidio solvuntur. R. A. de An. 1542. §. Und wiewohl Chur-Fürsten / rc. ibi: nehmlich den halben Anschlag des Römerzugs. R. A. zu Erffurth. An. 1567. §. Wann wir nun in unsere Käys. Proposition, &c. Item ad extruendâ & munienda fortalitia: R. A. zu Speyr. An. 1570. §. erstlich.

LXIX. Hic Ergo collectandi Modus, nempe, secundùm Censum Expeditionis Romanæ, (nach Anschlag des Römerzugs.) licet per aliquot Secula in instituendis Imperii Collectis ac Contributionibus à Statibus Imperii diligenter fuerit observatus; postmodum tamen & imprimis hodiè nonnulli Imperii Ordines Eum alicujus iniquitatis arguunt, forsan ob nimiam Ejus inæqualitatem, quia temporum illorum quibus institutus atque insimul observatus fuit hic modus, & nostrorum, tam discrepans est Status, tantaque diversitas, ut iis inter se invicem collatis, longè alia, quam olim bonorum facultatumve hodiè sit Conditio. Atque hinc est, quod plurimi Statuum Ordines, Matriculæ ad Expeditionis Romanæ Censum directæ Correctionem & reductionem in omnibus fermè ac singulis Imperii Comitiis Universalibus tantoperè expetunt.

LXX. Unde Alterum illum Collectandi Modum qui fit per Censum Communis Denarii (vulgò nach Anschlag des gemeinen Pfennings.) longè aptiorem & magis æquiorem plurimi status existimant, eò potissimùm, quod secundùm Ejus Collectionem Nemo ultra vires ac facultates suas gravetur, sed quisque pro rerum suarum modulo æstimetur: Id quod multis etiam nobis ostendit *Vir de Republicâ nostrâ Rom. Germanicâ optimè meritus* Dn. Tobias Oelhaffen von Schöllenbach. *in Templo pacis. Orat. IV. & V. p. m. 158. & 200.* quarum priori summam necessitatem & Utilitatem decantatæ Correctionis Matriculæ *ad d. Censum Exped. Rom.* directæ abundè

undè demonstrat, simulque media quibus facilè ad hanc Correctionem perveniri posset, egregia exhibet. Posteriori verò Oratione firmiter concludit Communem Denarium, (Sepositâ hâc Matriculæ Correctione, quod tamen fieri haud debet,) non solùm magis æquiorem, sed etiam multò opimiorem & fertiliorem altero fore.

LXXI. Verùm enim verò neque de hôc inter omnes ac singulos Imperii Ordines adhuc dum satis convenit; tàm discrepans enim ac diversum Statuum hâc in re est studium, ut in unum redigi vix ac ne vix quidem possit; Cujus rei Exemplum nobis exhibet SPEIDELIUS *in Novissimis suis Observationibus voc.* Gemeiner Pfenning. ubi ex Actis & Protocollis Imperii diversa diversorum Imperii Ordinum Vota diligenter annotavit atque studiosè collegit, quorum aliqua saltem ex *d. Observationibus*, (*utpotè quæ in paucorum manibus sunt*) in medium proferre, nec supervacaneum neque inutile fore existimo.

LXXII. Cùm enim, (inquit SPEIDELIUS) diversis temporum vicibus, An. sc. 1598. 1603. & 1641. Hæc Quæstio in publicis Comitiis proponeretur: An nimirum, indicta tum temporis Contributio secundum Censum Expeditionis Romanæ, an verò juxta Censum Communis Denarii præstanda esset? semper contrariis votis pugnatum fuit: id quod subjecta exempla ostendunt.

LXXIII. Ex parte enim DOMUS AUSTRIACÆ ET SALISBURGENSIS, Earumque Adhærentium, quorum magnus erat numerus, pro Censu Communis Denarii Vota tùm temporis fuere lata. I. Eò quod Communis Denarius longè sit antiquior Censu Expeditionis Romanæ, quoniam & Imperatoris Friderici tempore post occupatam Constantinopolim ac Orientalis Imperii eversionem in usu fuerit, ac Imperator Maximilianus I. An. 1495. & 1512. Eundem usurpaverit: Et licet etiam Imp. Carolus V. censu Expeditionis Romanæ nonnunquam usus fuerit, id tamen ex occasione saltem factum, quoniam Status in Recessu Imperii An. 1521. Wormatiæ habito, Eundem concesserint ad Coronationem Romanam non verò in alium finem: Adeò, ut, licet tùm temporis pro hâc Coronatione impetranda non usurpatus, verùm in aliam Imperii urgentem necessitudinem versus; tamen postea sequentibus annis Ann. 1542. Communis Denarius demùm introductus fuerit. II. Quod Communis Denarius vigore Propositionis Imperatoriæ æquis-

æquissimum ac justissimum collectandi sit medium, quô Aurea Æquitas conservari posset; quoniam Nemo hic ultra suas vires ac facultates, vel etiam Unus præ altero aggravetur, verùm æquabilis proportio inter unumquemque ritè observetur: Quare nullum dubium quin istiusmodi necessaria Collecta certior, promptior, atque etiam uberior sit futura; cum hâc ratione Statuum querelis de moderandâ & minuendâ Taxâ nullus âplius locus relinqueretur. III. Quod Communis Denarius multas impediret controversias ac difficultates, quæ aliàs in Censu Expeditionis Romanæ exoriri solent; nimirum: Quoad Subditorum sub Collectationem; & Status Eximendos ac Exemptos, Vel inter ipsos etiam Status, dum aliqui Collectam personis, alii verò rebus imponendam esse censent; aut denique inter Status Ecclesiasticos & Seculares, quorum Illi nonnunquam ob bona diversis in locis sita, ab utroque Magistratu æstimantur; quod tamen iniquum est.

LXXIV. Ex parte verò Bavari Ejusque Adhærentium pro Censu Expeditionis Romanæ hæc proferebantur argumenta. I. Censum Expeditionis Romanæ ab *An. 1544.* per sequentia etiam tempora semper â Statibus fuisse usurpatum; Communem verò Denarium per longum temporis spacium planè non observatum, aut si vel maximè observatus fuerit, *An. scil. 1495. 1512. 1531. 1542. & 1544.* Eundem tamen optato effectu semper fuisse destitutum, pecuniamve ad propositum finem non collocatam, certo certius esse. II. Subditis grave fore, si præter Ordinarium Canonem, etiam Communem Denarium persolvere tenerentur; Et Censum Expeditionis Romanæ æquè proficuum fore ac communem Denarium. III. Principes ac Status Imperii haud concessuros esse, quod sua suorumque bona ac facultates ita taxentur & publicentur, ut in Censu Communis Denarii fieri assolet; *Grave namque esse vilitatem detegi paupertatis, & divitias exponere invidiæ:* Certa quoque inter nonnullos Principes & Eorum subditos dari Compacta, ideoque Communem Denarium absque confusione & discordiis usurpari haud posse; denique Statibus permissum semper esse in Recessibus Imperii Sub-Collectationem subditorum in istiusmodi auxiliis publicis instituere; & Principes aliâs satis sollicitos esse, quo Se ex bonis Cameralibus aptè sustentare queant, cum certè quotidianæ expensæ in dies crescãt,

 reditus

reditus verò Camerales magis magisque decrescant: Quare jam plures ante annos in Imperio nostro hunc Collectandi modum, nempe secundum Communem Denarium, fuisse sepositum, è contra verò Matriculam Imperii ad Censum Expeditionis Romanæ directam non solùm ad Coronationem Romanam verùm etiam ad quævis alia toti Imperio Romano-Germanico imminentia pericula & mala vel avertenda vel minuenda, usurpatam fuisse, testari Imperii Protocolla V. SPEIDELIUS. *d. Observat. Confer.* AUCTOR. des Discurß von dem letzigen Reichs-Tag. *circa finem.*

§. LXXV Has igitur & similes egregias gravesque pro hoc & illo Collectandi Modo in publicis Comitiis à diversis Statuum Ordinibus in medium allatas rationes in suo equidem valore relinquimus nec unam præ alterâ arripimus, verùm utrasque pro virili in utramque partem in Cathedrâ defendendas suscipimus; quoniam a'iàs etiam hi duo Collectandi Modi, nempe secundùm Censum Expeditionis Romanæ (nach Anschlag des Römerzugs/& juxta Censum Communis Denarii, nach Anschlag des gemeinen Pfennings in Imperio nostro Rom Germanico, licet diversis temporum vicibus, consensu Statuum & subsecuto usu, utrique recepti & comprobati sunt; indeque etiam pari necessitatis, utilitatis, & honestatis pretio, si privatis affectibus incorrupti fuerint subalternis usibus, pro temporum & Reipublicæ Statu æstimandi veniunt. Quare hic gradum sistimus, & studia nostra Benevolo Lectori porrò commendamus.

DISSERTATIO IX.
DE JURE CIVITATIS
Vom Bürger-Recht.

CIvilis hominem conditionis ad civilia applicare mentem, circaque ea occupatum esse, quæ civem nosse decent, non tantum laudabile, sed præterea summe est necessarium. Cum enim ea laudibus extollere solemus, quæ insigne aliquod bonum vel uni alicui homini conciliare possint; quantopere illam notitiam seu doctrinam efferemus, quæ non uni alicui, sed ingenti mortalium multitudini non insigne saltim aliquod, sed ipsum summum

mum bonum, ad quod quidem homo in hac vita pervenire potest, parare nititur? Civilem enim beatitudinem non tantum cuilibet Reip. sed civitati quoque esse propositam, non tantùm votum & scopus coëuntium, sed insuper concors sapientum sententia, & ipsa rei natura satis evincit. Tametsi vero negare non possim, primariã quidem coitionis causam vel indigentiam, vel spem forte fuisse, se & adversus potentiores, & libertatis oppressores, unita vi, longe se facilius esse tuitores, vel suam, quâ laborant, quoque inopiam esse sublevaturos. Insignem enim mortalium inopiã esse pariter & in firmitatem, eamq; non nisi societate eorundem sanctè cultã sublevari posse, verè & prudenter Seneca edisserit lib. 4. de benef. cap. 18. quando inquit; *Nam quo alio tuti sumus, quã quod mutuis juvamur officiis? hoc uno instructior vita contraque incursiones subitas munitior est, beneficiorum commercio. Fac nos singulos: quid sumus? præda animaliũ, & victima, ac imbecillissimus & facillimus sanguis. Quoniã cæteris animalibus in tutelã sui satis virium est. Quæcunque vaga nascuntur, & actura vitam segregem, armata sunt: hominẽ imbellia cingit: non unguium vis, non dentium terribilẽ cæteris fecit: nudum & infirmum societas munit. Duas res dedit, quæ illum ex obnoxio validissimum facerent, rationem & societatem. Itaque qui par esse nulli posset, si seduceretur rerum potitur. Societas illi dominium omnium animalium dedit: societas terris genitum in alienæ naturæ transmisit imperium, & dominari etiam in mari jussit. Hæc morborum impetus arcuit, senectuti adminicula prospexit, solatia contra dolores dedit: hæc fortes nos facit, quod licet contra fortunam advocare. Hanc tolle: & unitatem generis humani, qua vita sustinetur, scindes.*

Oracula sunt, quæ noster protulit Seneca. Nihil enim profectò eorum omnium, quæ in mortalium usus à provida matre Natura producta sunt, vel minimæ uitilitati foret, nisi in societate hominũ viveremus? sive enim spectemus inanimata, quorum ingens est multitudo, sive animata, quorum non est minor copia, omnis eorum utilitas obtinetur conjuncta hominum ope & adjutorio Nec per naturam aliter potest. Quapropter prudentissimus Romanorum M. T. Cicero l. 2. off. non dubitat scribere: *Homines hominibus proxime Deos quã maxime prodesse, imo homini hominẽ esse Deum.* Cui gemina reliquit Stagirites *l.* 1. Oper. ad Nicom. *cap.* 2. *Quandoquidẽ uni homini & civitati idem bonum sit, bonũ tamen civitatis & acquirere & conservare*

ronam hanc vel susceperunt, vel neglexerunt, argumentandum erit; Sed à Constitutione Imperii.

LX. Coronationem Solennitatem esse, equidem non inficemur; Sed Jus Civile Imperatorem ab hâc Solennitate absolvere posse, expresè negamus; nisi dicere velimus, LL. atque Constituta, ubi à jure illo antiquo divertunt, nullius esse momenti, vel Statum Imperii nostri ab antiqua Romanorum formâ informari, aut (*quod tamen longè à nobis absit,*) Germanos esse mancipia alienæ libidinis. Et posito etiam, Legem Imperii solennibus juris Imperatorem Romanum olim solvisse, (*l. 3. C. de Testam.*) exinde tamen nihil evinci potest. Constat enim ex Capitulationibus Imperatorem nostrum Solennitati Coronationis Imperatoriæ à Lege Imperii esse alligatum. Ergò quæ olim potestas Romanis fuit, suum Imperatorem Legibus solvere, Eadem etiam hodiè Germanis est, Imperatorem suum ligare vel solvere. Quod enim hodiè Imperator noster nonnullis LL. solutus, nonnullis ligatus est non à Romanorum illo jure derivatur, sed à Jure Germanorum, qui Imperatorem sibi eligunt, & Ei potestatem talem concedunt, qualem volunt. Itaque si Imperator noster, solutum se hâc vel illâ Lege asseverat, frustrà ad jus antiquum Romanum provocabit contra Germanos, nisi in illis capitibus, in quibus illud approbarunt, & ita suum effecerunt. Diximus autem *imitate* Imperatorem ab hâc solennitate *de Jure Civili* absolvi non posse; potest tamen ab Electoribus ab Eâdem absolvi, utpote quorum solùm est, ab iis quæ in Capitulatione Ipsis promisit, Eundem absolvere ac liberare.

LXI. Denique multa quoque in hâc solennitate esse immutata docet urgetque Arnisæus, sed nostra inde non convellitur Sententiâ; non enim sequitur: Aliqua in hâc vel illa solennitate sunt immutata. E. & ipsa Solennitas mutari, totaque negligi potest. Quandoquidem etiam (*quod notari velim*) postquam in Capitulationem electi Imperatoris semel relatum, coronam Imperatoriam expetendam & suscipiendam, nihil in hoc à Caroli V. ætate usque ad hanc nostram, mutatum reperire liceat. Quod enim de materiâ trium Coronarum adducitur, fomentum certè est, quælibet enim Coronarum harum statim ab initio aurea fuit, & aurea etiam permansit; neque

neque insuper vel in Ordine vel materiâ quicquam immutatum fuit.

LXII. Examinatis itaque cum Arnisæi, tùm Arumæi Sententiis, quæ nostra hâc de re sit Opinio, necesse est, ut innuamus. Concludimus Ergò ex relatis atque decernimus cùm Limnæo *Jur. Publ. 2. 4. 107.* Imperatorem hanc Coronationem Imperialem vi Capitulationis ab Electoribus ipsi præscriptæ omittere nullo modo posse; Sed potius omnem debere adhibere diligentiam, ut Coronam Imperialem consequatur: Zum besten befleissigen / die Käyserliche Cron zu empfangen. (*per Artic. XXX. Capit. Caroli V.*) Nisi, ut suprà monuimus, Electorum Consensu ac Voluntate id fiat: In Eorum enim & non Pontificis potestate situm est: An velint Imperatorem ab hoc requisitionis Coronæ Imperialis onere absolvere, & quod sibi promissum remittere. *arg. l. si unus. 27. §. pactum. 2. ff. de Pactis.*

LXIII. Quid autem dicemus de illis, qui in Capitulationem quidem jurarunt, Coronam tamen Imperialem consecuti non sunt? Sanè, si Eam studiosè ambiverunt, & per illos non stetit quo minus Eandem assecuti fuerint, jure excusatos Eos habemus. Varia namque hîc nonnunquam se se offerunt Obstacula & impedimenta tum ex parte Pontificum, cùm Impp. atque aliquando vel vera sunt, vel ficta.

LXIV. Ex parte Pontificum deprehendere licet, quòd, quamvis olim ii cum erat res angusta domi, Impp. ad suscipiendam Coronam vel Ipsi invitarint, vel venientes amicabiliter susceperint, postmodum verò auctâ illorum potentiâ, præsentiam Impp. cane pejus & angue aversati sunt, quoniam Syrma viginti quatuor millium militum (hoc enim numero Imperatoris Exercitus constare debet) oderunt, & cum illis cæteri omnes qui malæ fidei possessores rerum Imperii in Italia sunt.

LXV. Ex parte verò Impp. tàm generales, quam speciales eæque vel probæ, vel reprobæ per quàm multæ, Rationes allegari possent, quod hanc Coronationem vel insuper habuerint, vel planè ad Eandem non pervenerint, aut ut mitius loquar, pervenire haud potuerint, exclusi nonnunquam vel ipsâ Temporum injuriâ, vel bellicis ac aliis negociis impediti; sive denique variis incommodis & periculis in isto Itinere forsan sustinendis deterriti. Id quod nobis

ostendunt quam plurima plurimorum Impp. Exempla. Nimirum: Ludovici IV. & Conradi I. (*de quibus vid. Lud. Molina. de just. & jur. disp. 24. vers. caterum.*) Henrici I. cogn. Aucupis. (*v. Abb. Ursperg. & Cuspin. in Ejus Vitâ.*) Conradi Suevi Cæsaris. (*v. Beuttherus in addit. hist. Limn. c. 13. n. 20.*) imprimis autem Rudolphi ac Maximiliani exempla hic omnem rem facere videntur. Nam Rudolphus I. cum Principes Germaniæ Eum in Cæsarem elegerunt, Eundem insimul obligarunt, ut intra annum in Italiam diadematis causâ se profecturum profiteretur, totis quibus imperavit annis, semper novas Occupationes publicè causatus, nunquam Italiam ingredi voluit, ab Amicis interim rogatus, quamobrem ab Italiâ deterreretur, non dissimulanter respondit, quod Cæsarum in Italiam vestigia læta, magnifica, plenaque Bonæ fidei videret, ex Italia verò referentia & foras versa, tristia, misera, luctuosa. V. Matenes. (*tom 3. hist. Eccles. lib. 13. n. 200.*) Confer. CUSPINIAN. *in vitâ Rudolphi. p. 303. seqq.* Maximilianus I. quod attinet, Majestatem Imperii ipsis Ordinibus inesse, ideoque hâc Coronâ Imperatorem haud indigere, dicere solitum fuisse tradit equidem BODINUS *de Republicâ, lib. 1. c. 9. p. 191.* Verùm enim verò si Ipsi Maximiliano fidem non denegamus, res clara est. Eum à Rege Galliæ fuisse impeditum, quô minus hanc Coronam acciperet, ita enim legimus: In seiner Verantwortung auff die Klag des Königs in Franckreich *An. 1507. ap.* GOLDAST. in Politischen Reichshändlen. *pag. 276.* Er seye von dem König in Franckreich verhindert worden/ damit Er die Käyserliche Crone nicht empfangen mögen. Et hoc quoque Hartmannus Maurus affirmat (*in descriptione Coronationis Caroli V.*) Eandem neglexisse Ferdinandum I. Maximilianum II. Rudolphum II. & Matthiam tradit REINKING. *de regim. secul. lib. 1. class. 3. c. 8. n. 20.* quod sanè duriusculum aliquo modo videtur. Scimus equidem Illos, juxtaque Ferdinandos II. & III. Coronâ Romanâ non fuisse coronatos, sed Eam illos neglexisse, quàm tamen assumere Capitulatione promiserant, salvâ ipsorum reverentia affirmari vix potest. Fortassis Pontifex Eam illis aliâ intentione & cum Onere dare voluit, quam Illi accipere, & quod subire Majestas Imperii non permittit; vel etiam variis & citra Ipsorum culpam incidentibus negociis impediti Eandem omiserant, ut suprà ostendimus.

LXVI.

LXVI. Aut denique in Eâdem petendâ diutius cunctati sunt, dubii forsitan: An Operæ & Expensarum precium hâc Coronâ consequantur? Certè non sine Ratione. Nam si dicendum quod res est, deprehendere licet, Nomen & Ipsam Coronam si exceperis, parùm, aut nihil amplius ad Coronatum transire. Olim equidem nondum satis callida Vetustas à Pontifice aliquando sibi persuaderi passa est Electione Regem Romanorum fieri, Coronatione Romanum Imperatorem, cujus rei hinc inde varia sunt testimonia, atque etiam in Ipsâ Caroli IV. *A. B. cap. 2. §. 6. cap. 26. §. 4.* Verùm enim verò satis constat, omnem Coronationem esse saltem accidens, nec de essentiâ Imperatoris, eamq; ie adhiberi, non ut aliquid novi juris Electo conferat, sed ut ille publicè ac solenniter pro tali declaretur, quod verò Solâ Electione fiat Imperator, patet ex *A. B. tit. 2. §. 5. ibi: peractâ statim Electione.* Ipsam autem Coronam Imperatoribus Amuleti instar esse, ac contra quosvis morbos ac tragicos casus, Legatus aliquis Pontificius in Coronatione Friderici Regis Romanorum An. 1451. itidem nobis persuadere conatus est, inquiens: *Ex Germanis Cæsaribus qui per manus primi Pastoris inuncti Romæ coronatiq; sunt, nullum comperimus violentâ morte periisse, uti ex Italis & Græcis Impp. quàm plurimi.* Sed hæc veritati contrariari, mors Ottonis II. qui telo sauciatus decessit, Ottonis III. qui veneno necatus. Friderici II. qui itidem veneno absumptus, aliorumque tragica exempla demonstrant. Cum itaque præter Nomen & Coronam ipsam nihil amplius Impp. hâc Coronatione consequantur, mirum non est, quod Eandem non ita studiosè ambiverint.

LXVII. Hinc sanè fit, quod, nisi diversi diversarum Capitulationum articuli, qui hanc ipsam Coronationem fieri debere præcipiunt; non quidem ob præceptum ac finem à pontifice positum, sed propter monitum Electorum, & finem jam olim credulitate receptum; obstarent, quàm plurimæ, eæque gravissimæ haud deessent rationes, quibus hanc Coronam omittendam esse suadere possemus; una est Absentia Cæsaris, quæ non rarò, dum Iter in Italiam vel Romam versus suscepit, aliis occasionem præbuit, motus in Germaniâ suscitare. Altera est, Iter intutum, Locusque Cæsaribus sæpius exitialis. quod Imp. Arnulphi, Ottonis II. & III. Henrici IV, Henrici VII. horrendis exemplis ex Mutii *chron. Germ. lib. 12. & 14.*

& 14. ostendi posset, nisi silentio hæc talia involvere consultius foret. Tertia autem causa sunt duræ minusque decoræ conditiones, quæ coronandis nonnunquam præscriptæ fuerunt, quales sunt, ut ab acceptis insignibus statim Italiâ discederent. Quod certè nil aliud est, quàm Principem Romanum, publicæ Libertatis Authorem Libertate privare. V. KYRIANDER. *Aug. Trevir. annal. part. 14 pag. 116.* Quarta Ratio esse videtur Pontiff. præsumpta ac falsa Opinio, dum sibi persuadent hanc Coronationem argumentum & notam esse suæ in Impp. Superioritatis ac potentiæ, quoniam Nomen Imperatoris & Augusti hâc Coronatione iis conferant, quod licet sæpissimè refutatum, consultius tamen esset, omnem hîc Eis jactandi vanitatem adimere. Quinta ratio seu Causa videntur magnæ Impensæ ad hanc Coronationem necessariæ, quanta enim dona Ecclesiæ Romanæ, Præfecto Urbis, cæterisque Romanis Officialibus Coronandi dare & elargiri debuerint vel quasi coacti sint, brevibus dici non potest. Videatur E. hâc de re prolixè Otto Frisingensis *chron. l. 7. c. 33. Onuphrii. Panvini Tract. de Comitiis Imperii.* Quanta denique pecuniæ Summa fuerit impensa in stipendia militum, sex mensibus continuanda ordinariè in quatuor millia Equitum & viginti millia peditum. R. Abscheid zu Wormbs. An. 1521. §. auch haben uns Chur-Fürsten R. A. zu Nürnberg. An. 1522. *in fin. pr. p. 171.* nemini, nisi planè Rerum gestarum ignaro ignotum esse potest.

LXVIII. Verùm enim verò licet hæc Coronatio ob jam allegatas Rationes omitti posset, atque aliquando ex variis causis & impedimentis per aliquot Novissimos Impp. etiam omissa fuerit; ideoque rarior usus hujus Expeditionis Romanæ hodienum sit, Nomen tamen retinetur, etsi res ferè ad alium usum pro necessitate Imperii transfertur. Unde fit, quod Sumptus, qui ad bellum Turcis inferendum à Statibus Imperii conferuntur, nonnunquam ad quantitatem Expeditionis Romanæ, nach Anschlag des Römerzugs computentur. R. A. de An. 1544. §. und damit nun & R. A. zu Regenspurg. An. 1576 §. Dieweil aber unsern Königreichen/ rc. ibi. auff den einfachen Römerzug. nach eines jeden gewöhnlichen Anschlag. it. R. A. zu Augspurg. An. 1582 §. Wann dem H. Reich / rc. ibi. auff den einfachen Römerzug / nach eines jeden gebührlichen Anschlag / zur beharzlichen

chen Defensiv Hülffe / ꝛc. it. R. A. de An. 1594. §. Wiewohl nun Chur-Fürsten/ ꝛc. ibi: Zu Abwendung des Türckischen Friedenbrechers einer freywilligen mitleidentlichen Hülffleistung sich entschlossen / und auff den einfachen Römerzug/ it. R. A. de An. 1598. §. So ist doch von Ihnen R. A. de An. 1603. §. nichts destoweniger. & passim: Quandoque etiam simplicis sunt Sumptus, nach dem Einfachen Römerzug. ut jam dictum: quandoque verò duplicati: nonnunquam enim pro dimidio solvuntur. R. A. de An. 1542. §. Und wiewohl Chur-Fürsten/ ꝛc. ibi: nehmlich den halben Anschlag des Römerzugs. R. A. zu Erffurth. An. 1567. §. Wann wir nun in unsere Käys. Proposition, &c. Item ad extruendá & munienda fortalitia: R. A. zu Speyr. An. 1570. §. erstlich.

LXIX. Hic Ergo collectandi Modus, nempe, secundùm Censum Expeditionis Romanæ, (nach Anschlag des Römerzugs.) licet per aliquot Secula in instituendis Imperii Collectis ac Contributionibus à Statibus Imperii diligenter fuerit observatus; postmodum tamen & imprimis hodiè nonnulli Imperii Ordines Eum alicujus iniquitatis arguunt, forsan ob nimiam Ejus inæqualitatem, quia temporum illorum quibus institutus atque insimul observatus fuit hic modus, & nostrorum, tam discrepans est Status, tantaque diversitas, ut iis inter se invicem collatis, longè alia, quam olim bonorum facultatumve hodiè sit Conditio. Atque hinc est, quod plurimi Statuum Ordines, Matriculæ ad Expeditionis Romanæ Censum directæ Correctionem & reductionem in omnibus fermè ac singulis Imperii Comitiis Universalibus tantoperè expetunt.

LXX. Unde Alterum illum Collectandi Modum qui fit per Censum Communis Denarii (vulgò nach Anschlag des gemeinen Pfennings.) longè aptiorem & magis æquiorem plurimi status existimant, eò potissimùm, quod secundùm Ejus Collectionem Nemo ultra vires ac facultates suas gravetur, sed quisque pro rerum suarum modulo æstimetur: Id quod multis etiam nobis ostendit *Vir de Republicâ nostrâ Rom. Germanicâ optimè meritus* Dn. Tobias Oelhaffen von Schöllenbach. *in Templo pacis. Orat. IV. & V. p. m. 158. & 200.* quarum priori summam necessitatem & Utilitatem decantatæ Correctionis Matriculæ *ad d. Censum Exped. Rom.* directæ abundè

undè demonstrat, simulque media quibus facilè ad hanc Correctionem perveniri posset, egregia exhibet. Posteriori verò Oratione firmiter concludit Communem Denarium, (Sepositâ hâc Matriculæ Correctione, quod tamen fieri haud debet,) non solùm magis æquiorem, sed etiam multò opimiorem & fertiliorem altero fore.

LXXI. Verùm enim verò neque de hôc inter omnes ac singulos Imperii Ordines adhuc dum satis convenit; tàm discrepans enim ac diversum Statuum hâc in re est studium, ut in unum redigi vix ac ne vix quidem possit; Cujus rei Exemplum nobis exhibet SPEIDELIUS *in Novissimis suis Observationibus voc.* Gemeiner Pfenning. ubi ex Actis & Protocollis Imperii diversa diversorum Imperii Ordinum Vota diligenter annotavit atque studiosè collegit, quorum aliqua saltem ex *d. Observationibus*, (*utpotè quæ in paucorum manibus sunt*) in medium proferre, nec supervacaneum neque inutile fore existimo.

LXXII. Cùm enim, (inquit SPEIDELIUS) diversis temporum vicibus, An. sc. 1598. 1603. & 1641. Hæc Quæstio in publicis Comitiis proponeretur: An nimirum, indicta tum temporis Contributio secundum Censum Expeditionis Romanæ, an verò juxta Censum Communis Denarii præstanda esset? semper contrariis votis pugnatum fuit: id quod subjecta exempla ostendunt.

LXXIII. Ex parte enim DOMUS AUSTRIACÆ ET SALISBURGENSIS, Earumque Adhærentium, quorum magnus erat numerus, pro Censu Communis Denarii Vota tùm temporis fuere lata. I. Eò quod Communis Denarius longè sit antiquior Censu Expeditionis Romanæ, quoniam & Imperatoris Friderici tempore post occupatam Constantinopolim ac Orientalis Imperii eversionem in usu fuerit, ac Imperator Maximilianus I. An. 1495. & 1512. Eundem usurpaverit: Et licet etiam Imp. Carolus V. censu Expeditionis Romanæ nonnunquam usus fuerit, id tamen ex occasione saltem factum, quoniam Status in Recessu Imperii An. 1521. Wormatiæ habito, Eundem concesserint ad Coronationem Romanam non verò in alium finem: Adeò, ut, licet tùm temporis pro hâc Coronatione impetranda non usurpatus, verùm in aliam Imperii urgentem necessitudinem versus; tamen postea sequentibus annis Ann. 1542. Communis Denarius demùm introductus fuerit. II. Quod Communis Denarius vigore Propositionis Imperatoriæ

æquis-

æquissimum ac justissimum collectandi sit medium, quô Aurea Æquitas conservari posset; quoniam Nemo hic ultra suas vires ac facultates, vel etiam Unus præ altero aggravetur, verùm æquabilis proportio inter unumquemque ritè observetur: Quare nullum dubium quin istiusmodi necessaria Collecta certior, promptior, atque etiam uberior sit futura; cum hâc ratione Statuum querelis de moderatâ & minuendâ Taxâ nullus âplius locus relinqueretur. III. Quod Communis Denarius multas impediret controversias ac difficultates, quæ aliâs in Censu Expeditionis Romanæ exoriri solent; nimirum: Quoad Subditorum sub Collectationem; & Status Eximendos ac Exemptos, Vel inter ipsos etiam Status, dum aliqui Collectam personis, alii verò rebus imponendam esse censent; aut denique inter Status Ecclesiasticos & Seculares, quorum Illi nonnunquam ob bona diversis in locis sita, ab utroque Magistratu æstimantur; quod tamen iniquum est.

LXXIV. Ex parte verò Bavari Ejusque Adhærentium pro Censu Expeditionis Romanæ hæc proferebantur argumenta. I. Censum Expeditionis Romanæ ab *An. 1544.* per sequentia etiam tempora semper â Statibus fuisse usurpatum; Communem verò Denarium per longum temporis spacium planè non observatum, aut si vel maximè observatus fuerit. *An. scil. 1495. 1512. 1531. 1542. & 1544.* Eundem tamen optato effectu semper fuisse destitutum, pecuniamve ad propositum finem non collocatam, certo certius esse. II. Subditis grave fore, si præter Ordinarium Canonem, etiam Communem Denarium persolvere tenerentur; Et Censum Expeditionis Romanæ æquè proficuum fore ac communem Denarium. III. Principes ac Status Imperii haud concessuros esse, quod sua suorumque bona ac facultates ita taxentur & publicentur, ut in Censu Communis Denarii fieri assolet; *Grave namque esse vilitatem detegi paupertatis, & divitias exponere invidiæ:* Certa quoque inter nonnullos Principes & Eorum subditos dari Compactata, ideoque Communem Denarium absque confusione & discordiis usurpari haud posse; denique Statibus permissum semper esse in Recessibus Imperii Sub-Collectationem subditorum in istiusmodi auxiliis publicis instituere; & Principes aliâs satis sollicitos esse, quo Se ex bonis Cameralibus aptè sustentare queant, cum certè quotidianæ expensæ in dies crescât,

mum bonum, ad quod quidem homo in hac vita pervenire potest, parare nititur? Civilem enim beatitudinem non tantum cuilibet Reip. sed civitati quoque esse propositam, non tantùm votum & scopus coëuntium, sed insuper concors sapientum sententia, & ipsa rei natura satis evincit. Tametsi vero negare non possim, primariā quidem coitionis causam vel indigentiam, vel spem forte fuisse, se & adversus potentiores, & libertatis oppressores, unita vi, longe se facilius esse tuitores, vel suam, quâ laborant, quoque inopiam esse sublevaturos. Insignem enim mortalium inopiā esse pariter & in firmitatem, eamq; non nisi societate eorundem sanctè cultâ sublevari posse, verè & prudenter Seneca edisserit lib. 4. de benef. cap. 18. quando inquit; *Nam quo alio tuti sumus, quā quod mutuis juvamur officiis? hoc uno instructior vita contraque incursiones subitas munitior est, beneficiorum commercio. Fac nos singulos: quid sumus? præda animaliū, & victima, ac imbecillissimus & facillimus sanguis. Quoniā cæteris animalibus in tutelā sui satis virium est. Quæcunque vaga nascuntur, & actura vitam segregem, armata sunt: hominē imbellia cingit: non unguium vis, non dentium terribilē cæteris fecit: nudum & infirmum societas munit. Duas res dedit, quæ illum ex obnoxio validissimum facerent, rationem & societatem. Itaque qui par esse nulli posset, si seduceretur rerum potitur. Societas illi dominium omnium animalium dedit: societas terris genitum in alienæ naturæ transmisit imperium, & dominari etiam in mari jussit. Hæc morborum impetus arcuit, senectuti adminicula prospexit, solatia contra dolores dedit: hæc fortes nos facit, quod licet contra fortunam advocare. Hanc tolle: & unitatem generis humani, qua vita sustinetur, scindes.*

Oracula sunt, quæ noster protulit Seneca. Nihil enim profectò eorum omnium, quæ in mortalium usus à provida matre Natura producta sunt, vel minimæ uitilitati foret, nisi in societate hominū viveremus? sive enim spectemus inanimata, quorum ingens est multitudo, sive animata, quorum non est minor copia, omnis eorum utilitas obtinetur conjuncta hominum ope & adjutorio Nec per naturam aliter potest. Quapropter prudentissimus Romanorum M. T. Cicero l. 2. off. non dubitat scribere: *Homines hominibus proxime Deos quā maxime prodesse, imo homini hominē esse Deum.* Cui gemina reliquit Stagirites *l. 1.* Oper. ad Nicom. *cap. 2. Quandoquidē uni homini & civitati idem bonum sit, bonū tamen civitatis & acquirere & conservare*

majus quid & divinius videtur. Ac contentus quidē esse etiā unusquisq; potest, si uni soli, pulchrius tamen ac divinius, si genti & civitatibus bonum efficiat. idē alibi: *Quapropter maximi summique boni mortalibus autor extitit, qui autor civitatis fuit.* Neque immerito. Quicquid enim mortalibus est vel copiæ, vel securitatis, vel, ut verbo comprehendamus, salutis & beatitudinis civilis, id hodie omne à societate ac civitate & dependet, & unice sperandum est. Adeoque quod doctrinam ejus laudabilem necessariamque appellaverim, veritati nullam intuli vim. Neque diffiteri possum, & dignitatem & necessitatem ejus doctrinæ me movisse, ut eam, materiam disputationis Inauguralis, selegerim.

Cum vero absque cœlesti benedictione nihil aut dicendum, aut faciendum, quod honori Altissimi cedere possit, primo statim in limine orandum est, ut in hoc conatu sui tenuitatem famuli respicere velit Is, qui nostri causâ divinam posuit Majestatem, Civemque terrenū se nasci passus est, ut nos, qui antea *ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ ἰσραήλ καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας ἦμεν ad Ephes. 2. vers. 12.* jam *συμπολῖται τῶν ἁγίων, καὶ οἰκεῖοι τοῦ θεοῦ* facti. *d. ep. c. eod. vers. 19.* *τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς* acquireremus. *ad Phil. 3. vers. 20.* nempe Dominus noster JESUS CHRISTUS, Cujus misericordiæ viscera etiam erga me commoveantur, ut non tātum veritatem in laudabili & summe hac necessaria cognitione eruere queam, sed & illa quoq; in divini sui nominis gloriam, Ecclesiæ & Reip. plurimorumque mortalium salutem cedat.

Ne vero sine certo ordine vagemur, placet universam dissertationem in duas secare partes, priorem sc. & posteriorem, & utramque in sua capita & incisa: quibus universam doctrinam includere lubet.

PRIORIS PARTIS

CAP. I.

AD exactam rei alicujus notitiam acquirendam non parum confert illius etymologia, quæ vocabulum sua declarat origine, & sæpius, si non nimis in ea simus superstitiosi, in rei ipsius cognitionem deducit. Hinc Ulpianus JC. ait: Juri operam daturum prius nosse

noſſe oportere, unde nomen juris deſcendat. *l. 1. de I. & I.* & Philoſophus; Etymologiæ explicatio eſt optimum rei intelligendæ principium *4. Metaph. 2.* Quapropter & mearum partium eſſe duco, his in duabus vocibus *Juris* ſc. & *Civitatis*, unde nempe eæ originem trahant, ſingulatim inquirere.

Et *Juris* vocabulum quod attinet, illud contractum eſſe, quaſi Jovis os, quidam volunt, addita ratione, quia omne jus à Deo, Jove credito. Quidam à juvando, ut Galeotus Martius *lib. de promiſ. doctr. cap. 28.* Quidam vero à juſto, vel à juſſu, teſtante Hieronymo Magio *l. 4. Miſcell.* Alii ab ejulatione illa Græcorum *ἰώ*. Scip. Gentil. ex quo Chr. Becman' *manud. ad LL. p. m. 578. f.* Jo. Ang. Werdenhagen *Synopſ. in Kemp. Bodin. p. m. 781.* adde Petr. Ravanell. *biblioth. ſac. voce: Jus.* Ulpianus JC. quem Arn. Vinnius *in Comm. ad Inſt. p. m. 270. col. 2.* Celſum vocat, jus à juſtitia appellatum eſſe credit. *d. l. 1. de I. & I.* à qua Etymologia non quidem Grammatica, quod facile conceſſerim, ſed politica, nec Cicero, neque ipſe S. Auguſtinus abludit, dum ille *l. 3. de rep.* hic vero *de Civ. Dei l. 12.* diſerte ſcribunt, jus dici, quod de juſtitiæ fonte manavit, non à juſſu, vel utilitate tyranni, quæ publicæ cedit. Neque vana aut prorſus frivola eſt Ulpiani collectio; quum enim omnis ars à ſubjecto, quod tractat, ſit denominanda, jus vero ſit ars æqui & boni, &, per conſequens, juſtitiæ; apparet non inepte jus à juſtitia appellari poſſe. Quamvis hoc neque de ipſo juris nomine, neque etiam quatenus ars eſt, vere dici poſſe Dn. Jo. Jac. Wiſſenbach. *Exerc. ad π. Diſp. 1. th. 8.* & laudatus Vinn. *d. l.* exiſtiment, ſed luſum tantum eſſe, veteribus JCtis non inſuetum arbitrentur.

II.

Certum vero eſt, *Juris* vocabulum eſſe amphibolon; Quandoq; enim ipſam denotat Juriſprudentiam, interdum legem ſcriptã vel non ſcriptam, haud infrequenter æquitatem, ſæpe neceſſitudinem; quibusdam in locis ſententiam judicis; nonnunquam judicii locum, haud rarò cognationem, item licentiam, juxta illud notiſſimum:

Utere jure tuo, Cæſar, ſervosque Lutheri &c.

Chriſt. Matth. *Theatr. hiſt. l. 4. p. m. 794.* Ultimo ſumitur pro poteſtate ſ. facultate licite aliquid habendi, juſte vero fruendi. Uti compendio

pendio quasi referunt Paulus & Marcianus JCti. *in l. pen. & ult. de l. & l.* Ultima significatione, hac vice voculam hanc accipi necesse esse, inferius patescet.

III.

Civitatis vero vox videtur dicta à coitione seu cœtu, in quem confluxerunt homines. Dn. Hahnius *Obs. ad VVesemb. T. ad Municip. n. 4.* Cum qua sententia coincidunt, qui docent, à civium conjunctione eam esse nominatam. Becman. *d. Tr. p. m. 431.* Academiæ Witebergens. decus immortale, Augustus Buchnerus, b. m. in Thesauro Fabr. voce: *civis, civitas,* ubi: *civis quasi coivis.* E. civitas, quasi coivitas, seu civium unitas. Cives enim Rempublicam, ut partes integrantes corpus, constituunt. Petr. Godofr. Carcal. *de amor. p. m. 12.* Si mihi licentiæ quid concederetur, placeret notio hæc: Cieres, cire. *Lexic. Jo. Amos Comen. lit. c.* & vitas i. e. movere, convocare vitas ad civilitatem. Et huic originationi ansam dedit Gregorius M. in Jobum *l. 16. c. 25.* quando dicit: civitates à conviventibus populis esse appellatas. add. Chr. Besold. *Coll. pol. disp. 1. class. 1. th. 14.*

Quæcunq; verò tandem derivationum adductarũ vera sit ac nativa, parum refert, cum omnes eo tendant, à coitione s. congressu hominum primas societates civiles & sic quoque ipsas civitates suum traxisse ortum. Ego Grammaticis illam relinquens litem, quod propius ad propositum pertinet, paulo penitius inquiram. Scilicet quæ confluxus hujus causa efficiens propinqua sit, de qua maxime controvertitur, præprimis à Jo. Bodino *l. 1. de Rep. c. 6.* ibique Jo. Ang. Werdenh. qui ejusdem est sententiæ: & novissime à Thoma Hobbes *in Elem. phil. de cive Tit. de libertate. c. 1. n. 2.* Quorum hominum diligentius paulo ut contemplemur rationes, ipsius loci convenientia me admonet.

Ne autem Bodino injuriam faciam, verba ejus integra ascribere placet, quæ sic se habent: *Eò nos ipsa ratio deducit, Imperia sc. ac Respubl. vi primum coaluisse; etiamsi ab historia deseramur: quamquam pleni sunt libri, plena antiquitas, plena leges, primum illud hominum genus nihil prius habuisse, quam obvios quosque spoliare, diripere, occidere, aut in servitutem adigere, aut alibi decemus. Testis est historia sacra, quâ docemur Nimrodum Chami nepotem primum omnium homines sub imperium & subjunxisse, ac dominatus fundamenta in Assyria jecisse: hinc robustus vena-*

venator dictus est, quo nomine scriptura prædonem intelligi voluit. Id autem Philo Hebræus, ac Josephus suo testimonio confirmant, sc. Nimrodum humanis opibus ac potentia tyrannidem crudeliter invasisse. Atque in eo falli mihi videntur Aristoteles, inquam, Demosthenes, Cicero, qui Herodotum (opinor) secuti, principio reges ob summam integritatis ac justitiæ opinionem principatum adeptos fuisse arbitrantur; hinc heroica nobis ac aurea secula finxerunt, quæ alibi certissimis argumentis ac testimoniis refutasse nobis videmur. Nam primæ quoque civitates ac imperia ante Abrahami ætatem servitiorum plena fuisse videmus, ut non ita pridem insulæ ad occasum positæ servitiorum multitudine redundabant, cum Hispani regiones illas suis Imperiis subjecerunt.

Hobbes autem petitionem principii esse credit, statuere: hominem esse animal aptum natum ad societatem. Verba ejus hæc sunt: *Eorum, qui de Rebuspubl. aliquid conscripserunt, maxima pars vel supponunt, vel petunt, vel postulant, hominem esse animal aptum natum ad societatem. Græce dicunt Ζῶον πολιτικὸν, eoque fundamento ita superædificant doctrinam civilem, tanquam ad conservationem pacis & totius generis humani regimen, nihil aliud opus esset, quam ut homines in pacta & conditiones quasdam, quas ipsi jam tum leges appellant, consentirent. Quod axioma, quamquam à plurimis receptum, falsum tamen, errorque à nimis levi naturæ humanæ contemplatione profectus est. Causas enim quibus homines congregantur, & societate mutua gaudent, penitius inspectantibus, facile constabit, non ideo id fieri, quod aliter fieri natura non possit, sed ex accidente. Nam si homo hominem amaret naturaliter, i.e. ut hominem; nulla ratio reddi posset, quare unusquis unumquemque non æque amaret, ut æque hominem; aut cur eos frequentaret potius, in quorum societate ipsi potius, quam aliis, defertur honor & utilitas. Non socios igitur, sed ab illis honore vel commodo affici naturâ quærimus, hæc primario, illos secundario appetimus. Quo autem consilio homines congregantur, ex iis cognoscitur, quæ faciunt congregati. Si coëant enim commercii causa, unusquisque non socium, sed rem suam colit: si officii causa, nascitur forensis quædam amicitia plus habens mutui metus, quam amoris; Unde factio aliquando nascitur, sed benevolentia nunquam.* Tandem post multa subjicit: *Omnis igitur societas vel commodi causa, vel gloriæ, h.e. sui, non sociorum amore, contrahitur.*

In Notis autem huic doctrinæ subornatis colorare nititur suam assertionem dictus Hobbes, scribendo: *Mira quædam videri potest stupi-*

ſtupiditas in ipſo doctrinæ civilis limine hujuſmodi offendiculum legentibus opponere: hominem ad ſocietatem aptum natum non eſſe. *Itaque explicatius dicendum eſt. Verum quidem eſſe homini per naturam ſive quatenus eſt homo, i.e. ſtatim atque eſt natus, ſolitudinem perpetuam moleſtam eſſe. Nam infantes ad vivendum, adulti ad bene vivendum, aliorum ope indigent. Itaque homines alterum alterius congreſſum natura cogente appetere non nego. Societates autem civiles non ſunt meri congreſſus, ſed fœdera; quibus faciendis fides & pacta neceſſaria ſunt. Horum, ab infantibus quidem & indoctis, vis; ab iis autem qui damnorum à defectu ſocietatis inexperti ſunt, utilitas ignoratur. Unde fit, ut illi, quia quid ſit ſocietas, non intelligunt, eam inire non poſſint; hi quia neſciunt quid prodeſt, non curent. Manifeſtum ergo eſt, omnes homines (cum ſint nati infantes) ad ſocietatem ineptos natos eſſe &c.* Et paulo poſt, *Porro tametſi ea conditione natus eſſet homo, ut ſocietatem appeteret, non ſequitur eundem ita natum eſſe, ut ſocietati ineundæ ſit idoneus. Alia res eſt appetere, alia capacem eſſe* &c.

Quæ omnia ſigillo quaſi munire ipſa S. Sophia videtur *Geneſ.* IV. *verſ.* 14. 17. ubi paucis quamvis hominibus in terra viventibus, nullaque impræſens ullius civitatis mentione facta, Cain ait ad Dominum: *omnis igitur qui me invenerit, occidet me.* Et ſtatim ſubjungitur: *Et ædificavit civitatem.* Unde patet, latrocinia, aliaque mala primas coëgiſſe civitates.

Hiſce tamen non obſtantibus, veriorem eſſe judico ſententiam eorum politicorum, qui docent: Hominem natura propendere ad ſocietatem & converſationem humanam, adeo ut naturalis illa inclinatio, ac innatum congregabilitatis ſtudium principaliter ac immediate iſtam ſocietatem in mente excitet, diſponat, confirmet; ita tamen ut natura naturans, cauſæque impulſivæ nullatenus excludantur. Idque obſequentes Rationes:

Quicunque potentia proxima natus eſt ad converſationem humanam colendam, ille eſt à natura ejus appetens. Homo potentia proxima natus eſt ad converſationem humanam colendam. E.

Homo eſt à natura ejus appetens.

Majorem probo exemplo juris naturalis, quod fundamentum eſt converſationis humanæ. Illius autem juris appetentes ac capaces ideo ſunt homines, quia potentia proxima ita nati ſunt, quia illud

illud, ipsum cordibus eorum, teste D. Paulo, est inscriptum. Uti hoc, cum pluribus aliis, docet atque commonstrat Dn. Wolfg. Adamus Lauterbachius, Præceptor meus omni honoris cultu dignissimus, *in Colleg. π. poster. T. de I. & I. §. 10. ibique expositio.*

Minorem probo hoc argumento:

Quicunque quamprimum rationis usum consecutus est, sponte & sine ullo monitore aliquid cognoscere, & amplecti potest, ille ad id potentia proxima natus est.

Homo conversationem humanam, quam primum rationis usum consecutus est, sponte & sine ullo monitore cognoscere & amplecti potest. E.

Homo potentia proxima ad conversationem humanam natus est.

ALTERA RATIO.

Si Deus homini dilectionem proximi implantaverit, sequitur quod homo à natura ad societatem sit destinatus.

Sed verum est prius. E. & posterius.

Illud probo per satis notum S. Sophiæ edictum: *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.* Tibi autem prospicis, te curas, &c. E. & proximum: quomodo autem id fieri potest sine societate? Baldus *Consil. 393. part. 5.* Et quid multis opus. Societatem enim hominibus à natura imperatam esse, non tantum instinctus naturalis, sed ipsa quoque experientia, & concors omnium sapientum consensio satis superque evincit.

Hactenus rationibus, iisque paucissimis, pro asserenda thesi facientibus, pugnatum; quibus si infinita illa tum ex ipso Philosopho (qui intrepide statuit: talem qui absque civitate per naturam sit, aut Deum aut bestiam esse, 1. *Pol. 2.*) tum ex aliis, qui ipsum, quasi agmine facto certatim sequuntur, ascribere placeret, & tempus & charta deficeret. Uti videre licet in Henn. Arnis. *1. de Rep. c. 5.* Geor. Schönb. 1. *Pol. c. 4.* Chr. Liebenth. *coll. pol. disp. 2. th. 1. & 9.* 1. Chr. Besold. *coll. pol. class. 1. disp. 1.* Steph. Guazzo *de civ. conver s.* Franc. Burgersd. *Idea pol.* Petr. Godofr. *de amorib. l. 1. c. 4.* beato Knipschild. *Tr. de Civit. Imper. l. 1. c. 6. n. 2. 3* Dn. Jo. Strachio p. t. Reip. Brunsv. Syndico, præceptore olim meo colendo, *coll. pol. ad l. 3. c. 4.*

Aristotel. (Qui inter alia sic docet: *natura est homo animal societatis cupidus; nam natura omnibus hominibus indidit appetitum vivendi in tantum, ut in solo vitæ desiderio etiam calamitosissimi suam fortunam forti sustineant animo. Quam ob rem conventiones & societates ineunt, ut, quia singuli non sunt pares suis commodis, ex congregatione multorum, quod singuli non habent, nec habere possunt, capiant & fruantur*) item beato Buchnero, *not. MSC. ad Tac. Agricol. c. 11. verbis: Quam quod in commune non consul.* Dn. Bœclero *in MSC. ad H. Grot. de I. B. P.* (ubi ait: *In natura apparet custodia humanæ societatis, ad quam omnes ferimur, ordinata sc. & intellectui congruens, ab ipso Deo per rectum judicium impressa; & postea legibus illustrata.*) quorum omnium, inquam, sententias, uti & eorum, qui societatem hanc à natura descendere ex eo quoque probant, quia etiam in statu innocentiæ aliqua fuisset. laudatus Arnis. *doct. pol. c. 2. pr.* L. Danæ. *in pol.* Timpl. Matta. *c. 1. de Jurisd. l. 1. n. 15.* Werdenh. ad Bodin. *p. 487. f.* &c. si exscribendo adjicere foret animus, uti dixi, & tempore, & tabulis excluderer. Tametsi, ut verum fatear, omnium illorum, ut & ipsius Philosophi argumenta adducta nihil aliud probent, quam quod homo ad societatem aliquam & natura sit destinatus, & ad eam colendam feratur; an vero ad civilem statim, id quidem illis non evincitur; sed tamen eam esse hodiè necessariam, & malitia mortalium & præsens noster status satis arguit.

Ne itaque literis abutar, statim ad contradicentium argumentis respondendum me jam accingam. Ubi si vis, metus, commoda, & id genus accidentia loco causarum impellentium hujus naturalis congregationis adducta essent, res eorum omnino in vado forent. Franco Burgersd. *d. l.* Verum cum has ipsas causas pro propinque principalibus vendítent, & errorem eorum, qui naturæ hoc acceptum referunt, à nimis levi naturæ humanæ contemplatione profectum esse, dicere non erubescant, ut Hobbes ante allegato loco ait. operæ pretium esse duco (cum & magni politici circa hanc materiam desudarunt) dissentientium rationes penitius inspicere, ac, quantum possum, eas refellere.

Et Bodini, atque ejus pedisequi argumentum quod attinet, puto id esse duplici modo negandum. Aut enim sermo est de temporibus ante, aut post tyrannos illos, de quibus *Genes. VI. vers. 4.*

Si

Si prius, & Bodinus & alter in universum falsi sunt. Cum expeditum sit, illis temporibus amplas familias ob feliciter viveendi commoditatem loco Rerump. fuisse, & abavos, tritavosque illius gentis tam longævæ, quam numerosæ, Regum ad instar, rerum moderatores fuisse. cit: Burgersd. *d. l. c. 1. vers. 9.* Strauch. *d. l.* Philosophus *1. Pol. 1. f.* ibique Commentatores. Unde & antiqua imperia sub tam gratis Rectorum nominibus fuerunt suscepta, quale fuit Melchisedeci, i. e. regis Justitiæ. Abimeleci, i. e. pater meus rex &c. Adeo, ut Ipse Spiritus S. tanquam rem prius inauditam recenseat, dum de prima Oppressorum origine, qui nomen & gloriam in mundo cum aliorum exitio sibi comparaverint (vide textum allegatum à Beato Osiandro, *in explicat. in Genes. d. c. 6.* illustratum) exorditur, qui tamen tyranni non, nisi post mille & aliquot centum annos demum à mundo condito, extiterunt. Thom. Lydyat. *Emendat. temp. p. m. 4.* Imo absurdum foret dicere: post millenorum annorum transitum conventus esse ortos, antea vero tot homines sine societate dispersos ac divisos undique latuisse; ridente ipso Ethnico. *1. Pol. 2.* & contradicente expresse ipsa cœlesti Veritate, *Gen. 4. vers. ult. ibiq;* Megalander Lutherus, & prælaudatus Osiander, ubi: aucta jam (nempe A. M. 236. secundum Lydyat) piorum Ecclesia, institutæ sunt publicæ & solennes congregationes. Quæso autem quomodo in filiis degentes, ac congressum fugientes congregari potuerunt? E. à mundi exordio naturâ homines extiterunt societatis appetentes. Si posterius. Tunc quoad partem nego, quoad partem concedo. Quosdam sc. potentes suppressisse imbelles, ac miseros, eosque coëgisse sub una Rep. Sed hi nec primi, nec omnes fuerunt homines, ideoque ex hoc argumento nihil inferri potest. Hoc vero concesso, homines ad aliquam societatem esse destinatos à natura, & ad eam colendam ferri, satis luculente constat quoque civilem illam, tanquam perfectissimam, ad quam natura tendit, non esse contra naturam; quamvis non negem, hominem etiam extra civilem societatem, si per malitiam & dominandi cupiditatem mortalium liceret, sic satis feliciter vivere posse.

Jam ad Hobbesii argumenta descendam, & quidem negando propositionem illam:

Quicunque unumquemque non æque amat, ut æque hominem, ille non amat naturaliter.

Non enim homo amat hominem tantum, quia æque homo, sed & quia ejus auxilio & ope eget. Neque simpliciter verum quod ait Philosophus *3. Pol. 4.* Homines nihilominus affectare vitæ societatem, etiamsi nihil indigeant mutui auxilii, Nam præterquam, quod nullum unquam à primo temporis puncto

ro fuerit tempus, in quo homo homine non eguisset; attamen posito, hominem hominis aliquando non fuisse indigum, an quis propterea credat, hominem tunc à natura esse civilem s. conversationis appetentem? minime gentium. Natura enim nihil facit frustra; frustra autem homo à natura sociabilis esset effectus, si nullum ob finem talis esset, qui finis sola, & unica est indigentia, ita ut homo hominem non tantum amet, quia æque homo, sed & quia indigens est, & alter idem obtinere cupit ab altero, quod alter desiderat. Ad mutua enim eos invicem natura obligavit. Et id quidem plerunque ita obtinere censeo; tametsi forte, si casus dabilis sit, negari non possit, hominem, licet omnibus opibus circumfluat, & nullius hominis ope indigeat, nihilominus requirere societatem, ut vel bona sua in aliorum usum explicare, & sic delectationem aliquam capere possit.

Et si illi, qui specie quidem externa homines sunt, de cœtero autem feris bestiis rectius comparari possunt, ob solitudinem nempe & aversationem societatis, adæquata humanæ conversationis membra neque active neque passive sint? quare hi sociales vocari poterunt, qui nihili egeant? cum utrisque nihil ad vivendum conferri possit. Non illis, quia nihil desiderant, non his, imo multo minus his, quia nulla re opus habent. Et sic declarata majore cadit minor. Nam idem esset, ac si argumentaretur:

Quicunque non omnem hominem, quomodocunque etiam se habeat ad civilitatem, amat civiliter, ille non amat naturaliter.

Quæ propositio falsissima est.

In secundo argumento limito majorem syllogismi ultimi hoc modo:

Propter quod congregati sunt primi homines, antequam à natura congregabiles extiterunt, illud & primario, & tanquam ex causa principali interna moti, appetierunt.

Qua limitatione adhibita nego minorem, Consequens enim non est prius antecedenti. Quid enim hominem ad aliquid impellat, qui natura non sit idoneus, vel cui natura illud non indiderit? Causa principalis interna præcedat necesse est, si externa subsequi debeat.

In tertio argumento falsa est majoris consequentia, & sic insto:

Quicunque cibi vim & utilitatem ignorat, ille non est à natura ejus appetens.

Infantes cibi vim & utilitatem ignorant. E.

Sequelæ falsitas in lactentibus & adhuc à matre rubentibus, ut Juvenalis alicubi loquitur, apparet. Sed ad ipsum argumentum; quod tale est: Qui conversationis civilis vim & utilitatem ignorat, ille non est à natura conversationis civilis capax. Respondeo: Quamvis omnes homines ex omni parte societatis vim, & utilitatem tam exacte non intelligant, sufficit tamen eam eatenus, quatenus opus habent, appetere. Nec ideo quis civilis conversationis subjectum est, quia ejus commoda in enumerato habet, sed quia auxilia humana efflagitat, nec iis carere potest, nec vult. Minor, ejusque probatio, est particularis, E. nulla. Non enim omnes homines sunt infantes, nec omnes labo-

laborant morbis. Qui tamen & eo ipso, quo tales sunt, nihilominus civiles sunt, quia humana officia præ aliis expetunt & expectant. Donec annis ac viribus creverint, ut potentiam proximam in actum deducere valeant, & sic active quoque, ut hactenus fuerunt passive, civiles se gerere possint.

Objectionem suam Hobbes tali discutit argumentatione:

Quicunque natus est, ut apperat quid, non vero ut aliquando capax ejus rei sit, ille ad id à natura non est idoneus.

Omnes homines nati sunt ut appetant conservationem civilem, non verò ut aliquando capaces ejus sint. E.

Omnes homines à natura non sunt idonei ad conversationem civilem. Præmissæ ipsi probatissimæ visæ sunt; quæ tamen sunt falsissimæ. Majoris sensus talis est: Homo à natura appetit, sed à natura est incapax. Quod idem est, ac si diceres: Ignis à natura est calidus, sed à natura incapax est ad calefaciendum. Quem enim natura facit apperentem, & simul inhabilem? Etenim natura nihil facit frustra. *Philos. 1. Pol. 2.* nec deficit in necessariis, nec in superfluis abundat regulariter. Augustin. Barbos. Tabor. voce: natura th. ult. Quò facit illa Philosophorum regula: Posita causa (formaliter sc. & in esse causæ f. acta) ponitur & causarum (formaliter sc. & in esse causæ.) E. quicunque rectæ rationis lumine præditus est, ille ad colendam societatem hanc natus etiam est, & capax, atque idoneus existit.

Ad argumentum ex Genesi *c. 4. Vers. 14. 17.* allatum respondeo: illud esse particulare, & nihil concludere. Non enim sequitur: Cain fuit latro. E. omnes illius temporis terrigenæ fuerunt latrones. Nec hoc sequitur: Cain occidi timebat, vel occisus est ob commissum fratricidium. E. non nisi latrones extiterunt tunc. Quid enim si Deus alicui vindictæ executionem in mandatis dedisset? quid si Adam, tanquam supremus in terris, justas de eo pœnas sumsisset: Ideoque nec sic concludit Cain: Quia mundus merum latrocinium est, ideo mihi succumbendũ est. Sed ita: Quia humanum fudi sanguinem, ideo & meus fundendus est. Talionis enim, sive (ut Impp. *in l. 2. C. de exhib. & transmitt. reis.* rescribunt) reciproci pœnam, cogitationibus se invicem in conscientia accusantibus, & condemnantibus, timebat. Quam ut eo tutius ac diutius declinare posset, ædificavit urbem: & ne quis metus causa id factum esse subodoretur, filialis nominis incrementum prætexuit more tyrannorum. Magnus Osiander *in explicatione d. c. 4.* Inde tamen non sequitur: metus dedit causam primæ urbi: E. societates non sunt à natura. Alia enim est urbs, alia societas. Illa in parietibus consistit, murisque finitur. *l. 2. pr. ff. S.* Hæc conciliis, cœtibusque hominum, humanis necessitatibus succurrendi causa, à natura constitutis, absolvitur. H. Grot. *de I. B. P. 2. c. 16. n. 16.* H. Arniſ. *doctr. polit. 1. c. 6.*

CAP. IV.

Misso hoc contradicto judicio ad enodandã vocis (*civitatis*) πολυωνυμίαν accedo. Hoc autem vocabulum ap. varios varie

accipitur I: sumitur pro Ecclesia, sive ea sit universalis, sive particularis. Gregor. *M. moral. in Iob. l. 16 c. 25. f.* in Calv. Lexic. voce: *civitas.* II. Pro gente aliqua. Quemadmodum Graecis olim Hispanorum res adeo fuerunt ignotæ, ut unus ex epi otis Hispaniam s. Iberiam unam esse civitatem existimaverit. Imo, quod plus est, multis Italis ac Gallis illustris Camerarii temporibus persvasum fuit, Germanos unam eandemque urbem inhabitare. Hinc mihi non semel accidit, scribit laudatus Vir, ut serio ex me scire voluerint, quam late pateret ambitus illius urbis Germanorum, quam ipsi vulgo & Alemanniam vocant. *Hor. subcis. cent.* 1. c. 44. III. pro natione C. Cæsar. *bello Gall.* 1. c. 12. ubi *: omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est.* Nam differentia est inter gentem, & nationem Gens prædicatur de Gallis, natio de Helvetiis B. Buchner *9 not. MSC. ad Tac. Agr. c.* 11. IV. Κατ' ἐξοχὴν pro Jerusalē Roma, &c. V. pro Senatu civitatis. *Wehn. obs. voce*: Städte Consul enim & Senatores civitatem repræsentant. Magnif. Carpz. *Process. T. 5. art. 4. §. 3. n. 17* Cicero administrationem Reip. vocat. *ad Herenn. 4. c. 3.* VI. pro omnis generis incolis, sive civitatem seu incolatum ii sortiti fuerint. VII pro loco, in quo cives & incolæ continentur civitatis causa. Gell. 18. *c. 7. Cic. 1. de Republ.* IX. pro urbe mœnibus circumdata, exclusis suburbiis. *l. 2. de V. S.* IX. pro facultate in numero civium haberi. C. Nepos xxv. *c.* 3. X. pro ædificiorum & prædiorum universitate, inc uso territorio, Zwing und Bann / beat. Knipschild in eximio *de Civ. Imp. jurib. Tract. l. 1. c. 1. n.* 18. XI. pro societate hominum ex multis pagis congregatorum, & una habitantium, eod. jure, iisdem legibus utentium, vitæ necessariis instituendæ causa, cit. Ravanc. l. *bibl. sac. voce: civitas* Dom. Arum. *1 P. Vol. 2. disc. 9. n.* 10. *&c.* Abel Strasb. *comm ad tit. si cert. pet.* Arnis. *Pol.* 1. *c. 6.* Gœdd. *ad l.* 2. *&* 87. *de V. S.* Dn. Lauterbachius, cui pro innumeris, præprimis informationis, in me collatis beneficiis dignas agere nunquam satis possum grates, *Comm. ad diffic. item L. civitas. c.* 2. *& Coll Th. po. de statu hom. §. 5.* laud. Buchnerus *thes. Fabr. voce: civitas.* Quia in significatione ultima hoc loco usurpatur vox civitas. Et definio eam: quod sit multitudo civium, cui Resp. confert ordinem. laud. Dn. Strauch. *d. Coll. pol.* sive: Est multitudo hominum societatis vinculo copulata ad simul, certo loco, perpetuo, eodemque jure vivendum, cum certa in territorio jurisdictione. cit. Strasb. *comm. p. m.* 125. Plures videri possunt definitiones in laudato Tr. *de civit. Imp. l. 1. c. 1. n* 25.

Cum vero ad civitatis constitutionem aut probationem Episcopus, qua talis, plane conferat nihil, adsit an absit (quippe neque familia est, neque familiæ pars, neque etiam pagus. Arnis. 1. *pol. c. 6.* Fr. Burgersd. *d. l §. 9.*) Ideoque ejus mentio impræsens merito est omissa. Cum multa interveniant decore, quæ tamen necessario ad constitutionem rei non requiruntur. Dn. Dan. Otto *l. P. in regali XII. voce, Jus civitat.* ibique Dn. Tabor. *in not. MSC.* Dn. Limn. *l. P. l. 7. c. 1. n.* 1. 6. Dn. Speidel. *voce*, Städte.

Non possum, quin hic de Patriæ pagis nonnulla interseram, forte non prorsus aliena; aut si aliena Tibi videbuntur, Lector, dabis hoc amori patriæ,

cui

cui omnia debeo. Nimirum non ineptum fuerit quaerere, quandoquidem nonnulli ipsorum satis sunt ampli, an pagi in Misnia siti, die Dörffer in Meissen/ (quod etiam de aliis intelligi potest) sub nomine civitatum comprehendantur? Resp. distinguendo inter pagos, qui juribus civitatis gaudent, welche Stadt- oder Marck-Recht erlanget haben. & inter pagos simplices, ac meros, quibus tale jus non est indultum. De illis nullum est dubium, quin sub nomine civitatum comprehendantur. Magnif. Dn. Carpz. Patronus meus magnus, *l. F. p. 2. c. 6. d. 5.* Et talis est (de aliis enim nihil addam) nostra Kötzschenbroda, pagus ab Electorali Dresda per mille passus dissitus. Hic ob Specialia à Sereniss. Sax. Ducibus antedecentos, & quod excedit, annos concessa privilegia jure civitatis admodum gloriatur. Nec vane; pace tua, Lector, addere liceat, quae de hoc pago in publicis monumentis, à Viro humanissimo Dn. Jo Sig. Leistero, Praefecturae Dresd. Notario dignissimo, amico optimo, mihi communicatis, ibidem reperiuntur, sub rub. 0 ; .

Rugen der Gemeine zu Ketzschenbroda.

Als man zahlt nach der Geburt Christi/ unsers lieben HErrn/ und Heylandes/tausent/ Vierhundert/ und im Sieben und achtzigsten Jahre am Sontage vor Elisabeth/ haben Wir Nachbar/und Gemeine zu Ketzschenbroda geruget unsere Freyheit/ die wir haben von Gotte/ und unsers gnädigsten Herrn alt Eltern etc.

Dein rubrum:

Zum ersten sind wir begnadet mit StadtRechte.

Wir haben freyen Marckt zu kauffen/ und zuverkauffen (nam singulis diebus saturni hebdomadariae nundinae ibi celebrantur vid. ChurS erneuerte und vermehrte Policey-Ordn. 1661. *T. 2. §. ult.*) Wir haben frey backen/schlachten/ein jeder darff frey brauen vor sein Hauß. Auch so einem Nachbar Wein wechset (cujus, Dei dono, ille tractus est fertilissimus) daß er den mag verkauffen in Fassen/ oder Kannen. Wir haben auch die Freyheit/ daß allerley Handwercks Leute bey uns wohnen mögen/ und ihrn Handel bey uns üben/ und treiben mögen. Haec fere sunt omnia istorum paganorum privilegia, quibus hactenus utuntur; caetera, & quidem majoris momenti (nam vix dimidiam eorum partem adduxi) aut per incuriam amiserunt, aut in praejudicium Praefecturae iis frui non potuerunt.

Quod vero simplices atque meros pagos concernit, puto iis ne micam quidem civitatis, nisi per schema, competere. Magnific. Carpzovius, *p. 3. c. 3. d. 21.* Equidem Sculretos & Scabinos suos habent, qui etiam vocantur: Dorff-Gerichts-Personen/ & in banco sedere, & coram illis contractus fieri dicuntur, können Kauffe schliessen. Verum enim vero omnia haec verborum sunt inania. Nec enim minima jurisdictionis specie, aut coercendi potestate

sunt

funt armati; sed tantum nudi audiunt ministri & executores eorum, quæ in mandatis ipsis dederunt Præfecti, quibus subsunt. Unter welches Ambt sie gehören; aut ii, quorum jurisdictio est. Et si quid absque mandato agunt, aut punibile est, aut ex mora periculum eos excusat. uti de fuga suspectum in vincula conjicere. Quod vero contractus coram his Scabinis confectos attinet, illi non propterea firmi sunt, quia coram iis sunt celebrati, quippe fere privatæ sunt personæ; sed quia à judice provinciali vom Ambt Schösser/ cujus præfecturæ pagus subjacet, illorum contractuum rati habitio accessit. Hæc autem confirmatio superflua & frustranea foret, si contractus alias vi jurisdictionis subsisterent. Vir summus Dn Lauterbach. *Tr. de Voluntar. Jurisd. th. ult.* Quando vero præsentibus Scabinis rusticis contrahitur, hanc ob rationem fit, ut una contrahentium pars, in casu ubi altera resilire, aut dolos nectere velit, habeat, quibus causæ suæ justitiam probare possit. Sunt itaque dicti Scabini nihil aliud, quam ordinarii ac publice constituti rerum coram ipsis gestarum quasi testes. Qua ex causa neminem advenam in pagos suos, proprio ausu, recipere queunt die Dorf-Gerichte/ sed Præfecti arbitrio hoc relinquere necesse habent. Sed mechanici in pagis habitant? fateor; verum commercia ibi non exercent, officinas non aperiunt, merces non exponunt, forum enim venalium rerum non habent, operam ibi non elocant, collegia non instituunt; nec licet, sed tanquam meri vivunt rustici, & si quam artem noverint, eam in urbe exercent. Prout expresse talia civibus competentia commercia rusticis interdicta leguntur in der ChurS. Polit. ep 1612. *T.* von Justit. Sachen *n 26. &c.* & Resolut. *de ann.* 1653. & 1657. *T.* von Just. S. *n. 118. vers.* und aber. ubi: das ein Stand neben den andern hinkommen. Bauren ihres pflügens/ und Ackerwercks warten/ damit unter andern Ständen/ und Bauern ein unterscheid zu finden. & *eod. n.* 105. Conveniunt hæc cum illis, quæ Megalander Lutherus in der Hauß-Postill *Dom. Septuag.* habet, quando docet: Ein Bauer führt ein ander Leben und Stand/ denn ein Bürger/ ein Fürst ein anders/ denn ein Edelman. Da ist alles ungleich/ und sol ungleich bleiben. Sic pagi, qui intra milliare agri Dresdensis existunt, nullum sutorem, sutrinam exercentem, recipere aut tolerare debent. Ob privilegium speciale à Divo Augusto Electore sutoribus Dresdensibus datum. Nec, quod in uno vel altero pago faber ferrarius aut textor habitet, Churf. Ernsts Landes-Ordn vers. Es soll auch niemands. ex eo statim civitas vocari potest; Cum à potioribus, non à paucioribus, fieri debeat denominatio, nec unius vel alterius rei commoditas efficiat, ut ex pago oriatur civitas. Quia in uno vel altero opificio nec Reip. sufficientia, nec ordo consistit. Illæ vero demum communitates civitatum merentur nomen, quæ rebus ad vitam humanam necessariis omnibus, aut potioribus instructæ sunt, & ut easdem exercere liceat, privilegio munitæ, prout quidem hodierni sunt mores, & late tradunt Politici. Unde nec cerevisiam coquendi jus ex rusticis cives facit. Nam præterquam quod

intra

intra milliare circumcirca civitatibus adjacentes pagi hoc jus non habeant, quia ii ex illis civitatibus, intra quarum milliare siti sunt, cerevisiam jam coctam evehere tenentur. Magnif. Carpz. *p. 2. c. 6. d. 4. n. 1.* quod tamen nec promiscue omnes facere possunt, sed iis tantum hoc est permissum, qui propriam in pagis cauponam possident, Magnif. Carpz. *d. c. 6. d. 5.* ipsi etiam ultrà milliare siti pagi hoc coquendi jure regulariter carent, nisi illorum cauponæ ejus sint qualitatis, ut in iis cerevisia licite coqui queat, qualis cauponæ in Misnia vocantur: **Erbschencken/ Erbkräntschmar.** evolve Corpus nov. Sax. & in eo **Churf. Ernsts Landes-Ordn.** *p. m. 9. & passim.* Ex quibus omnibus patescit, tantum abesse, ut pagi simplices Misnici civitatum æmuli vere sint, ut ne quidem ex pleno cum pagis VVürrembergicis conferri queant, quippe cujus Ducatus pagi fere omnes balnea, fora, commercia, nundinas annuas, Sculretos, Consules, scabinos cum aliqua jurisdictione, uti etiam Jus ipsum civitatis, **das Bürger-Recht/** in exercitio habent. vide omnino laudatum JC. Dn. Lauterbachium *in comm. ad difficil. l. Civitas c. 3. §. 2.*

CAP. V.

PORro notum est, quod ad Civitatis constitutionem, **einem Orte das Stadt-Recht geben/** sive: **mit Weichfried begnadigen/** Dn. Speidel. *spec. voce: Handschuch.* præter voluntatem Principis, urbem suo in territorio condentis, etiam Imperatoris concessionem, præsupponentes sc. quod hoc de reservatis Ejus sit, requirendam plerique omnes autument, qui in jure publico operam navarunt, præprimis Matth. Steph. *de Jurisd. l. 2. p. 1. c. 1. membr. 2. n. 113 &c.* Dom. Arum. *I. P. vol. 2. disc. 7. p. m. 80. discurs. y. p.* 238. *vol. 3. disc. 8. p.* 432. *vol. 5. disc. 2. p.* 130. Dn. Jo. Limnæus *I. P. l. 2. c. 9. n.* 128. *&c. & in add. p. m.* 25. Ja. Lampad. *de R. R. G. p. 3. c.* 14. P. Matth. VVehn. *obs. voce: Stadt-Recht.* Dn. Jus. Sinolt. **Schütze** *de S. R. R. vol. 1. diss. 8. th.* 21. Dn. Speid. *voce:* **Städt.** Henr. Bruning. *diss. de V. U. S. th.* 13. Chass. *Catal. glor. mund p. 5. n.* 190. citatus **Knipschild** *l. 1. c. 6. n.* 6. Balth. Conrad. **Zahn.** Ichnogr. *munic. c. 2. n. 12. &c.* &. qui hos omnes novissime secutus est, Stamlerus *acroam. de Reservat. p.* 297. Rationes in quas ferme jurasse videntur, ut plurimum hæ sunt. Quia Imperator olim Casalensibus jus civitatis dedit, uti & incolis **zu Schwanenberg und Lautembach/** in Comitatu VVertheimensi. II. Quia Maximilianus I. mandato inhibitorio Comitem Mansfeldiæ inhibuit, ne cuidam prope Islebiam sito vico jus civitatis propria authoritate conferret. III. quia Vaiascus. Thom. Michael, Innocent. Lancell. & alii multis de reservatis Imperatoris hanc potestatem esse volunt. IV. Quoniam jus muniendi muros & portas, uti author est H. Arnis. de Jure Maj. *l. 2. c. 5. n.* 18. soli competat Cæsari. V. adducunt in rem suam *l. un. C. de metrop. Beryto.* VI. argumentantur ab usu hodierno. VII. à Jure Sax. **Land-R. und Weichbild.** IIX. volunt quidam ad minimum tacitum Augustissimi Imperatoris consensum accedere debere. Dom. Arum. *vol. 3. d. 14. vol. 5. d. 2. p. m.* 130. *citat* Stamler *p.* 298. Ob adducta argumenta supra laudati Viri adeo firmiter credunt, penes solam Cæs. Maj. civitatis aut constituendæ aut concedendæ jus residere. ut,

si quis absque illius approbatione civitatem condiderit, ea neque civitas, neque jura civitatis habere putetur. Dn. Speid. *Voce*: Stadt.

Verum enim vero cum hæc omnia parum ferire videantur, potius eorum assertionem sequendam esse duco, qui testantur, cæteris quoque in Germania Principib9 & Statibus hãc potestatẽ cõpetere. Rationes credo esse has. Quia inter alia tam majora quam minora regalia, ab Imperatore concessa, etiam facultas universitatem aliquam jure civitatis donare in investitura, aut ejus renovatione, conceditur, ac offertur. In confesso enim est omnium, quod, quæcunque sibi Cæsar, cum Ipsi ab Electoribus Imperium confertur, non reservat, aut ejus Maj. Electores non reservant per Capitulationem, uti communiter conventio illa vocatur, illa omnia cum statibus communicentur; Nisi talia sint, quæ aut certis officiis, officialibusve S. R. I. sint annexa, aut sua natura sint incommunicabilia, ita ut simul, salva Majestate, ad alios transire nequeant status i. e. ex qua concessione aut Majestas impeditur, aut obedientia statuum tollitur. H. Arnis. *de I. Maj*. 2. c. 2. *n*. 7. Jam nullibi extat talem quoad constituendas urbes reservationem vel ab Augustis Imperatoribus, vel à Sereniss. Electoribus adhibitam fuisse, aut quod ullus Imperatorum, præterquam Divus Maximil. I. (cui objectioni postea respondebo) ulli Statui, jura civitatis communitati alicui concedere volenti, contradixerit. Quemadmodum nec ullibi inveniri potest per longissima tempora civitatis à Statibus erectas ob id, quod Imperatoris consensus haud fuerit requisitus, juribus suis excidisse, aut urbium nomine non fuisse gavisas. Unde non mirum, cur tam rari apparuerint, & vix unus vel alter (de quibus tamen infra) qui in condendis opidis Cæsareum postulaverunt assensum. Cum enim Cæsari non sit reservatum, quare sit Statibus denegatum? Hinc rectè Knichen: Eximens aliqua, reservando, reliqua concessisse videtur, quia exceptio & reservatio regulam declarant. *pa*. 2. *de Invest. pact. c*. 1. *n*.113. Casus enim specialiter exceptus confirmat regulam in casibus non exceptis. A. Barb. *Tab. Voce: exceptio, n*. 24. *ubi: qui quadam excipit, de cæteris accuratius cogitasse videtur* &c. Et in hanc sententiam hodierni Politici Regalium Status Imperii concernentium peritissimi intrepide eunt, ac illam evincunt, dicentes: Serenissimos Imperii Rom. Germanici Principes & Status privilegia jus civitatis concedentia absque dubio tribuere posse, können Stadt-Berechtigung/ und Befreyung ertheilen/ non tantum ob regalia, quibus longe lateq; gaudent, sed Jure territorialis superioritatis. Von Landes-Oberherrligkeit: Von hoher Landes Fürstl. Obrigkeit; Von hoher Landes-Obrigkeit wegen. sive, ut Constitutiones Saxonicæ ante centum annos locutæ sunt: Auß Chur und Fürstl. Macht und Gewalt (differunt enim hæc: Regalia habere, & superioritate gaudere, nec; semper conjuncta sunt. Dn. Tabor. *in not. MSC. ad Ott. Jur. Publ. sub. doctrina de regalib*.) Quæ superioritas summum, ac vere majestaticum vocatur Jus. Dn. Nic. Myler. *de Pr. & St. c*. 36. Quia summi, post Imperatorem, Imperii potestatem comprehendit; Adeo ut memoratis Statibus ratione Vasallorum (inter quos & S. R. I. Comites, ac Barones sæpe

pe

pe numerantur) atque subditorum directe & proprio Jure, non administratorio, hæc competat, eorumque personis, modo sint Duces, Principesque, Fürsten und Fürstmässige Dn. Speid. *Voce*: Landesfürstl. Obr. perpetuo in hæreat, nec temporis spatio terminetur. Magnus Lansius disc. *de L. R. th.* 55. 57. qua ratione & Dei Gratia Principes audiunt, quod prædicatum summum, respectu subjectorum, denotat imperium. Dn. Tabor ad Otton, *l.* 1. *c.* 5. Nam cum in modum Principibus concessa est (quod fit quando Cæsar. iis territoria in feudum concedit. laudatus Speid. *Voce*: Herrlig.) in quem habuisset ipse Imperator, si eam retinuisset; perpetuo autem habuisset Cæsar, quem Status in territoriis, sibi indultis, repræsentant. Hæc tamen semper intelligenda sunt: salvo Cæs. Maj. apice ac supremitate, cui per hanc nihil detrahitur, sed potius ea augetur. Quanto enim quis præest majoribus, & dignioribus, tanto & ipse major censetur, & dignior Novel. 15. *præfat. f.* Jo. Ja. Vinther *de Republ. th.* 266. 268. 269 ubi pluribꝰ Dn. Speidel. *Voce*: Landes Fürstl. Obr. Et quem in fine in documentis Cæsareis Ct. illa aliàs satis nota: Cum omnibus, & quibuscunque aliis &c. apposita legeretur, nisi omnia illa, quæ vel expresse non sunt reservata, ut: novorũ vectigalium institutio, velim plicant, ut: creare Duces LL. universales sancire, Dn. Jus. Schütz. *de S. R. R. Vol.* 1. *d.* 6. *th.* 4. *lit. D.* & ; jus generis jura alia, quæ in Status cadere nequeunt, Statibus essent licita. Unde & semper, & sine ullius injecto impedimento Germaniæ nostræ Status civitates aut de novo condiderunt, aut communitates civitatum juribus exornarunt. Sic Soxones ante annum 774. post Chr. nat. civitatem Sachsenhausen condiderunt. uti refert Ernest. Brottuff. *in Chron. Anhalt.* Um diese Zeit (nempe anno 774.) haben die Franzosen Franckfurt am Mayn zu bauen angefangen. Aber vor vielen Jahren zuvor haben die Stadt Sachsenhausen die Sachsen erbauet. De ortu celeberrimæ, ob illustrem Academiam, Helmstadinæ civitatis ita legitur: anno 789. hat S. Ludgerus. erster Bischoff zu Münster/ Helmstadt zu bauen/ und zu befestigen angefangen. Diß ist der erste Anfang der Stadt Helmstat. H. Meybaum. Braunschw. Chron. *p. m.* 30. De ortu vero urbis Brunsvigensis sic: Hertzog Braun/ (Senior) hat die Stadt Braunschweig gebauet anno 861. Es war daselbst ein Dorff zuvor/ welches Carol. M. verheret. cit. Meyb. p. 39. De Berlino Electorali sic: Albertus ursus bauete um Anno 1175. die Städte: Berlin/ Bernau. cit. Brottuf. p. 47. De Freiberga nostra: Anno 1175. hat Marggrav Otto von Meissen auß zwey Dörffer eine Stadt namens Freyberg/ erbauet. Petr. Albin. Berg Chron. *T.* 2. *p.* 9. *cit.* Brott. *p. m.* 70. De Lüneburgo: Hertzog Heinrich/ der Löwe/ bauete Lüneburg/ die Stadt/ auß der zerstörten Stadt Bardowick Steinen *cit.* Maybaum. *d. l.* De civitate Schneeberg in Misnia. Nachdem ist 1477. die Stadt

Schneeberg zu bauen angefangen worden. Aber Anno 1479. ist die erste Gemein-Ordnung des Schneeberges durch die Hochlöbl. Landes Fürsten/ Churf. Ernsten/ und Hertzog Albrechten / gegeben worden. Darin ein ordentliches Stadt-Gericht/wie in andern Städten/auf dẽ Schneeberge/ mit Richter und Schöppen bestellet/ und confirmiret worden. & postea: im Jahr 1481. haben vorermeldte Fürsten (verba sunt Albini) den grossen Freyheit Brieff/ wie er genennet wird/ gegeben/ darin unter andern Gericht und Recht besser bestetigt worden. *cit.* Berg Chron. *T. 4. p. m. 3'.* De civitate, Alt Dresden: Anno 1403 am tage Thomæ, des Apostels/ hat Margrav Wilhelm von Meissen den Flecken/ Alten Dresden/ zu einem Weichbilde auffgesetzet/ daß er gleiches Recht/ wie anderer Städte im Lande zu Meissen/ haben/ solte. quæ cimeliis eruditionis PræCl. Viri Dn. Christiani Weckii, Ser. Sax. El. à Secr. Jud. aul. accepta refero. De Annaberga Misniæ: Die Stadt Schreckenoder Annaberg ist von Hertzog Albrechten zu Sachsen angefangen/ und von dessen Sohn/ Hertzog Georgen um 1492. allererst recht zu bauen angefangen worden. Wie wol eines theils setzen/ die Stadt sey biß in das 1498. Jahr verschoben worden. citat Albin. Meißnische L. Chron. *T. 14.* & Berg Chron. *T. 5. & 16.* De Freidenstadio Wurtenbergiæ hoc habe: Im Jahr 1601. hat Hertzog Friedrich von Würtenberg mitten auf dem Schwartzwalde (sic enim illam Hercyniæ partem svevi vocant) und gleichsam im Wagen Rechte desselben/ eine neue Stadt aufbauen/ und dieselbe/ nach seinem Namen/ Friedrichs-Stadt nennen lassen etc. Weil sie aber von Ihm mehrentheils für die Exulanten aus Steir/ etc. damals angefangen worden etc. als haben dieselben solchen Ort Freuden-Stadt genennet. plura & in specie de templo, ejusque suggestu concionatorio, vide in der kleinen Würtemb. Chron. *p. m. 356.* Paucis annis post, nempe anno 1607. d. 24. Jan. Elector palat, Fridericus IV. vicum Mannheim civitatis jure donavit. vide die warhafftigen/ und gewissen Privilegien der Stadt Manheim. 1652. impressa, ubi *p. 3.* hæc leguntur verba: Wie dann J. C. D. die anno 1607. den 24. Jan. durch dero Herrn Großvaters hochlöblicher Gedächtnis den Einwohnern zu Manheim gnädigst ertheilte Privilegien erneuren/ confirmiren, und mit vielen neuen ansehnlichen immunitäten vermehren. etc. ibid. *p. 17.* Et quid de Johan. Georgea Civitate, die Johann Georgen Stadt/ dicam, quam in comparabilis Heros, princeps de Jesu CHRISTI Eccle-

Ecclesia, ac Rep. Rom. Germanica, qua bello, qua pace, meritissimus, fortissima Cujus ausa, ubicunque purior Evangelii doctrina divulgabitur, Ipsum immortali evehet ad Deum laude, ac, quid Ille fecerit, eloquentur; Divus Johannes Georgius, ejus nominis I. Archiprinceps Elector Saxoniæ, Cujus, inquam, Serenitas dictam, ac Illustrissimo Ejus nomini dedicatam civitatem non spernendis sumtibus ac impensis, nec sine contradictione Bohemicorum, qui finium regundorum judicium instituebant hoc prætextu, quasi ultra Electoralis territorii limites in condenda nova urbe fuisset itum, revera autem, ut operi impedimento essent, ac hoc modo Evangelicos illusioni exponerent (Eum enim in finem à Beatissimo Principe constituta est dicta civitas, ut ob Veritatem Verbi è Bohemia pulsi exules eò commodius colonias ducere possent) Sed per Dei gratiam frustra finalis illius quæstionis lapidem moverunt! compertum enim non tantum intra Electorales limites novæ civitatis spatia esse metata, verum & territorii Misnici non condemnendam superesse partem, unde dilatari possit siquidem opus fuerit. Hanc, quæ jam jam in ducentos & ultra cives ad minimum, benedicente Deo, & quidem intra sex annos, excrevit, de novo posuit, condidit, constituit, singularibusque, ad similitudinem cœterorum in Electoratu Sax. metallicorum opidorum, quæ à conditione loci, metallorumque ubertate die Berg Städte vocantur (nam & hæc talis est) privilegiis, ac immunitatibus condecoravit nunquam satis laudandus Elector, nempe: Mit Freyheit auff zubauen eine Kirche/ Gottes Acker/ Pfarr/ und Schulhäuser/ einer freyen Wahl Bürgermeister/ Richter und Rath zu benennen/ Rathauß/ Stadt Wage/ Saltz-Kasten/ Kuttelhof/ Fleisch- und Brodt Bäncke/ auch eine Frohn Veste auffzurichten/ verleihung der Erb oder Unter Gerichte/ verstattung eines groß und kleinē Stat-Insiegel/ mit (NB.) rothē Wachs/ verwilligung zweyer freyen Jahrmärckte/ und eines Wochen Marcks wöchentlich/ vergönnung des Rechts innerhalb der Meile/ und daß sie Schrifftsässig gehalten werden. uti de suis omnibus cum infinitis aliis, habetur in der Confirmation über der Johann Georgen Städter Stadtberechtigung und befreyung *de Anno 1656. 14. Mart.* zu Dresden geschehen. Quam ex communicatione Pr. Cl. Viri Dn. Christophori Wildvogel/ rer. feud. in aula Elect. Sax. Secretarii meritissimi, obtinui. Et hæc exempla, quotquot sint, quamvis plura non desint. vide cit. Tr. de civit. Imperial. *l. 1. c. 6. n. 5. Vers. Et in nostra Germania.* huc ideo congessi, quo pateseat, ne jota quidem extare de ulla ullius confirmationis Cæsareæ impetratione, aut quod consensus ejusdem fuerit reservatus, aut quod ad petitionem alicujus status rati habitio fuerit insecuta, aut quod Imperator has pro nullis declaraverit civitates. Dicere vero: illud per incuriam Historicorum fuisse omissum. Id nihil aliud est, quam fidelem antiquitatem, omni honore dignam summa afficere injuria, falsique, aut certè supinæ negligentiæ in cordato historico minimè ferendæ, accusare quod rem tanti-

ti momenti, crassam per negligentiam, an per dolum potius, literis consignare insuper habuerit. Cum omnis descriptionis laus non minima in eo sit sita, si & principium, quo non aliud sit prius, capiatur, & eo fine, cui nihil decesse videatur, comprehensa narratio terminetur. uti alicubi eleganter Halicarnass. disserit.

Nec credibile est, Imperatorem, ex quo Statibus multo majora concessit, minora ipsis denegaturum. Ut, qui *jure* vitæ ac necis. Vinther. diss. *de Rep. th.* 16. Dn. Speid. *Voce:* Landes F Obr. *n.* 10. & *jure* relaxandi juramenta gaudeat. Magnif. Carpz. *l.* 5. *d.* 2. *n.* 21 LL. in territoriis universales ferre. Arnis. *de I. M.* 2. *c.* 3. *n.* 4. scholas illustres constituere, comitia convocare, monetas cudere aureas. cit. Arnis. *c.* 2. urbes valiis circumdare, beneficium nundinarum particularium & minus solennium conferre possunt quam optime; Jure vero civitatis virum donare, aut civitatem de novo condere non valeant. Quod autem Status jure particularium nundinarum (nam de reliquis huc adductis non adeo lis est) gaudeant in propatulo est. vide Dn. Myl. *de Pr. & St. c.* 58. Dn. Tabor. *not. MSC. ad Ott. Voce: curs. publ.* Keller. *de off. Jur. pol. l.* 2. *c.* 13. Limn. *I. P.* 4. *c.* 8. *n.* 311. quam observantiam etiam secutus est beatissimus noster Saxo, qui Johan. Georgeis duas annuatim provinciales nundinas concessit, de quibus supra. Falsi verò sunt, qui perhibent: veras proprerea non esse nundinas, quia illis durantibus debitores, eorumque bona, arresto detineri possint. **Nam hoc ipsum est quod nego.** Negant id quoque Amplissimus Lauterbachius *Coll. π. pr. T. de nundinis* Dn. Myl. *d. c.* 58. ubi docet: Hæc (nempe de personis, earumque rebus, ob causas civiles privatas, non arestandis tempore nund.) privilegia & nundinis minus solennibus competere quoad subditos. Perez. *in Cod. de nund. n.* 2. aliique Dd. inter quos etiam est laudatus Zahn. citato *Tr. c.* 6. *n.* 1. 2. falsum tamen eum esse puto in eo, quod etiam de nundinis septimanalibus, von denen Wöchentlichen Marck-Tagen/ hoc asserat. *n.* 3. 4. Quod autem quoad Electoratum Saxon. res omni careat scrupulo, docent Constitutiones Divi Augusti *par.* 1. *c.* 30. ubi: Wir wollen aber sonderlich/ daß in allen fällen/ innerhalb der öffentlichen Märckte/ der Händel und Werbungen wegen/ die Freyheit gehalten/ kein Arest statt haben/ auch bürgerlicher Sachen/ und obligation wegen/ niemands angehalten werden soll. Hujus vero constitutionis rubrica ita se habet: wie weit/ und in welchen Personen die Kummer/ sonderlich (NB) in werenden Märckten/ zugestatten. Quæ constitutionis verba certe generalia sunt, nec solas Lipsienses tangunt nundinas. Unde etiam Illustris Juris Sax. interpres, Dn. Bened. Carpz. hebdomadales tantum mercatus nundinis omnibus opponit, ita ut illi solum Electoralis Constitutionis non sint capaces. *I. F. p.* 1. *c.* 30. *d.* 23. ubi præjudicium tale legitur; wie auch andern privilegirten Märckten. Et admisso etiam, quod tempore harum nundinarum arestationibus locus detur, anne exinde statim sequitur, eas isto casu incidere in classem mercatuum hebdomadalium, aut

nun-

nundinas fieri spurias? Cum provinciales, & omnes nundinæ non ab aresti suspensione solum & unice dependeant, sed & (quibusdam in locis) à tributis & vectigalibus concessa immunitate. Dn. Myl. *d. c.* 58. in securitatis conductu. *l. un. C. de nund.* omnis generis mercium importatione & exportatione. *d. l. un ibique* Perez. *n.* 3. Bald. *rubr. X. de cler. peregr.* in negotiorum libero cursu, in öffentlichen Gewerbe/ und freyen Handel und Wandel. Quemadmodum eo tempore, quo nundinæ annuæ V. G. Dresdæ celebrantur, non tantum provinciales quæstum exercere, verum etiam ex Bohemia, Moravia, Silesia &c. advenientes mercatores merces suas exponere videmus. Quod extra illud tempus iis, eadem negotia gesturis, integrum non foret. Sed mitto hæc, ad eos, qui condendarum civitatum jus habent, revertens. Cum itaque in dubio à majori ad minus recte procedatur, & parium eadem sit juris dispositio; nec hoc in casu ista axiomata suo destituentur effectu, sed potius sententiam eorum stabilient, qui docent : penes Germaniæ status vim residere, civitatibus spiritum ac vitam, uti Dd. quos evolvi, fere omnes loquuntur, vid. cit. Zahn. *d. Tr. c.* 2. *n.* 11. concedere posse. Præsertim ubi consuetudo, quemadmodum hic, optima jurium interpres, accedit, quæ & alias de non licito licitum facere potest, unde à Dd. tyrannus vocatur; quia, si semel inveteraverit, rationabilis censetur, nec ullius approbatione opus habet, omni juxta habito respectu, rationabile principium habuerit, nec ne. Barbosa & Dd. comm. Huc facit temporis cursus, cujus initii memoria non extat in contrarium. Unanimis enim Dd. est consensus, regalibus, imo & ipsis reservatis, quamvis contra ignorantem quoque Imperatorem intra hoc tempus, quod memoriam sc. excedit, præscribi posse. Dom. Arum. *Vol* 5. *d.* 2. *c.* 11. Jo. Goedd. *Disp. feud. p. m.* 34. *n.* 10. (reservata autem intelligo, uti antea à me dictum, ea, quæ sine opposito communicari possunt. Dn. Myl. *c.* 36. *p. m.* 343. quo in sensu accipio, quæ tradit Obrecht *de Jurisd. c.* 4. *n.* 24. Arnis. *de* I. *M.* 2. *c.* 2. *n.* 5. Cæterum ab Obrechto allegata capitula nihil penitus probant. Magnif. Dn. Hahn. *ad VVes. de Jurisd. n.* 14. *Verbis : finitur)* nec eam ex successorum personis infirmari. Ampliss. Dn. Arn. Rath. *Tractatu, quem in sui memoriam mihi dono dedit, de usuc. & præscr. p. m.* 167. Canonistæ *ad c.* 26. *Vers. præterea X. de V. S.* Omnes enim res, quæ nec longo tempore, nec 30, nec 40, nec 100. annis præscribi possunt, immemorialis temporis lapsu acquiruntur. (Differunt enim præscriptio centum annor. & temporis immemor &c. Magnif. Carpz. *p.* 1. *c.* 16. *d.* 74. *n.* 7.) Arnis. *d. l.* 2. *c.* 2 *n.* 6. Aug. Barbos. Tab. *Voce : præscriptio. n.* 20 Gebhard. *de usucap.* Quia vim privilegii, & concessionis hæc præscriptio in se continet. Arum. post multos à se allegatos *vol.* 5. *d.* 2. *p. m.* 115 Myns. *c.* 1. *O.* 30. ubi: *in hac præscriptione non est necessaria tituli allegatio, nec in contrarium probatio admittitur. Quia semper & titulus & fides hac in præscriptione præsumitur, etiamsi non allegetur: quia tanto tempore possessum præsumitur ab authoribus suis juste esse possessum.* Jo. Franc. Balbus *Tr. de præscript. p. m.* 120. *n.* 18. Jam autem

Status

Status ab aliquot seculis jus civitatem concedendi quasi possedisse, & sic immemorialis temporis præscriptione, sine ulla interruptione acquisivisse, præter istorum temporum annales, & ex iis pauca antea producta exempla satis commonstrant, ac confirmant. Quæ cum ita sese habeant, quid obstat; quo minus penes Germani Germani Imperii Status jus civitates constituendi existat.

Jam ad dissentientium argumenta, & quidem ad I. respondeo: Casalensium exemplum huc nihil facere. Quid enim ad nos, qui extra Germaniam sunt, & pari jure cum Germaniæ Statibus non ubique gaudent. Incolas vero in Comitatu Werthheim quod concernit, fateor illorum Comitem non peccasse, quando in rem illam Cæsareum requisivit consensum, attamen inde minime sequitur, quod talis impetratio de necessitate fuerit. Sæpe enim minorum gentium Status ob vicinorum potentiam, æmulationem, avita odia, aliaque sexcenta quid faciunt conservandi sui causa, quo tamen rem ad potentiores minime opus habent, quippe extra angustias fortunæ constituti. Ad II. regero argumentum: quod mandatum illud inhibitorium ad sollicitationem alicujus fuerit emissum. Dom. Arumæ. *Vol. 3. disc. 14. p. m.* 432. docebunt itaque adversarii, preces illius veritate fuisse nixis. Secus rescriptum illud non subsistet. Henr. Alers *de Rescript. gratiæ aph.* 9. exhibeant quoque dissentientes exceptionis defensionem, qua reus utique audiendus est. Per vulgata. Et esto, interruptam esse per hunc unicum actum præscriptionem, de qua egimus, attamen exinde non sequitur: E. omnium Statuum præscriptio est interrupta. Præscriptionis enim quoad tertium nulla est interruptio Bach. ad Treutl. *Vol. 2. d. 22 th. 1. lit. H. f. th. 7. lit. F. f.* Salvum itaque perstat cæterorum Statuum jus. Quod autem nec Mansfeldii Comitis præscriptio per hanc prohibitionem fuerit interrupta, patet inde, quia ille actus, quem Dd. etiam unicum sufficientem concedunt ad usurpandam quasi possessionem, ante completam præscriptionem intercedere debuisset. Balbus *de præscript, p. m.* 564. Et posito iterum, interruptam esse, attamen nec hodie quicquam dicto Comiti id obesse potest, cum inhibitionis ejus nulla unquam ratio habita, sed semper in contrarium itum fuit. Si itaque mandatum hoc inhibitorium status ligare debeat, ostendendum erit, usu illud & observantia à Statibus unquam fuisse receptum. H. Treutl. *Vol. 1. d. 1. th. 5. B.* Interea potius contrarium observatum esse, tempora præsentia docent. III. argumentum, quod ab authoritate est desumtum, friget; quippe authoritatem authoritati oppono. Neque enim Scabini Lipsienses, quorum præjudicium annectit. Magnif. Carpz. *p. 2. c. 6. d. f.* Dn Klock *de contribut.* & alii, quos refert Dn. Lauterbach. Præceptor meus honorandiss. qui ejusdem quoque est sententiæ, uti videre est in sæpe citato Comm. ad *L. Civitas. c. 3. §. 3.* inferioris sunt conditionis, quam supra allegati Dd. vetustate, non jurisprudentia, prævalentes. IV. argumentum propter ipsam rei evidentiam in fumum abit. conf. Marq. Freher *Comm. in Const. Adolphi Regis Rom. p. m.* 616. Dn. Myl. *dicto Tr. c. 77. ubi 1 Status jus muniendi, ac civitatum muros fortificandi, item ex-*

truendi

tenendi arces & fortalitia habent, etiam non requisito Imperatoris consensu &c. adde Dn. Speid. *Voce*: Festung. V argumentum ex *l. un.* C. deductum probatione destituitur. Quæstio enim ibi vertitur hæc: an in una aliqua provincia Græcus Imperator duas constituere possit metropoles? Ant. Perez. *C. d. Tit.* hic vero quæritur: an Status immediati in imperio Rom. Germanico possint alicui vico *jus civitatis* conferre, aut de novo civitatem exstruere? Quid vero citata L. in casu, de quo non loquitur, decidere possit, non video. Et quamvis huc tandem torqueri possit, attamen non statim stringit, cum jura hæc eatenus valeant, quatenus à Statibus sint recepta. Dn. Limn. 1. *c.* 3. *n.* 5. Imo hodierni Imperii facies à prisco illo Romanorum statu toto cœlo sit diversa, & à pristino illo jure publico ad modernum in plerisque non nisi ridiculè argumentaberis. VI. usus hodiernus ille ipse est, qui dissentientium enervat dogma. VII. Saxonici Juris allegatio particularem solummodo inducit conclusionem, nempe quod tantum illi status, qui *jure* Sax. utuntur, civitates constituere nequeant. Verum & hic locum habet quod Julius Papa scribit: Regula vestra nullas habet vires, nec habere poterit. *c.* 2. *dist.* 17. Cum Jus Saxonum eatenus vires acquirat, quatenus consvetudine est receptum. Magna enim differentia est inter Jus Sax. ipsum & ejus observantiam. Lud. Person. Quæst. Heig *p.* 2. *q.* 17. *n.* 44. Georg. Schultz *synop. Inst. prolegom Vers. diligenter tamen.* ubi pluribus. IIX. Turdus sibi ipsi malum parit. Nam, dum de expresso desperant Imperatoris consensu experito, ad Ejus tacitum, tanquam ad sacram anchoram, confugiunt, nullatenus tamen trutinantes, eo eos ipso victas, vinctasque porrigere manus, dum per tacitum consensum, qui nihil aliud, quam patientia est, hanc, de qua hactenus, introduci seu consuetudinem s. præscriptionem, libere ac pleno ore fatentur.

CAP. VI.

Postquam singula singulatim inspecta sunt vocabula, restat, ut conjunctim ea contemplemur. *Jus* autem *civitatis* tam Latino idiomate, quam nostra vernacula, polysemon est. Illic accipitur I. pro potestate dandi *jus* civitatis. Ampliss. Dn. Henr. Hahn. *not. ad VVes. ad Municip.* II. pro concesso alicui communitati *jure* civitatis. Hinc: der Ort hat StadtRecht. III. pro *jure* statutario, s. institutis civium. Corn. Nep. XIII. *c.* 4. *f.* ubi *patria sanctiora jura.* IV. pro facultate, ex qua quis civitatis juribus uti potest. *l.* 2. *C. de municip.* Quæ acceptio hujus loci est. Germanicum: das BürgerRecht/ varias itidem recipit significationes. I. sumitur pro pecunia, quam quis civilitatis causa, des BürgerRechts wegen/ solvit. vide der Churf. S. Residentz-Stadt Dreßden Statuta, ubi: erlegung des BürgerRechts *c.* 1. *§.* 1. *f.* & Chur S. Erledigung 1653. & 1657. Tit. von *Just.* Sachen. *n.* 103. alias vocatur: das Bürger-Geld. Excellentiss. Dn. Hahn. *d. l.* II. denotat jus civitati collatum, per quod civitas dicitur, das StadtRecht / wann ein Ort zu einem Weichbilde außgesetzet wird. Quomodo illa vocula in privilegio, quod inclytus Princeps, Wilhelmus Marchio Misniæ, veteri-Dresdensibus concessit, expresse ita usurpatur. III. significat dictam facultatem, & à nostratibus vertitur?

sunt armati; sed tantum nudi audiunt ministri & executores eorum, quæ in mandatis ipsis dederunt Præfecti, quibus subsunt. Unter welches Ambt sie gehören; aut ii, quorum jurisdictio est. Et si quid absque mandato agunt, aut punibile est, aut ex mora periculum eos excusat. uti de fuga suspectum in vincula conjicere. Quod vero contractus coram his Scabinis confectos attinet, illi non propterea firmi sunt, quia coram iis sunt celebrati, quippe fere privatæ sunt personæ; sed quia à judice provinciali vom AmbtSchöffer/ cujus præfecturæ pagus subjacet, illorum contractuum rati habitio accessit. Hæc autem confirmatio superflua & frustranea foret, si contractus alias vi jurisdictionis subsisterent. Vir summus Dn Lauterbach. *Tr. de Volunt. Jurisd. th. ult.* Quando vero præsentibus Scabinis rusticis contrahitur, hanc ob rationem fit, ut una contrahentium pars, in casu ubi altera resilite, aut dolos nectere velit, habeat, quibus causæ suæ justitiam probare possit. Sunt itaque dicti Scabini nihil aliud, quam ordinarii ac publice constituti rerum coram ipsis gestarum quasi testes. Qua ex causa neminem advenam in pagos suos, proprio ausu, recipere queunt die Dorf-Gerichte/ sed Præfecti arbitrio hoc relinquere necesse habent. Sed mechanici in pagis habitant? fateor; verum commercia ibi non exercent, officinas non aperiunt, merces non exponunt, forum enim venalium rerum non habent, operam ibi non elocant, collegia non instituunt; nec licet, sed tanquam meri vivunt rustici, & si quam artem noverint, eam in urbe exercent. Prout expressè talia civibus competentia commercia rusticis interdicta leguntur in der ChurS. Polic. ey 1612. *T.* von *Justit.* Sachen *n 26. &c.* & Resolut. *de ann. 1653. & 1657, T.* von *Just. S. n. 118 vers.* und aber. ubi: das ein Stand neben den andern hinkommen. Bauren ihres pflügens / und Ackerwercks warten / damit unter andern Ständen / und Bauern ein unterscheid zu finden. *& eod. n. 105.* Conveniunt hæc cum illis, quæ Megalander Lutherus in der HaußPostill *Dom. Septuag.* habet, quando docet: Ein Bauer führt ein ander Leben und Stand / denn ein Bürger / ein Fürst ein anders / denn ein Edelman. Da ist alles ungleich / und sol ungleich bleiben. Sic pagi, qui intra milliare agri Dresdensis existunt, nullum sutorem, sutrinam exercentem, recipere aut tolerare debent. Ob privilegium speciale à Divo Augusto Electore sutoribus Dresdensibus datum. Nec, quod in uno vel altero pago faber ferrarius aut textor habitet, Churf. Ernsts LandesOrdn vers. Es soll auch niemands. ex eo statim civitas vocari potest; Cum à potioribus, non à paucioribus, fieri debeat denominatio, nec unius vel alterius rei commoditas efficiat, ut ex pago oriatur civitas. Quia in uno vel altero opificio nec Resp. sufficientia, nec ordo consistit. Illæ vero demum communitates civitatum merentur nomen, quæ rebus ad vitam humanam necessariis omnibus, aut potioribus instructæ sunt, & ut easdem exercere liceat, privilegio munitæ, prout quidem hodierni sunt mores, & latè tradunt Politici. Unde nec cerevisiam coquendi jus ex rusticis cives facit. Nam præterquam quod

intra

intra milliare circumcirca civitatibus adjacentes pagi hoc jus non habeant, quia ii ex illis civitatibus, intra quatum milliare siti sunt, cerevisiam jam coctam evehere tenentur. Magnif. Carpz. *p. 2. c. 6. d. 4. n. 1.* quod tamen nec promiscue omnes facere possunt, sed iis tantum hoc est permissum, qui propriam in pagis cauponam possident, Magnif. Carpz. *d. c. 6. d. 5.* ipsi etiam ultrà milliare siti pagi hoc coquendi jure regulariter carent, nisi illorum cauponæ ejus sint qualitatis, ut in iis cerevisia licite coqui queat, quales cauponæ in Misnia vocantur: **Erbschencken/ Erbkrätschmar.** evolve Corpus nov. Sax. & in eo **Churf. Ernsts LandesOrdn.** *p. m. 9. & passim.* Ex quibus omnibus patescit, tantum abesse, ut pagi simplices Misnici civitatum æmuli vere sint, ut ne quidem ex pleno cum pagis VVürtembergicis conferri queant, quippe cujus Ducatus pagi fere omnes balnea, fora, commercia, nundinas annuas, Sculretos, Consules, scabinos cum aliqua jurisdictione, uti etiam Jus ipsum civitatis, **das BürgerRecht/** in exercitio habent. vide omnino laudatum JC. Dn. Lauterbachium *in comm. ad difficil. l. Civitas. c. 3. §. 2.*

CAP. V.

Porro notum est, quod ad Civitatis constitutionem, **einem Orte das Stadt-Recht geben/** sive: **mit WeichFried begnadigen/** Dn. Speidel. *spec. Voce:* **Handschuch.** præter voluntatem Principis, urbem suo in territorio condentis, etiam Imperatoris concessionem, præsupponentes sc. quod hoc de reservatis Ejus sit, requirendam plerique omnes autument, qui in jure publico operam navarunt, præprimis Matth. Steph. *de Jursd. l. 2. p. 1. c. 1. membr. 2. n. 113 &c.* Dom. Arum. *I. P. Vol. 2. disc. 7. p. m. 80. discurs. 9. p.* 238. *Vol. 3. disc. 8. p.* 432. *Vol. 5. disc. 2. p.* 130. Dn. Jo. Limnæus *l. P. l. 2. c. 9. n.* 128. *&c. & in add. p. m.* 25. Ja. Lampad. *de R. R. G. p. 3. c.* 14. P. Matth. VVehn. *obs. Voce:* **StadtRecht.** Dn. Jus. Sinolt. **Schütze** *de S. R. R. Vol. 1. disp. 8. th.* 21. Dn. Speid. *Voce:* **Stadt.** Henr. Bruning. *diss. de V. U. S. th.* 13. Chass. *Catal. glor. mund p. 5. n.* 190. citatus **Knipschild** *l. 1. c. 6. n. 6.* Balth. Conrad. **Zahn.** Ichnogr. *munic. c. 2. n. 12. &c.* &c. qui hos omnes novissime secutus est, Stamlerus *acroam. de ReserVat. p.* 297. Rationes in quas ferme jurasse videntur, ut plurimum hæ sunt. Quia I. Imperator olim Casalensibus jus civitatis dedit, et II. & incolis **zu Schwanenberg und Lautembach/** in Comitatu VVertheimensi. III. Quia Maximilianus I. mandato inhibitorio Comitem Mansfeldiæ inhibuit, ne cuidam prope Islebiam sito vico jus civitatis propriâ authoritate conferret. III. quia Vaiascus. Thom. Michael, Innocent. Lancell. & alii soli jus de reservatis Imperatoris hanc potestatem esse volunt. IV. Quoniam jus muniendi muros & portas, uti author est H. Arnis. de Jure Maj. *l. 2. c. 5. n.* 18. soli competat Cæsari. V. adducunt in rem suam *l. un. C. de metrop. Beryto.* VI. argumentantur ab usu hodierno. VII. à Jure Sax. **LandR. und Weichbild.** IIX. volunt quidam ad minimum tacitum Augustissimi Imperatoris consensum accedere debere. Dom. Arum. *Vol. 3. d. 14. Vol. 5. d. 2. p. m.* 130. *citat* Stamler *p.* 298. Ob adducta argumenta supra laudati Viri adeo firmiter credunt, penes solam Cæs. Maj. civitatis aut constituendæ aut concedendæ jus residere. ut,

si quis absque illius approbatione civitatem condiderit, ea neque civitas, neque jura civitatis habere putetur. Dn. Speid. Voce: Stådt.

Verum enim vero cum hæc omnia parum ferire videantur, potius eorum assertionem sequendam esse duco, qui testantur, cœteris quoque in Germania Principib9 & Statibus hāc potestatē cōpetere. Rationes credo esse has. Quia inter alia tam majora quam minora regalia, ab Imperatore concessa, etiam facultas universitatem aliquam jure civitatis donare in investitura, aut ejus renovatione, conceditur, ac offertur. In confesso enim est omnium, quod, quæcunque sibi Cæsar, cum Ipsi ab Electoribus Imperium confertur, non reservat, aut ejus Maj. Electores non reservant per Capitulationem, uti communiter conventio illa vocatur, illa omnia cum statibus communicentur; Nisi talia sint, quæ aut certis officiis, officialibusve S. R. I. sint annexa, aut sua natura sint incommunicabilia, ita ut simul, salva Majestate, ad alios transire nequeant status i. e. ex qua concessione aut Majestas impeditur, aut obedientia statuum tollitur. H. Arnis. *de I. Maj.* 2. c. 2. n. 7. Jam nullibi extat talem quoad constituendas urbes reservationem vel ab Augustis Imperatoribus, vel à Sereniss. Electoribus adhibitam fuisse, aut quod ullus Imperatorum, præterquam Divus Maximil. I. (cui objectioni postea respondebo) ulli Statui, jura civitatis communitati alicui concedere volenti, contradixerit. Quemadmodum nec ullibi inveniri potest per longissima tempora civitatis à Statibus erectas ob id, quod Imperatoris consensus haud fuerit requisitus, juribus suis excidisse, aut urbium nomine non fuisse gavisas. Unde non mirum, cur tam rari apparuerint, & vix unus vel alter (de quibus tamen infra) qui in condendis opidis Cæsareum postulaverunt assensum. Cum enim Cæsari non sit reservatum, quare sit Statibus denegatum? Hinc rectè Knichen: Eximens aliquas reservando, reliqua concessisse videtur, quia exceptio & reservatio regulam declarant. *pa. 2. de Invest. pact. c. 1. n.* 113. Casus enim specialiter exceptus confirmat regulam in casibus non exceptis. A. Barb. *Tab. Voce: exceptio, n.* 24. *ubi: qui quadam excipit, de cæteris accuratius cogitasse videtur* &c. Et in hanc sententiam hodierni Politici Regalium Status Imperii concernentium peritissimi intrepide eunt, ac illam evincunt, dicentes: Serenissimos Imperii Rom. Germanici Principes & Status privilegia jus civitatis concedentia absque dubio tribuere posse, können Stadt-Berechtigung/ und Befreyung ertheilen/ non tantum ob regalia, quibus longe lateq; gaudent, sed Jure territorialis superioritatis. Von Landes-Oberherrligkeit: Von hoher Landes-Fürstl. Obrigkeit; Von hoher Landes-Obrigkeit wegen. sive, ut Constitutiones Saxonicæ ante centum annos locutæ sunt: Auß Chur und Fürstl. Macht und Gewalt (differunt enim hæc: Regalia habere, & superioritate gaudere. nec semper conjuncta sunt. Dn. Tabor. *in not. MSC. ad Ott. Jur. Publ. sub. dictrina de regalib.*) Quæ superioritas summum, ac vere majestaticum vocatur Jus. Dn. Nic. Myler. *de Pr. & St.* c. 36. Quia summi, post Imperatorem, Imperii potestatem comprehendit; Adeo ut memoratis Statibus ratione Vasallorum (inter quos & S. R. I. Comites, ac Barones sæ-

pe numerantur) atque subditorum directe & proprio Jure, non administratorio, hæc competat, eorumque personis, modo sint Duces, Principesque, Fürsten und Fürstmässige Dn. Speid. *Voce:* Landesfürstl. Obr. perpetuo inhæreat, nec temporis spatio terminetur. Magnus Lansius disc. *de L. R. th.* 55. 57. qua ratione & Dei Gratia Principes audiunt, quod prædicatum summum, respectu subjectorum, denotat imperium. Dn. Tabor ad Otton, *l. 1. c. 5.* Nam eum in modum Principibus concessa est (quod fit quando Cæsar. iis territoria in feudum concedit. laudatus Speid. *Voce:* Herrlig.) in quem habuisset ipse Imperator, si eam retinuisset; perpetuo autem habuisset Cæsar, quem Status in territoriis, sibi indultis, repræsentant. Hæc tamen semper intelligenda sunt: salvo Cæs. Maj. apice ac supremitate, cui per hanc nihil detrahitur, sed potius ea augetur. Quanto enim quis præest majoribus, & dignioribus, tanto & ipse major censetur, & dignior Novel. 15. *præfat. f.* Jo. Ja. Vinther *de Rep. bl. th.* 266. 268. 269 ubi pluribꝰ Dn. Speidel. *Voce:* Landes Fürstl. Obr. Et quem in fine in documentis Cæsareis Cl. illa alia, satis nota; Cum omnibus, & quibuscunque aliis &c. apposita legeretur, nisi omnia illa, quæ vel expresse non sunt reservata, ut novorũ vectigalium institutio. velimplicant, ut: creare Duces LL. universales sancire, Dn. Jus. Schütz. *de S. R. R. Vol. 1. d. 6. th. 4. lit. D.* & [illegible] jus generis jura alia, quæ in Status cadere nequeunt, Statibus essent licita. Unde & semper, & sine ullius injecto impedimento Germaniæ nostræ Status civitates aut de novo condiderunt, aut communitates civitatum juribus exornarunt. Sic Soxones ante annum 774. post Chr. nat. civitatem Sachsenhausen condiderunt. uti refert Ernest. Brottuff. *in Chron. Anhalt.* Um diese Zeit (nempe anno 774.) haben die Franzosen Franckfurt am Mayn zu bauen angefangen. Aber vor vielen Jahren zuvor haben die Stadt Sachsenhausen die Sachsen erbauet. De ortu celeberrimæ, ob illustrem Academiam, Helmstadinæ civitatis ita legitur: anno 789. hat S. Ludgerus, erster Bischoff zu Münster/ Helmstadt zu bauen/ und zu befestigen angefangen. Diß ist der erste Anfang der Stadt Helmstat. H. Meybaum. Braunschw. Chron. *p. m.* 30. De ortu vero urbis Brunsvigensis sic; Hertzog Braun/ (Senior) hat die Stadt Braunschweig gebauet anno 861. Es war daselbst ein Dorff zuvor/ welches Carol. M. verheret. cit. Meyb. p. 39. De Berlino Electorali sic: Albertus ursus bauete um Anno 1175. die Städte: Berlin/ Bernau. cit. Brottuf. p. 47. De Freiberga nostra: Anno 1175. hat Marggrav Otto von Meissin auß zwey Dörffer eine Stadt namens Freyberg/ erbauet. Petr. Albin. Berg Chron. *T. 2. p. 9. cit.* Brott. *p. m.* 70. De Lüneburgo: Hertzog Heinrich/ der Löwe/ bauete Lüneburg/ die Stadt/ auß der zerstörten Stadt Bardowick Steinen *cit.* Maybaum. *d. l.* De civitate Schneeberg in Misnia. Nachdem ist 1477. die Stadt

Schneeberg zu bauen angefangen worden. Aber Anno 1479. ist die erste Gemein-Ordnung des Schneeberges durch die Hochlöbl. Landes Fürsten/ Churf. Ernsten/ und Hertzog Albrechten / gegeben worden. Darin ein ordentliches Stadt-Gericht/ wie in andern Städten/ auf dē Schneeberge/ mit Richter und Schöppen bestellet/ und confirmiret worden. & postea: im Jahr 1481. haben vorermeldte Fürsten (verba sunt Albini) den grossen Freyheit Brieff/ wie er genennet wird/ gegeben/ darin unter andern Gericht und Recht besser bestetigt worden. *cit.* BergChron. *T. 4. p. m. 37.* De civitate, Alt Dresden: Anno 1403 am tage Thomæ, des Apostels/ hat Margrav Wilhelm von Meissen den Flecken/ Alten Dresden/ zu einem Weichbilde auffgesetzet/ daß er gleiches Rechte/ wie anderer Städte im Lande zu Meissen/ haben/ solte. quæ cimeliis eruditionis PræCl. Viri Dn. Christiani Weckii, Ser. Sax. El. à Secr. Jud. aul. accepta refero. De Annaberga Misniæ: Die Stadt Schreckenberg oder Annaberg ist von Hertzog Albrechten zu Sachsen angefangen/ und von dessen Sohn/ Hertzog Georgen um 1492. allererst recht zu bauen angefangen worden. Wie wol eines theils setzen/ die Stadt sey biß in das 1498. Jahr verschoben worden. citat Albin. Meißnische L. Chron. *T. 14.* & BergChron. *T. 5. & 16.* De Freidenstadio Wurtenbergiæ hoc habe: Im Jahr 1601. hat Hertzog Friedrich von Würtenberg mitten auf den Schwartzwalde (sic enim illam Hercyniæ partem svevi vocant) und gleichsam im WagenRechte desselben / eine neue Stadt aufbauen/ und dieselbe/ nach seinem Namen/ Friedrichs-Stadt nennen lassen etc. Weil sie aber von Ihm mehrentheils für die Exulanten aus Steir/ etc. damals angefangen worden etc. als haben dieselben solchen Ort Freuden-Stadt genennet. plura & in specie de templo, ejusque suggestu concionatorio, vide in der kleinen Würtemb. Chron. *p. m. 356.* Paucis annis post, nempe anno 1607. d. 24. Jan. Elector palat. Fridericus IV. vicum Mannheim civitatis jure donavit. vide die warhafftigen / und gewissen Privilegien der Stadt Manheim. 1652. impressa, ubi *p. 3.* hæc leguntur verba: Wie dann J. C. D. die anno 1607. den 24. Jan. durch dero Herrn Großvaters hochlöblicher Gedächtnis den Einwohnern zu Manheim gnädigst ertheilte Privilegien erneuren / confirmiren, und mit vielen neuen ansehnlichen immunitäten vermehren. etc. ibid. *p. 17.* Et quid de Johan. Georgea Civitate, die Johann GeorgenStadt, dicam, quam incomparabilis Heros, princeps de JESU CHRISTI

Eccle-

Ecclesia, ac Rep. Rom. Germanica, qua bello, qua pace, meritissimus, fortissima Cujus ausa, ubicunque purior Evangelii doctrina divulgabitur, Ipsum immortali evehet ad Deum laude, ac, quid Ille fecerit, eloquentur; Divus Johannes Georgius, ejus nominis I. Archiprinceps Elector Saxoniæ, Cujus, inquam, Serenitas dictam, ac Illustrissimo Ejus nomini dedicatam civitatem non spernendis sumtibus ac impensis, nec sine contradictione Bohemicorum, qui finium regundorum judicium instituebant hoc prætextu, quasi ultra Electoralis territorii limites in condenda nova urbe fuisset itum, revera autem, ut operi impedimento essent, ac hoc modo Evangelicos illusioni exponerent (Eum enim in finem à Beatissimo Principe constituta est dicta civitas, ut ob Veritatem Verbi è Bohemia pulsi exules eò commodius colonias ducere possent) Sed per Dei gratiam frustra finalis illius quæstionis lapidem moverunt! compertum enim non tantum intra Electorales limites novæ civitatis spatia esse metata, verum & territorii Misnici non condemnendam superesse partem, unde dilatari possit siquidem opus fuerit. Hanc, quæ jam jam in ducentos & ultra cives ad minimum, benedicente Deo, & quidem intra sex annos, excrevit, de novo posuit, condidit, constituit, singularibusque, ad similitudinem cœterorum in Electoratu Sax. metallicorum opidorum, quæ à conditione loci, metallorumque ubertate die Berg Städte vocantur (nam & hæc talis est) privilegiis, ac immunitatibus condecoravit nunquam satis laudandus Elector, nempe: Mit Freyheit auff zubauen eine Kirche/ Gottes Acker/ Pfarr/ und Schulhäuser/ einer freyen Wahl Bürgermeister/ Richter und Rath zu benennen/ Rathauß/ Stadt Wage/ Saltz-Kasten/ Kuttelhof/ Fleisch- und Brodt Bäncke/ auch eine Frohn Veste auffzurichten/ verleihung der Erb oder Unter Gerichte/ verstattung eines groß und kleine Stadt-Insiegel/ mit (NB.) rothe Wachs/ verwilligung zweyer freyen Jahrmärckte/ und eines Wochen Marcks wöchentlich/ vergönnung des Rechtes innerhalb der Meile/ und daß sie Schrifftsässig gehalten werden. uti de suis omnibus cum infinitis aliis, habetur in der Confirmation über der Johann Georgen Städter Stadtberechtigung und befreyung *de Anno 1656. 14. Mart.* zu Dresden geschehen. Quam ex communicatione PræCl. Viri Dn. Christophori Wildvogel/ rerfeud. in aula Elect. Sax. Secretarii meritissimi, obtinui. Et hæc exempla, quotquot sunt, quamvis plura non desint. vide cit. Tr. de civit. Imperial. *l. 1. c. 6. n. 5. Vers. Et in nostra Germania.* huc ideo congessi, quo pareseat, ne jota quidem extare de ulla ullius confirmationis Cæsareæ impetratione, aut quod consensus ejusdem fuerit reservatus, aut quod ad petitionem alicujus status rati habitio fuerit insecuta, aut quod Imperator has pro nullis declaraverit civitates. Dicere vero: illud per incuriam Historicorum fuisse omissum. Id nihil aliud est, quam fidelem antiquitatem, omni honore dignam summa afficere injuria, falsique, aut certè supinæ negligentiæ, in cordato historico minimè ferendæ, accusare quod rem tan-

ti momenti, crassam per negligentiam, an per dolum potius, literis consignare insuper habuerit. Cum omnis descriptionis laus non minima in eo sit sita, si & principium, quo non aliud sit prius, capiatur, & eo fine, cui nihil decesse videatur, comprehensa narratio terminetur, uti alicubi eleganter Halicarnass. disserit.

Nec credibile est, Imperatorem, ex quo Statibus multo majora concessit, minora ipsis denegaturum. Ut, qui *jure vitæ ac necis*. Vinther. diss. *de Rep. th.* 16. Dn. Speid. *voce:* Landes F Obr. *n.* 10. & *jure relaxandi juramenta* gaudent. Magnif. Carpz. *l.* 5. *d.* 2. *n.* 21 LL. in territoriis universales ferre. Arnis. *de l. M.* 2. *c.* 3. *n.* 4. scholas illustres constituere, comitia convocare, monetas cudere aureas. cit. Arnis. *c.* 2. urbes valliis circumdare, beneficium nundinarum particularium & minus solennium conferre possunt quam optime; Jure vero civitatis vicum donare, aut civitatem de novo condere non valeant. Quod autem Status jure particularium nundinarum (nam de reliquis huc adductis non adeo lis est) gaudeant in propatulo est. vide Dn. Myl. *de Pr. & St. c.* 58. Dn. Tabor. *not. MSC. ad Ott. voce: curs. publ.* Keller. *de off. Jur. pol. l.* 2. *c.* 13. Limn. *I. P.* 4. *c.* 8. *n.* 311. quam observantiam etiam secutus est beatissimus noster Saxo, qui Johan. Georgeis duas annuatim provinciales nundinas concessit, de quibus supra. Falsi verò sunt, qui perhibent: veras propterea non esse nundinas, quia illis durantibus debitores, eorumque bona, arresto detineri possint. Nam hoc ipsum est quod nego. Negant id quoque Amplissimus Lauterbachius *Coll. Th. pr. T. de nundinis* Dn. Myl. *d. c.* 58. ubi docet: Hæc (nempe de personis, earumque rebus, ob causas civiles privatas, non arestandis tempore nund.) privilegia & nundinis minus solennibus competere quoad subditos. Perez. *in Cod. de nund. n.* 2. aliique Dd. inter quos etiam est laudatus Zahn. citato *Tr. c.* 6. *n.* 1. 2. falsum tamen eum esse puto in eo, quod etiam de nundinis septimanalibus, von denen Wöchentlichen Marck-Tagen/ hoc asserat. *n.* 3. 4. Quod autem quoad Electoratum Saxon. res omni careat scrupulo, docent Constitutiones Divi Augusti *par.* 1. *c.* 30. ubi: Wir wollen aber sonderlich/ daß in allen fällen/ innerhalb der öffentlichen Märckte/ der Händel und Werbungen wegen/ die Freyheit gehalten/ kein Arest statt haben/ auch bürgerlicher Sachen/ und obligation wegen/ niemands angehalten werden soll. Hujus vero constitutionis rubrica ita se habet: wie weit/ und in welchen Personen die Kummer/ sonderlich (NB) in werenden Märckten/ zugestatten. Quæ constitutionis verba certe generalia sunt, nec solas Lipsienses tangunt nundinas. Unde etiam Illustris Juris Sax interpres, Dn. Bened Carpz. hebdomadales tantum mercatus nundinis omnibus opponit, ita ut illi solum Electoralis Constitutionis non sint capaces. *l. F. p.* 1. *c.* 30. *d.* 23. ubi præjudicium tale legitur; wie auch andern privilegirten Märckten. Et admisso etiam, quod tempore harum nundinarum arestationibus locus detur, anne exinde statim sequitur, eas isto casu incidere in classem mercatuum hebdomadalium, aut

nun-

nundinas fieri spurias? Cum provinciales, & omnes nundinæ non ab arcsti suspensione solum & unice dependeant, sed & (quibusdam in locis) à tributis & vectigalibus concessa immunitate. Dn. Myl. *d. c.* 58. in securitatis conductu. *l. un. C. de nund.* omnis generis mercium importatione & exportatione. *d. l. un ibique* Perez. *n.* 3. Bald. *rubr. X. de cler. peregr.* in negotiorum libero cursu, in öffentlichen Gewerbe/ und freyen Handel und Wandel. Quemadmodum eo tempore, quo nundinæ annuæ V. G. Dresdæ celebrantur, non tantum provinciales quæstum exercere, verum etiam ex Bohemia, Moravia, Silesia &c. advenientes mercatores merces suas exponere videmus. Quod extra illud tempus iis, eadem negotia gesturis, integrum non foret. Sed mitto hæc, ad eos, qui condendarum civitatum jus habent, revertens. Cum itaque in dubio à majori ad minus recte procedatur, & parium eadem sit juris dispositio; nec hoc in casu ista axiomata suo destituentur effectu, sed potius sententiam eorum stabilient, qui docent: penes Germaniæ status vim residere, civitatibus spiritum ac vitam, uti Dd. quos evolvi, fere omnes loquuntur, vid. cit. Zahn. *d. Tr. c.* 2. *n.* 11. concedere posse. Præsertim ubi consuetudo, quemadmodum hîc, optima jurium interpres, accedit, quæ & alias de non licito licitum facere potest, unde à Dd. tyrannus vocatur; quia, si semel inveteraverit, rationabilis censetur, nec ullius approbatione opus habet, omni juxta habito respectu, rationabile principium habuerit, nec ne. Barbosa & Dd. comm. Huc facit temporis cursus, cujus initii memoria non extat in contrarium. Unanimis enim Dd. est consensus, regalibus, imo & ipsis reservatis, quamvis contra ignorantem quoque Imperatorem intra hoc tempus, quod memoriam sc. excedit, præscribi posse. Dom. Arum. *Vol* 5. *d.* 2. *c.* 11. Jo. Goedd. *Disp. feud. p. m.* 34. *n.* 10. (reservata autem intelligo, uti antea à me dictum, ea, quæ sine opposito communicari possunt. Dn. Myl. *c.* 36. *p. m.* 343. quo in sensu accipio, quæ tradit Obrecht *de Jurisd. c.* 4. *n.* 24. Arnis. *de* I. *M.* 2. *c.* 2. *n.* 5. Cæterum ab Obrechto allegata capitula nihil penitus probant. Magnif. Dn. Hahn. *ad VVes. de Jurisd. n.* 14. *Verbis: finitur)* nec eam ex successorum personis infirmari. Ampliss. Dn. Arn. Rath. *Tractatu, quem in sui memoriam mihi dono dedit, de usuc. & præscr. p. m.* 167. Canonistæ *ad c.* 26. *Vers. præterea X. de V. S.* Omnes enim res, quæ nec longo tempore, nec 30, nec 40, nec 100. annis præscribi possunt, immemorialis temporis lapsu acquiruntur. (Differunt enim præscriptio centum annor. & temporis immemor &c. Magnif. Carpz. *p.* 1. *c.* 16. *d.* 74. *n.* 7.) Arnis. *d. l.* 2. *c.* 2 *n.* 6. Aug. Barbos. Tab. *Voce: præscriptio. n.* 20 Gebhard. *de usucap.* Quia vim privilegii, & concessionis hæc præscriptio in se continet. Arum. post multos à se allegatos *vol.* 5. *d.* 2. *p. m.* 115 Mynſ. *c.* 1. *O.* 30. ubi: *in hac præscriptione non est necessaria tituli allegatio, nec in contrarium probatio admittitur. Quia semper & titulus & fides hac in præscriptione præsumitur, etiamsi non allegetur: quia tanto tempore possessum præsumitur ab authoribus suis juste esse possessum.* Jo. Franc. Balbus *Tr. de præscript. p. m.* 120. *n.* 18. Jam autem

Status

tenendi arces & fortalitia habent, etiam non requisito Imperatoris consensu &c. adde Dn. Speid. *Voce*: Festung. V argumentum ex *l. un.* C. deductum probatione destituitur. Quæstio enim ibi vertitur hæc: an in una aliqua provincia Græcus Imperator duas constituere possit metropoles? Ant. Petez. *C. d. Tit.* hic vero quæritur: an Status immediati in imperio Rom. Germanico possint a icui vico *jus civitatis* conferre, aut de novo civitatem exstruere? Quid vero citata L. in casu, de quo non loquitur, decidere possit, non video. Et quamvis huc tandem torqueri possit, attamen non statim stringit, cum jura hæc eatenus valeant, quatenus à Statibus sint recepta. Dn. Limn. 1. *c.* 3. *n.* 5. Imo hodierni Imperii facies à prisco illo Romanorum statu toto cœlo sit diversa, & à pristino illo jure publico ad modernum in plerisque non nisi ridiculè argumentaberis. VI. usus hodiernus ille ipse est, qui dissentientium enervat dogma. VII. Saxonici Juris allegatio particularem solummodo inducit conclusionem, nempe quod tantum illi status, qui *jure* Sax. utuntur, civitates constituere nequeant. Verum & hic locum habet quod Julius Papa scribit: Regula vestra nullas habet vires, nec habere poterit. *c.* 2. *dist.* 17. Cum Jus Saxonum eatenus vires acquirat, quatenus consvetudine est receptum. Magna enim differentia est inter Jus Sax. ipsum & ejus observantiam. Lud. Person. Quæst. Heig *p.* 2. *q.* 17. *n.* 44. Georg. Schultz *synop. Inst. prolegom Vers. diligenter tamen.* ubi pluribus. IIX. Turdus sibi ipsi malum parit. Nam, dum de expresso desperant Imperatoris consensu experito, ad Ejus tacitum, tanquam ad sacram anchoram, confugiunt, nullatenus tamen trutinantes, eo eos ipso victas, vinctasque porrigere manus, dum per tacitum consensum, qui nihil aliud, quam patientia est, hanc, de qua hactenus, introducti seu consuetudinem s. præscriptionem, libere ac pleno ore fatentur.

CAP. VI.

Postquam singula singulatim inspecta sunt vocabula, restat, ut conjunctim ea contemplemur. *Jus* autem *civitatis* tam Latino idiomate, quam nostra vernacula, polysemon est. Illic accipitur I. pro potestate dandi *jus civitatis*. Ampliss. Dn. Henr. Hahn. *not. ad VVes. ad Municip.* II. pro concesso alicui communitati *jure civitatis*. Hinc: der Ort hat StadtRecht. III. pro *jure* statutario, s. institutis civium. Corn. Nep. XIII. *c.* 4. *f.* ubi: *patria sanctiora jura*. IV. pro facultate, ex qua quis civitatis juribus uti potest. *l.* 2. *C. de municip.* Quæ acceptio hujus loci est. Germanicum: das Bürger Recht/ varias itidem recipit significationes. I. sumitur pro pecunia, quam quis civilitatis causa, des Bürger-Rechts wegen/ solvit. vide der Churf. S. Residentz-Stadt Dreßden Statuta, ubi: erlegung des BürgerRechts *c.* 1. *§.* 1. *f.* & Churf. S. Erledigung. 1653. & 1657. Tit. von *Justit.* Sachen. *n.* 103. alias vocatur: das Bürger-Geld. Excellentiss. Dn. Hahn. *d. l.* II. denotat jus civitati collatum, per quod civitas dicitur, das StadtRecht / wann ein Ort zu einem Weichbilde außgesetzet wird. Quomodo illa vocula in privilegio, quod inclytus Princeps, Wilhelmus Marchio Misniæ, veteri - Dresdensibus concessit, expresse ita usurpatur. III. significat dictam facultatem, & à nostratibus vertitur:

citur: Er hat das Bürger-Recht erlangt / oder gewonnen. Magnif. Carpz. Processs. *T. 3. art. 1. §. 2. n.* 17. quod ultimum iterum hujus est loci.

Synonyma *Juris Civitatis* quatenus ad hanc rem faciunt, sunt inter alia hæc: ἀνθρωπον (ῥωμαῖον) εἶναι. πολιτείαν κτήσασθαι. *Actor.* XXII. *vers.* 25. & 28. συμπολίτην εἶναι. ad *Ephes.* II. *vers.* 19. Civitatis alicujus esse. C. Nep. *II. c.* 9. *XIIX. c.* 1. sc. civem Cic. pro Cor. Civem effectum esse. *l.* 17. *de statu hom.* Receptum esse in civitatem. *l.* 1. §. 1. *ad Municip.* Donari civitate Sveton. Julio. *c.* 42. in album, in matriculam referri. arg. *l.* 42. *de testam. milit.* quod tamen potius modum resp cit. Recipi in cives A. 8. *c.* 15. Civitatem acquirere. Buxtorf. *ad A. B. c.* 16. Dem Rathe eydlich Verwandt / und Bürger werden. Ins Stadt-Buch eingetragen seyn. Das Bürger-Recht gewinnen Zum Bürger aufgenommen werden. Stat. Dresd. *c.* 1. §. 1 3. 4. De cive Academico sic loqui moris est: Receptus est per Rectorem Universitatis in matriculam. Albo studii universitatis est insertus. Er ist inscribirt, Er ist immatriculirt. &c.

CAP. VII.

Restat *Juris Civitatis* definitio, atque divisio. Definitio, puto, erit hæc: Quod sit facultas, quæ aliquem Superioribus suis, juxta civitatis jura, obligatum, & communionis rerum civilium, privilegiorumque participem efficit. Generis loco facultatem pono; quia id nostro in jure ratum non est. Sic ususfructus definitur per jus, h. e. quod sit facultas utendi fruendi. §. 1. *de usufr.* sic actio est jus i. e. facultas persequendi &c. *pr. de action.* Quandocunque enim vocabulum Juris cum verbis faciendi conjungitur, in perpetuo usu juris, adeoque ap. omnes Latine loquentes, significat potestatem jure publico (publico: ratione causæ efficientis) tributam; veluti cum dicimus: Jus testandi, retinendi, eundi &c. Neque alia hoc loco quærenda huic verbo significatio. Arn. Vinn. *Comm. Inst. ad d.* §§. Unde & hereditas definitur: quod sit successio, i. e. facultas succedendi. Jo. Gœdd. Comm. *ad l.* 24. *n.* 8. *V. S.* quia h. in L. exstat modus (successio) pro jure i. e. facultate, Celeberr. Dn. Lauterb. *Coll. W. pr. Qui testam fac. poss.* ubi omnino Par significatu & hoc loco Civitatis jus sumitur, sc. pro licita, ac ampla potestate utendi fruendique iis, quibus cives, qua tales, gaudent. Ex quo enim quis Civis factus est, ex eo in talem transfertur statum, unde ejusmodi resultat facultas. Causa enim causato prior sit necesse est. Consentit sæpe cit. Knipsch. *Tr. de civit. Imper. l.* 2. *c.* 29. *n.* 4. ubi jus civitaticum per potestatem desuit. Quod perinde est. Reliqua definitionis ex subsequentibus plana fient.

CAP. ULT.

Tandem dividitur *jus civitatis* in universale, particulare, & particularius. Universale est, quod totius alicujus Imperii, seu Reip. est commune. Joh. Ang. VVerdenh. ad Bodin. *l.* 1. *c.* 6. *q.* 16. veluti olim Jus civitatis Romanæ erat, quod quidem ab initio magni æstimatum. Magnus Lansius *Decad. Thes. per satur. th.* 9. *lit. e.* Cont. Rittersh. *Comm. in XII. Tabb. el.* 2. *c.* 3. Matth. Flac. Illyr. Gloss. in N. T. Actis apostol. *c.* 16. *vers.* 37. &

c. 25.

c.25. beat Kulpschild citato *Tr.l.2.c.29 n.* 87. Dn. Speid. voce: Bürger. ubi omninò Et extra Romam viventibus regulariter non, nisi bene merentibus, collatum fuit: & quidem vel in supremo gradu (quod vocarunt Jus Quiritium) Reinh. Bachov. ad *Tr. VVes. ad Municip. lit. b. Comm. ad τὰ πξ. ad l. 17. de St. hom* vel in remissioribus. Henn. Arnis. *de Rep. l.* 1. *c.* 5. *sect.* 9. *n.* 8. 14. Triplex enim apud Romanos civitatis jus fuit. I. summum & maximum. II. ei proximum, Latinitas appellata. III. minimum, quo Italiæ jus vocabatur. Sigon. *de antiq. Jur. civ. Rom. c.* 5 Ou. Panvin. *Comm.* 3. *de Rep. Rom.* B. Buehn. *Thes. Fab.* voce *civit.* Oisel. *not. ad Caj. T. 6. l. 1. pr. Inst. de nupt ibique Vinn. Comm.* Postea vero Imperatorum Antonini & Justiniani Constitutionibus omnes liberi, in Orbe Romano viventes, civitate Romana, in gradu tamen remissiori (uti exemplum extat in *l.* 35. *ibi Goth. de leg.* 3.) decorati sunt. *l.* 17. *de St. hom. §. f. de libert. in. §. f. de success. libert. l. un. C. de latin. lib. tol.* Dn. Lauterbach. *Coll. π. post. de Statu hom. §.* 5. citat. Dn. Speid. *voce:* Bürger Chr. Besold. *syn. pol. c.* 15. *§.* 10. *diss.* 2. *de jure ord. civ. n.* 9. Rosin. *A. R. l.* 1. *c.* 15. *l.* 8. *c.* 2. *l.* 10. *c.* 22. *l.* 6. *c.* 4. & 19. *f.* Particulare est, quod tantum Provinciæ alicujus est, in qua subditi habitant, & melioris intellectus causa, civilitas provincialis vocari posset. Sic appellamus cives Misnicos, Hassiacos &c. Bürger auß Meissen/ Hessen etc. Particularius & strictius sumtum est, quod certi alicujus opidi, vel civitatis tantum cives comprehendit, velut Cives Dresdenses, Gissenses &c. De qua civilitatis specie præsens instituta est, ac porro instituetur, tractatio. Dividi autem hoc *Jus civitatis* potest in *jus* in specie *civitatis*, & in privilegiatum, quale est Academicum. Per fidem enim Academiæ præstitam, vel mediante juramento, vel stipulata manu, studiosi talem civilitatem consequuntur; Subdividiturque in perfectum & perfectius. Sic Magistri Lipsienses creari possunt Rectores Universitatis, vi Statuorum, intersunt, ex eorum numero asciti, electionibus Rectorum; Cæteris verò Studiosis Lipsiensibus tale non competit. Nec adeo incognitum est, quo olim in Academia Pragensi Rectoratus honor Germanicæ tantum genti patuerit. Alb. Cranz. Saxon. *l.* 10. *c.* 22. P. Berlich. *de arb. Germ. c.* 2. *Vers.* Lipsiens. Jo. Cluv. Epitom. *p. m.* 629. *col.* 2.

Jus in specie *civitatis* dispesci potest vel in tale verè; vel quod pro tali habetur. Illud est vel nobile, vel ignobile. nobile; quod nempe die Burgmänne habent in castris quibusdam. VVehn. obs. voce. Ganerben c. 1. *Vers.* Jus Saxon. & *c.* 2. *Vers. aliud exempl. f.* Ignobile, & in specie *civicum*, de quo loquar, iterum dividi potest in ordinarie acquisitum, e g fit c. 1. Stat. *Dresd.* §. 2. & extra ordinem *d. §.* 2. Hoc (sc. quod tantum pro tali habetur) ii tantum habent, quibus id Statuta, quoad vivant, permittunt, non ut ad descendentes quoque transeat. Sic multis in locis Ministri Ecclesiæ, Senatores, Scholæ ministri, & si qui alii, effectu *juris Civitatis* fruuntur, sind der Statuten fähig/ geniessen der Statuten, oder der Stad privilegien, non tamen veri sunt cives, nisi civilitatem legitimis obtinuerint modis, de quibus infra. Utrumque hoc civitatis jus, & quod tale vere est, & quod pro tali tantum habetur,

betur, ratione Reip. in qua obtinet; dividi solet in id, quod in Regia urbe, Optimatum, Democratica, vel mixtæ Reip. civitate viget. Arnis. *de Rep. l. 1. c. 5. sect. 5. n. 13. 14. & sect. 9.* Pluta enim & majora jura in Democratia participant cives, quam in Aristocratia &c. laudat. Arnis. *d. d. l.* Et harum Rerumpubl. omnia jura iterum discerni queunt in vera civitatis jura, & analoga. Illa consequitur verus civis factus. Hæc vero civis æquivocus. Arnis. *de Rèpubl. l. 1. c. 5. sect. 9. n. 56.* Libenthal. *Coll. pol. exerc. 5. n. 50.* & præprimis beat. Knipschild *Tr. de Civ. Imp. l. 2. c. 29 n.* 83. 84. 85. ideo sic dictus, quia nihil, præter nudum nomen, possidet. *arg. l. 1. §. 5. de censib.* unde & honorarii tales dicti sunt, quasi honoris & favoris causa effecti cives. Domin. Tusc. *tom. 1. pract. concl. 276. n. 43. & citati Authores.* Q. an verum & in specie *civitatis jus*, das Bürgerrecht in einer Stadt/ nostris moribus cives æqualiter participent, eoque fruantur? Quod omninò negandum est; Exemplo sit Respubl. Genevensis, quæ tres civium, civilitatisque classes continet. Dn. Speidel. *voce*: Bürger. *Vers.* sic etiam Genevæ. & omnino laudatus Tr. de Civit. Imp. *l. 2. c. 29. n. 34. n. 73. ubi de civibus*; Ratzenbürger, *dictis* Nec in civitatibus Imperialibus id eodem modo civibus competit. Nunquam enim Augustæ Vindelicorum DuumViri, die Stadtpfleger/ uti & Senatores intimi, die geheimen Herren/ è plebejis eliguntur Dn. Limn. *add. ad l. 7. c. 4.* cit. Tractatus *de civ. h. Imp. l. 2. c. 3. n. 35. & 61.* Nec Francofurti ad Mœnum Prætor, dictus: der Reichs-Schultes/ è plebe existet, Civibus in tres classes divisis, è quibus duæ tantum priores Consulatus ac Scabinatus capaces sunt, laudatus Dn. Limn. in add. *ad c. 16. n. 12.* Et Norinbergæ discrimen habetur inter patricios magistratuum, atque Senatorii ordinis participes, & non participes, zwischen den Rathsfähigen Geschlechtern/ und Erbarn/ aber Unrathsfähigen/ Geschlechtern. Dn Limn. in *l. 7. c. 35. n. 9. & addit. ibid. citat. Tr. de Civit. Imp. l. 2. c. 8. n. 95. & l. 2. c. 29. n. 55. 56.* Ulmæ nec Honor duumviratus consulatus, aut cura rerum provincialium, Rahtsältere/ Burgermeister/ Herrschafts-Pfleger/ ad plebejos pervenient unquam. laudatiss. Dn. Limnæ. *d. l. c. 5. n. 4. & in add. ibid.* citat. *Tr. de civ. Imp. l. 3. c. 54. n. 27.* conf. C. Besold. *jur. pol. c. 15. n. 9.* & dissert. de *jure* ord. civ. *c. 3. n. 4.* ubi pluribus. & omnino laudatum Tr. *de Civ. Imp. d. l. n. 85.* ubi rationes additæ, ob quas patricii potius, quam plebeji, ad magistratus assumendi. In Electoratus Saxonici, eique annexarum provinciarum urbibus, ac opidis, in quantum ego scio, juris civitatis nulli sunt gradus, nullæ differentiæ; civibus civitatis suæ Juribus ex æquo ac pleno omnibus fruentibus, ad quæ eadem statuta, una eademque juramenti formula ipsis aditum, viamque aperiunt. Quod maxime alit concordiam Fr. de Aret. *in l. ut liberis. C. de Collat.* Quando enim æquales pari jure tenentur, civilis concordiæ fundamentum firmum & immotum perstat. Nobiliss. VVesenbec. *ff. de LL. n. 6.* Sed hoc intelligendum, quatenus *jura civica* in se considerentur. Nam quod unus vel alter civis in aliquibus juris articulis, certis ex rationibus magis sit exceptus, & exemptus, puta quia persona Ecclesiastica sit, Magnif. Carpz. *l. Consist. 3. d. 3.* &c. Dn. Mevius *ad l. Lub:*

Lub. 2 *q. prælim.* 3. *n.* 4. *&c.* vel promotus Doctor. id quod moribus Sax. est receptum. vel aulicus. Divi Jo. Georg. 1. Pollcey *anno* 1612. *Corpore novo Sax. par. pr. p. m.* 296. §. ob auch. vel quia immunitatem propter merita sua adeptus est. VVissenbach. *Exerc. ad* ℿ. *par. post. p. m.* 630. nullum adest dubium. Sic Medici, & maxime Archiatri, immunitatem munerum de jure civili regulariter habent, & ut vult VVolf Sattlerus, *Diss. de Jure medicor. th.* 51. etiam patrimonialium. Sic & ob Loci rationem, plenarii *civitatis juris*, quo quis aliàs gaudere posset, usus denegatur. Unde Dresdæ. & aliis locis, Die Vorstädter / und Pfahl-Bürger / so ausser der Stadt wohnen (vide Divi Jo. Geor. 1. Polic. ey *T.* Hoffart in Kleidung *rubr.* Vorstädter etc. moderni Sereniss. Electoris Resolutionem *de annis* 1653. & 57. *T.* von *Justit.* Sachen *n.* 97.) quamvis ejusdem *juris*, cujus etiam cives intrà mœnia degentes, participes fiat, attamen, quia loci qualitas non aliter fert, præcipuis civium urbanorum commodis excluduntur. Cerevisiam enim extra urbis mœnia coquere aliosque opimos quæstus exercere minime queunt, minutulis, iisque admodum restrictis, atque accisis, ejusmodi civibus tantum relictis Pro quibus etiam tanto tolerabiliora obeunt munera.

PARS POSTERIOR

CAP. I

CIVILITATIS (sic enim *Jus civitatis*, das Bürger-Recht / Bartolus *in l. ejus qui* §. *Celsus. n.* 4. *ad municipal.* & *l.* 1. *n.* 8. *w.* VVehn. *voce* Bürger. Ant. Perez. *Præl. est. in Cod de Municip. n.* 4. Rainschild *cit. Tr. l.* 1. *c.* 1. *n.* 14. aliique Doctores, appellant) causa efficiens remota est Princeps, seu ii, penes quos Superioritas territorialis residet. Horum enim munus est civitatum incrementa civium frequentiâ augere. *z. P.* 55. Jahn. Ichnog. *c.* 14. *n.* 24. 25. 26. Unde Megalander Lutherus ait: Damit sollen Käyser / Könige / Fürsten / und Herren zu thun haben / und alles ordnen und machen / wie es dem gemeinen Nutze und Frieden am besten ist. in der Haußpostill *Dom. Quasimodog.* Possunt tamen etiam Status mediati s. Landsassii, quibus unum vel alterum subest opidum, quemadmodum in nostra Misnia opida Nieffe / & Strehle &c. nobilibus subjacent, non sine ratione huc referri: ad quos tamen jus hoc non pertinet; sed potiùs ad ipsorum dominos directos, à quibus feuda recognoscunt.

Causa verò propinqua est *Nativitas*, & *Allectio*. Illa est vel *Vera vel ficta*: *Vera* est, quando quis ex patre alicubi cive natus est. *l.* 1. *§.* 2. *ad Municip. l.* 3. *C. de municip* quamvis extra fines illius civitatis. Vasq *de success. progress. l.* 1. *§.* 2. *n.* 19. Liberorum enim naturale seu originis domicilium, quod, uti loquitur Magnif. Carpzovius *Process. T.* 3. *art.* 1. §. 1. *n.* 4. ex ipsa natura naturaliter venit, à civilitate parentis eorum dependet, eòque respicit. *l.* 4.

ad Municip Ampliss. Dn. Lauterb. *Coll.* π. *pri d. T*, Jo. Ang. VVerdenh. 1. *c.* 6. *q.* 9 Sic magnus Gentium Apostolus civitatem Romanam ex nativitate acquisiverat *Act.* xxii. *Verf.* 28. & 21. *Verf.* 39. Rosin. *A. R. p. m.* 1020. *D.* quando è Tarso Ciliciæ erat oriundus. VVissenb. *Comm.* π. *T de quæstion. n.* 13. Quam urbem, à Divo Paulo οὐκ ἀσήμου πόλεως titulo exornatam, *d. c.* 21. *Verf.* 39. (florebat enim tunc, maxime ob Academiam, quæ nec Athenarum, nec Alexandrinæ scholæ cedebat, uti ex Strabone refert Plut. Reverendus Dn. Jo. Mich. Dilherrus, in libello, quem vocat: heilige Karwoche *p. m.* 322) *Jure Civitatis* Romanæ bello Cassiano à M. Antonio Triumviro esse donatam quidam volunt. Certum enim est, dictum Antonium huic civitati valde savisse, quæ à Cassio, ob partium studium, gravissime fuerat afflicta. Matth. Flac. Illyr. *Gloss. in N. T. ad c.* 22. *actor*, Pet. Ravanel. *bibl. sac. Voce: civit.* VVissenbach. *d. l.* Hodie vocatur Hama. *Com. de Turc. Imp. stat p. m.* 70

Dictum fuit ex nativitate acquiri civilitatem. Hoc quamvis de jure verissimum dd. LL. moribus etiam pluribus in locis obtineat, quemadmodum & Dresdæ, Stat. Dresd. *c.* 1. §. ubi: Sondern es geniessen auch das Bürger-Recht alle Bürger-Kinder/ und dörffen dahero ein mehres nicht/ &c. attamen non ubivis locorum idem viget jus. Sic VVormatiæ civilitas cum persona expirat, adeo ut liberi demortui patris ipsam de novo acquirere ac redimere necesse habeant. müssen von neuen ansuchen/ und sich darzu/ der Gebühr nach, qualificiren, VVehn. *obs. Voce:* Bürger. Hinc tamen minime sequitur, in terris in quibus commune observatur Jus quoad hanc rem, civilitatem esse jus civitatis reale. Ubique enim manet personale hoc jus, & Dresdæ, & VVormatiæ, utrobique enim solis adhæret personis, adeo, ut nec cum juris universitate ad extraneum transeat, ex quo patescit, jus hoc nunquam rei esse annexum. Et quamvis personæ etiam res sint, sensu philosophico, attamen in jure nostro hæ duæ semper distinctæ ac diversæ sunt. Modo tales subintelligas personas, quæ personam in jure habere dicuntur. Dn. Tabor *part. elem p m.* 16. Unde Sacratissimus Imperator ait: Omne autem Jus, quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. *§. f. d I. N. G. C.* Quæso jam ad quid horum trium vocabulorum disjunctiva recensio conduceret, si non diversa & opposita ea essent. Cæterum an tria sint juris objecta, vel non; hoc loco in Jus non voco. confer. Consultiss. Dn. Hahn. *ad VVesen T. de Inst. & Iur. n.* 2. Dn. Tabor. *part. elem. p. m.* 14. 258. & *passim.*

Quod autem *civilitas* descendentibus ex nativitate competat, non ficta aliqua realitas in causa est, sed partim ipsum jus naturale, partim statutarium, quod, ex confirmatione Superioris, legis habet vigorem, & vult, ut ad hanc, vel illam personam civilitas extendatur. Domin. Tusc. pract. Conclus. *tom.* 1. *conclus.* 276. *n.* 25, 26. non autem *jure* suitatis; sic enim emancipatione evanesceret; nec *jure* hereditario, sic enim ante obitum patris non essent cives originarii; extranei vero ex quo hereditatem adiissent, existerent cives. Quæ omnia cum absurdissima, quia contra manifesta *jura* sunt, ideo & respuenda. Manet ergo immota liberis civilitatē agnasci, non acquiri;

Idque

Idque vi statutorum, quæ civium descendentibus eam statim à nativitate concedunt. Quemadmodum in casu simili Dn. Lauterb. alicubi acutè docet. Quæ dixi, intelligenda sunt de eo casu, quo pater non ignoratur. Eo enim hactenus ignoto, demum à tempore legitimationis, ubi parens latere minime potest, civilitas liberorum obtinet. Bartol *ad L. eosq. n. 3. C. de iis qui sponte munera.* Accurs. *in l. 3. C. de municip.* Notandum tamen quod liberi etiam ex persona matris civitatem quandoque mereantur. I. Cum matris civitas plenioribus immunitatibus est donata *l. 1. § 2. ad Municip.* Ubi Iliensium fit mentio, quibus Romani ideo amplissima concesserunt privilegia, quia Trojanâ origine illi gloriabantur. Petr. de Andlo *de Imp. Rom. Germ. l. 1. c. 15* ibique Marq. Freher, *innot. p. m. 140. in Repræsent. Rom. Imp.* Aliud exemplum habetur in Dn. Zeileri, senis eruditissimi. *epist. 397. pr.* adde Arnisæ *de Rep. 1. c. 5. sect. 10. n 16.* II. Vel ubi consuetudine & statutis id introductum est, uti Trajecti jus civitatis unicè à matre dependet, & æstimatur; cujus quidem juris varia afferuntur causæ, quas recensere non placet. III. Quando aliquis in captivitate est mortuus. Hujus enim liberi legitimum parentem habuisse non intelliguntur. *l. 1. C. de post lim. reverf.* IV. Spurii. His enim, quia sunt S. P. ex matre civitatem acquirere necesse habent. *l. 9. ad Municipal. l. 24. de Statu hom.* Petr. Gregor. *synt. l. V. l. 18. c. 13. n. 14.* C. Besold. *Coll. pol. clas. 1. d. 11. c. 1. n 11 12.* & Diss *de Iure ord. civ. c. 3. n. 11.* Quid vero de expositiis, vulgo: Findel-Kinder dictis, affirmandum? certum enim est tales nec patris, nec matris civilitate gaudere posse. Resp. cum nullam aliam originem, quam locum, ubi sunt expositi, atque educati, habeant, merito pro civibus illius loci originariis censendi sunt. VVolf. Jac. Sadler *de Iure univerf. concl. 3. lit. c.* si verò in confinio duarum civitatum, vel diversarum Jurisdictionum sint expositi, ut corporis pars in unam, pars verò corporis in aliam promineat Jurisdictionem; dubium admodum est, cujus loci civilitatem nanciscuntur; sed meam sententiam in ipso disputandi conflictu aperiam. Ostensum fuit principio hujus capitis liberos ex personis parentum cives existere. Ubi duo probe cognoscenda veniunt.

1. quod tales appellentur: originarii. Dn. Franizk. *de W. Iudic. n. 20.* Quos enim Imperator *in l. 4. C. de incolis. Originales* vocat, eos Dd. *originarios* nominant Arumæ. *Vol. 1. d. 15. q. 10.* Zœs. *π. ad municip. n. 4.* Libenth. *Coll. pol. exerc. 5. n. 53.* Alio verò sensu, & quidem pro villanis, hanc vocem Jacob. VVaræus *Eq aur. Antiquit. Hibern. c. 30* accipit, *p. m. 342. 343.* in hunc modum scribens: *Præter servos hosce, erant & alii, quos villanos vocabant.* Et paulo post: *Villani hi iidem fuerunt cum iis, quos alii nativos sive originarios, vel originales inquilinos, alii Betagios vocant.* Et *sub. fin. cap.* Servilis hujusce conditionis homines non permittebantur munera aliqua subire militaria, sed rustica tantum navantes servitia &c. ejusque fundi dominus jus dicebat &c. citatus VVaræ *d. c. 30.* Cæterum hi homines fere similes sunt glebæ ascriptis. Jo. Herm. Stamm, *de serv. person. l. 3. c. 3. n. 4.* nec ad eos originarios, quos diximus, referri possunt: à quibus quam maxi-

me

mè diffrunt. II. quod ad veram originationem descendentium sola non sufficiat nativitas sed requiratur insuper (quemadmodum ex adductis Laudatorum DD. Carpzovii, Lauterbachiique inclaruit) ut & pater ibi civilitate gaudeat. *l.* 1. §. 2. *ad Municipal. l.* 3 *C. de municip.* Hinc qui ex patre Helmstadiensi natus est Brunsvigæ, commorante forte ibi matre, nativitate quidem Brunsuigas est, non vero, præprimis quoad commoda, pro cive originario ibi habetur. Dn. Hahn. *not. ad. VVes. ad Münic n.* 4. Secus est, si & pater civitatem illa in urbe acquisiverit. *l.* 6. §.1 *ad municip. l.* 3. *ubi : etsi ils. C. de municip.* Dn. Frantzk. *Tr. de Indic. n.* 9. Matth. de Affl. *decis.* 384. Magnif. Carpz. p 1. *decis.* 1. An autem hoc originarium jus sit verè immutabile, quæritur? Respondeo: Quod sic. Si de jure originario sit sermo, quod per veram nativitatem acquiritur. *l.* 6. & 29 *ad Munic. l.* 4. *C. de municip.* Secus in adoptivo filio obtinet; Hujus enim civilitas, emancipatione patris adoptivi insecuta, quandoque amittitur, & sic perpetua non est. Gail. 2 *obs.* 36 *n.* 5. Secus moribus nostris usum. Originario enim origini suæ renunciante, domiciliumque aliò transferente, civis esse desinit, tam quoad Jurisdictionem, (excepto casu læsæ Majestatis. Dn. VVissenbach. *Tr. ad Municip.* 14. 5. *ubi omnino*) quam quoad onera. Eo enim ipso, quo naturale domicilium, animo deferendi, mutat, lapsu temporis perdit privilegia; quod tempus tamen pro varietate locorum varium est. Dresdæ per annum integrum ea retinet; in aliis locis vel laxius vel angustius est: videantur Stat. Dresd. *c.* 1. *§.* 5. **R. A.** 1555. *§.* **Woher** unser. Gail. 2. *O.* 36. *n.* 7. laudatus Dn. Hahn. *d. T. de Iudicin.* (ubi sua pro pietate addit: manere saltem reverentiam origini, naturali jure debitam. add. Dn. Speid. voce: **Bürger**, *p. m.* 174. *f.*) nisi pacto speciali sibi civitatis jus reservet, de quo statim infra.

Ficta nativitas sortito venit I. per Adoptionem. *l.* 15: *§. f. ad Municip. l.* 17. *§.* 9. *eod l.* 7. *C. de adopt.* ubi statim oritur quæstio, an stante Statuto, quod Parentis civilitas etiam ad liberos extendatur, uti dictum, beneficium hoc ad adoptivos quoque pertineat? Resp. distingu. inter jus civile, & usum hodiernum. Illo jure civilitas acquiritur adoptivo, quamvis ab extraneo adoptato. Adoptio enim est legis actio, fitque apud Magistratum. *l.* 4. *de adopt. l.* 1. *C. eod.* atque ita non civis, sed magistratus civem efficit. Vinn. *Comm. de Adoption.* §. 1. *n.* 2. *ubi omnino*. Respectu vero usus hodierni iterum distinguo inter eum, qui in adoptionem est datus iis, quibus aliàs agnascitur. *l.* 23. *de adopt.*, & eum qui à reliquis ascendentibus, aut plane extraneis est adoptatus. Priori casu res scrupulo caret. Tales enim liberi non solum omnia familiæ, & agnationis jura *l. pen. pr.* & §. *ult. C. de adopt. l.* 23. *ff. eod,* ut dignitatem. *l.* 13. §. 35. *eod.* sed & cognationis, & sanguinis jus consequuntur. *d. l.* 23. *eod.* E. & civitatem parentis adoptivi attrahunt. Posterioribus vero casibus negativam in dubio veriorem esse duco. Quia in adoptivis liberis ea locum minime habent, quæ in statutis de naturalibus constituta sunt. In dubio enim appellatione filii non venit adoptivus. Domin. Tusc. *pract. conclus. tom.* 1. *concl.* 176, *n.* 18. Nisi expresse circa eos dispositum fuerit. Unde in Statutis ab

uno

uno ad alterum argumentari non licet, quorum verba in dubio stricte, & proprie sunt accipienda, nec ultra casum, de quo diserte loquuntur, sunt extendenda. Magnif. Carpz. *p. 3. c. 20. d. 11. n. 7. & p. 2. c. 14. d. 52. n. 6.* adeo, ut, quod certa demonstratione non dicant, id nec nos dicere, nec per subauditos, sive tacitos intellectus supplere possimus. *l. F. p. 3. c. 20. d.* 10. *n. 7.* Statuta enim non recipiunt interpretationem extensivam. Bartol. *in. l. fiis qui pro empt. n. 33. ubi omnino, de usucap.* Jo. Goedd. *ad l. 1. n. 49. 50. ubi pl. de V. S.* & Dd. communiter *ad auth. Quas actiones. C. de SS. Eccles.* Hæc quæ de Statutis hactenus sunt prolata, præprimis locum habent, ubi circa fictionem juris versamur, uti hic. Quo casu multo minus privata pactione, aut remissione iis derogari potest. Etenim jus publicum (sive illud sit ratione objecti, sive ratione finis publicum) privatorum pactis immutari non potest. *l. 38. de pact.* Mutatio autem interveniret, si per actum aliquem privatum, vel, tantum ratione causæ efficientis, publicum (puta si pacto futuræ hereditatis familiæ alicui filius affingitur, **wird angewünscht/ oder erkoren**) illico etiam civilitas, adversis statutis, conferretur. Favor enim qui naturalibus in *jure* debetur, immane quantum differat ab eo, quo legitimi tantum afficiuntur! Hinc adoptivi liberi ad excusandam tutelam non prosunt. *pr. I. de excus. tutor.* nec prosunt ad fidei commissum relinquendum. *l. 76. condit. & demonstr. l. 51. §. un. de. leg. 2.* in feudis adoptivi non succedunt. *§. adoptivi 2. F. 16.* feuda enim dantur sanguini. Cujac. *3. F. 10.* Hi vero sunt commentitii, uti communiter tradunt F.F. Secus est in naturalibus; qui Reip. magis, quam ipsis parentibus, nascuntur. A. Barbos. Tabor. *Voce Liberi, n. 9.* militat etiam pro iis præsumtio. Etenim est in *juvencis*, est in equis patrum virtus. confer aurea sane Goeddei *ad l. 128. n. 1. V. S. p. m.* 875. Et absurdum foret, hodie dici: per adoptionem fieri civem, cum sic etiam mulier civilitatem concedere posset, quia hæc, *jure* novissimo, etiam sine rescripto Principis adoptare queat. Dn. Frantzk. *Exerc. 2. q.* 10. Sed inquis *fictio juris* imitatur naturam? Resp. in quãtum potest per statuta. A. Barb. Tab. *Voce: Fictio. n 6.* Pergis statuta ex *jure* communi interpretationem accipiunt? Resp. nisi Juri communi derogant. Gail. *2. O. 33. n. 1.* aliudque in his expresse cautum reperiatur. Dn. Myl. *d. Pr. & Stat. c. 39. p. m.* 369. *f.* veluti Dresdæ, vid. Stat. Dresd. ubi: **geboren werden.** *c. 1. §. 4.* Jam autem adoptivis illud prædicatum non tribuitur, sed: **angewünscht werden.** Amplissimus Dn. Hahn. *not. Wesenb. de adopt. n. 2.* & sic, inspecta rei veritate, fiunt, non nascuntur, **werden an Kindesstat angenommen** Jo. Goedd. *ad l. 56. §. 1. n. 3. V. S.*

II. Per manumissionem. *l. 1. pr. l. 6. §. 3. l. 22. §. 2. ad municip. l. 7. C. de incol.* Nam hoc facto civis quodam modo Reip. nascitur. *§. ult. de liber.* H. Donell. *l. 8. de jure civili. c. 32. p. m. 409. col. 1. pr.* quod civitatis jus tantum est, ut nec ab ingenuorum discrepet, excepto jure patronatus. *Nov. 78.* Vinn. Comm. *d. §. f.* Quo casu tamen unice respiciendum est ad manumittentis personam, non ad manumissionem jubentis *l. 2. C. de municip.* Consult. Dn. Hahn. *not. Wesen. ad Municip.* H. Zoes. *n. eod. T. n. 3.* Hac obiter, & quasi

in transitu. Materiæ enim de Romanor. servorum manumissionibus, nostris temporibus, omni usu sunt destitutæ. Aliquam tamen utilitatem cape ex J. H. Stamm. *de serv. person. l. 3. c. 37. n. 5. &c. ult. n. 1.*

Sequitur *Allectio*. Ex quo enim aliquis in numerum civium est receptus, civilitatis compos statim redditur. *l. 1. ad municip. ibique Bartol. n. 16. l. 7. C. de incol.* Celeberrim. Dn. Hahn. *notis VVesenb. ad municip. n. 4.* Receptio vero tam in Academiis, quam in opidis, extraneis civilitatem confert. Quamvis enim nemo vel vere vel ficte civis nascatur Academicus, per allectionem tamen scholares existunt tales. Qui allectionis mos in variis Universitatibus varie exercetur. Quæ verò & qualia jura hæc civilitas conferat scholari, pluribus explicarunt Interpretes authenticæ Habita. *C. ne filius pro patre.* Præprimis Ortholph. Fomann. *de Iure & privil. schol.* (ubi pulchræ quæstiones, uti ex 70. & 71. clarescet, occurrunt) Dn. Richterus, Bronchorst ad cit. *authent.* Matth. Stephani *de iurisd. p. 2.* Rebuffus, Halbritterus. Jutius Horatius *de privil. Student.* Dn. Limnæus, Sin. Schüße/ Arumæus, Besoldus, aliique quam plurimi, qui copiosè hæc persequuntur. Gressum itaq; ad Jus civitatis in specie ita dictum, quod ascititii in urbibus, & opidis obtinent, dirigo.

Hæc opidana cooptatio diversis in locis variat, de quibus omnibus dicere perlongum esset; dicam saltim e. g. sed pace æqui Lectoris, quomodo ea Dresdæ, dilecta in patria, instituatur. Extraneus, qui jura civica ambit, primum ap. Archigrammateum urbis suum dat nomen, petitque, ut illud Senatui deferatur, quo certo die, sibi dicto, ad redimendam civilitatem admittatur. Stat. Dresd. *p. 72.* Cujus petito laudato Senatui manifestato, inquiritur in petentis personam. *alleg. Stat. p. m. 9. & 69.* recipienda sc. ea sit, nec ne. Post, si idonea invenitur, nec civitati, per eam damni quid accepturam, periculum subest (quam ob rem in ejus statum inquirendum. Dn. Lauterbach. *Coll. π. prior ad municip. sub doctr. de subjecto.* vitam, fortunam, media se sustinendi. *nov. 80. c. 1. & 5.* nec enim quilibet promiscue in civium numerum est recipiendus. Dn. Hahn. *Obs. ad VVesenb. T. ad Municipal.*) tempus præstandi juramenti civici ipsi determinatur. Quo apparente, candidatoque præsente, exurgit Reip. Syndicus, vel Poligraphus (perinde enim est, quod ad hunc actum pertinet) stantique jurisjurandi formulam prælegit, nimirum ut recipiendus verborum mentem eo melius assequi, nec de nimia festinatione conqueri possit. Tandem iterum eandem idem prælectionem instituit, cujus singulas lineas sublime erectis duobus dextræ digitis, indice sc. & medio, assumendus verbotenus repetere tenetur. Hujus jurisjurandi contenta summatim hæc sunt. Receptum velle Serenissimo Electori Sax. &c. Ejusd. Heredibus &c. ut & Senatui opidano, totique Civitati semper fidem & obedientem se præstare, commoda pro posse promovere, damna avertere &c. uti hæc omnia expressius im ipsius juramenti formula, in dem gebrauchten Bürger Eyde zu Dreßden/ continentur, quam formulam, ut & subsequentem, ex humanissima Dn. Pauli Zinckii, Senatoris ibid. Optimi, communicatione obtinui,

tinui. Cæterum actu hoc finito, Consul, qui tunc fasces tenet, porrecta manu novello civi acquisita de civitate, ejusque Juribus gratulatur. Civis vero taxam, sibi, pro conditione suæ personæ, præscriptam solvit, erlegt sein Bürger-Recht. Stat. Dresd. p. m. 9. sive: das Bürger-Geld. Quod & vocatur: Annahm/ vel: Einzug geld. J. H. Stamm. de Serv. pers. l. 3. c. 8. Sicque Jura Civitatis redemit. Dn. Speid. Voce: Bürger VVehn. Voce: Bürger Cujus in fidem redemtionis ipsi schedula, in hunc tenorem exarata, sed nullo munita sigillo.

Am 2. Monatstage Martii Anno 1662. ist dem Rathe allhier endlich verwandt und Bürger worden/ Cajus Titius &c.

Der Rath zu Dresden.

traditur, ac dimittitur. Senatores autem quibus hæc incumbit cura, recepti nomen utrique civitatis albo, in das Stadt- und Steuer-Buch/ inserunt, huic: ob collectarum & munerum aliorum distributionem. illi: ad ulteriorem civilitatis acquisitæ probationem, Eo ipso enim quod quis in matricula est descriptus, civilitas probatur, Repertor. Dobberc. Arn: Reyg. Voce: civis. Huc usque de ordinaria juris civici acquisitione.

Sequitur jam extraordinaria. Multis enim in locis personæ quædam ab ordinario civitatem obtinendi modo eximuntur, nudaque tantum manus promissione facta, in cives recipiuntur. Hac tamen differentia subintellecta, quod quibusdam in opidis tales exemti ad hanc promissionẽ stricte teneantur, si civilibus abstinere nolint commerciis. Sic Misenæ in der Stadt Meyssen/ tale Statutum viget: daß niemand ein Hauß in Meissen haben/ auch niemand Handel/ und Gewerb treiben soll/ er sey dann ein Bürger / darbey Sie diesen Unterscheid zu halten pflegen / daß ein Beamter/ oder ander Officirer so Churf. Durchl. mit Pflichten verwand/ und einer / so in geistlichen Stande lebt/ mit würcklicher Leistung des Bürger Eides verschonet/ bey seiner Ambtspflicht gelassen/ und gegen einen Handschlag zum Bürger auf und angenommen werden. Hinc & Senatus, civesque Misenenses in Comitiis provincialibus aliquando conquesti sunt, quod abaliquo ordinis militaris, qui civium juribus mit würcklicher Besitzung eines Bürger-hauses/ mit meltzen/ brauen/ und schencken/ frueretur quidem, huic vero Statuto contraveniretur, necis stipulata manu, durch einen Handschlag/ civilitatem acquirere vellet. Churf. S. Erledigung de annis 1653. & 57. T. von Justit. Sach. n. 107. p. m. 129. Secus observatur in aliis locis. Sic Dresdæ Serenissimi Saxonis Domini Consiliarii intimi ac reliqui, nobiles item, Doctoresque (nobilibus ideo juncti, quia pari cum iis jure censentur. Sic enim quondam in Instructione für die Kayserl. Commissarien in exequirung des Kayserl. mandats 1629. Verbis ultimis Augustissimus rescripsit:

ψsi : und dann letzlich von der Ritterschaft/ oder/ *propter aequivalentiam*, einer von den Gelehrten hierzu genommen werde) & Secretarii Electorales, cæterique huc referendi, velut auch andere Cantzeley- und Renterey/ so wohl Camer- und Steuer-bedienten/ mediante manus stipulatione civitatem, ejusque jura nancisci possunt, hac tamen cum differentia, si ipsis ita placuerit; præcise enim ad civilitatis redemtionem non tenentur. Interea tamen & immobilia possidere, & civilia, quatenus cum ipsis convenit, commercia, Bürgerliche Nahrung/ und Gewerb/ exercere iis prohibitum minime est! Stat. Dresd. *p. m.* 10. Quid quod possunt antea enumerati solo Electorali mandato obtento, unius vel alterius dictorum Statutorum capituli fieri participes, quamvis sub jurisdictione magistratus opidani immobilia possideant nulla, nec senatus nominatus desuper fuerit imploratus. Stat. Dresd. *p.* 66. *f.* ubi hæc verba: Auch unsere Hof Officirer, Räthe/ Secretarien, Hof-Cantzeley-Rentherey-Cammer- und Steuer bediente/ ob Sie auch gleich keine in des Raths Gerichten gelegene Häuser/ oder andere unbewegliche Güter besitzen/ sampt dero Weibern/ Wittiben/ und Kindern/ auf eines/ oder des andern bey Uns (Churf. Durchl. , selbsten/ oder Unserer Regierung allhier gehorsamstes ansuchen des fruchtbarlichen geniesses des jenigen/ so in den 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10 Capitel dieser Statuten verordnet/ durch gnädigsten Befehl an den Rath theilhafftig/ und fähig zu machen.

Notandum: ex verbis: des fruchtbarlichen Geniesses/ elucere, quod ii, quos Serenissimus tali ad senatum urbanum mandato dignatur, non ipsam civitatem, sed tantum commoditatem unius vel alterius juris statutarii, quæ tamen cum persona exspirat, consequantur, adeo ut in effectu concessorum, non autem ratione causæ efficientis proximæ, pro civibus, dum vivunt, habeantur, liberis post mortem eorum plane ab eo beneficio exclusis. Huc & referri possunt Ministri Ecclesiastici, bear. Knipschild/ *l.* 2. *c.* 29. *n.* 110. Scholastici, Senatores, Magnif. Carpz. *p.* 3. *c.* 12. *d.* 17. Mod. Pistor. *par.* 2 *q.* 85. *n* 3. Senatusque officiales, uti & rustici, quorum pagi civitati Dresd. respondent. arg. *l.* 30. *ad Municip.* Magnif. Carpzov. *p.* 2. *c.* 5. *d.* 1. *f.* laud Knipschild. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 78. *ubi omnino*. Stat. Dresd. *c.* 16. *ubi*: Wie sich denn auch derselben Unsere/ zu diesen Weichbilde gehörige/ Unterthanen mit zugebrauchen (quatenus nempe juribus civicis gaudere possunt) und sich darnach zu richten haben. Huc refer forenses, sed cum grano salis, aut, qui se protectioni Senatus opidani dederunt, Schutzverwandte/ de quibus infra. Et qui ratione rei sitæ in foro civitatis forum sortiuntur, welche mit immobilien; so unter des Raths Jurisdiction gelegen/ allhier angesessen/ de quibus inferius. Qui omnes, sed tantum quoad superstites sunt, taxamve solvunt, vel immobilia illa possident, quadantenus statutis opidanis fruuntur cum uxoribus & liberis, parente vero defuncto, liberi eo excidunt Jure, excepto jam acquisito, cujus commodum heredibus firmum manet. Vidua vero quoad vidua, in quasi possessione illorum persistente. Stat. Dresd. *c.* 16. Quibus casibus fictio idem operatur, quod veritas,

ritas, paria enim sunt esse civem vere, vel pro tali haberi, quando nempe in disponente concurrit potestas, uti hic. Barb. Tab. *Voce: fictio. n. 5.*

Ex hactenus prolatis apparet, duo regulariter requiri ad id, ut quis ex propria persona civilitate gaudere queat, Juramentum sc. die Ablegung Bürgerlicher Pflicht/ sive des Bürger Eides Zahn. *Ichnog. c.14. n.5. 9.16.* beat. Knipschild *cit. l.2. c.29 n.130.* & taxa scerta pecuniæ summa, quæ Germ. vocatur: Einzug Arumæ. *Vol. 1. d. 13 q.10.* sive: die darlegung der Gebür cit. Zahn. *d. l. n. 11.* cit. Knipsch *d. l. n. 126.* Abantiquo enim hæc taxa obtinet. Unde & Centurio ad Div. Paulum in Actis 22. *Vers. 28.* dicit: Ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην. Ad utrumque enim tenentur & illi, quorum parentes civitate præditi fuerunt, & illi, qui primi illam acquirere contendunt. Juramentum enim nemini remittitur, cum etiam civium filii, res suas sibi habere incipientes, ad renovandum illud teneantur. VVehn. *Voce:* Bürger. Besold. syn. *pol. c. 15. n. 3* &c. & *dissert. de Iure Ord. civium n. 9.* Stat. Dresd. *c. 1. §. 4.* nempe ob generalem illam rationem, quod sic eo fidelior reddatur civis. Damit man wissen möge / was man sich zu einem jeden zu versehen / und in Nöthen zu getrösten habe. Stat. Dresd. *p. m. 70* Juramenta enim sunt personalissima, nec alterum in conscientia vinciunt VVehn. *cit. Voce.* Sic nec taxa gratis ulli fit. VVehn. *cit. loco.* Quamvis enim quibusdam in locis civium filii in præstando lytro longe mitius habeantur, quam extranei, die Fremden vulgo dicti, attamen non omni plane à censu sunt exemti: hoc tantum discrimine adhibito, ut novis hominibus certa injungatur summa; quorum vero parentes civilitatem antea nacti fuerunt, eorum rubori (Legi ingenuioribus acerrimæ) quantum nempe offerre velint, relinquatur. Stat. Dresd. *p. n.* ubi: Und dörffen dahero / bey ablegung der Bürgerlichen Pflicht / ein mehrers nicht / als nach ihren Vermögen und belieben / etwas vor das Armuth / und / wann es Handwercksleute sind / einen Gülden (qui aureus Dresdæ: der Meistergülden. vocatur) vor das Meister Recht entrichten. Civicum juramentum, de quo hactenus, à magistratu municipali remitti non posse, quia non tantum sibi, sed & superiori juratur, expeditum est. Quod enim in plurium favorem introductum est, illi ab una, præprimis debiliori, parte renunciari nequit. *Magnif.* Carpz. *Proceß. T. 17. art. 2. §. 5. n. 37.* & *T. 22. art. 2. §. 2. n. 16.* &c. Barbos. Tabor. *Voce: renunciare. n. 2.* Q. jam: an etiam quoad taxam idem sit respondendum? Quod nego. Hæc enim communitatem, cujus administratores Decuriones sunt, tantum respicit. Unde & Stat. Dresd. ita efferrur: Dem gemeinen Wesen zum besten etwas beytragen *c. 1. §. 2. f.* favori autem pro communitate tantum introducto ipsa quoque communitas renunciare potest. Barbos. *cit. Voce.* Præprimis si id è Republ. videatur. Una quæque enim universitas circa administrationem rerum suarum liberam habet potestatem. Besold. *de jure. univers. c. 4. n. 4. f.* Sic Romanæ civitatis jus gratis concessum sæpius est. Math Steph *de Jurisd. l. 3. p. 3. c. 14. n. 45. 46* quare & Jul. Cæsar medicinæ professores olim civitate donavit, Sveton. *Jul. c. 42.* Practicatique illud etiam hodie disco ex Re-

folutione Saxon. Elect. *de ann.* 1653. & 37. *T.* **von** *Instit.* Sach. *n.* 103. *ubi:* **Obschon der Rath zu Weyda selbige** (nempe spatia collapsis ædificiis subjecta, **die Brandstädte**) **ohn einigen Kauffgeld/ und NB. Bürger Recht hinzu lassen erbötig,** Q. an, facta eivi præstandi Juramenti civici remissione à superiori, etiam in dubio homagium, **die Erb- und Landes Huldigung**/ remissum videatur? Quod nego. Diversa etenim hæc sunt; ideo unius condonatio, alteri præjudicio non est. Diversitas autem elucet inde: Juramentum civicum, **die Bürgerliche Eides Pflicht**/ præstatur Domino territoriali, heredibus, senatuique, ac civitati, fidelitatis vero juramentum, **die Landes Huldigung**/ nec senatui, nec civitati præstatur, sed superiori, heredibus, iisque, cum quibus confraternitatis pactum intercedit. Illud rei immobilis, commerciorumque causa magis juratur. Unde vulgatum: **Wer Gewerb/ und Handthirung treiben will, soll Bürger werden.** Hoc autem regulariter non propter res possessas, sed respectu personæ exigitur. Dn. Myl. Tr. *sep. cit. c.* 38. *p. m.* 354. Besold. *diss. de Jur. Ord. Civ. n.* 10. Illud receptum Jurisdictioni opidanæ subjicit, **dem Rathe zu gehorsamen.** Hoc vero superioritatis recognitæ tessera est. Obstringitur enim hoc juramentum præstans **zur Reise/ Folge/ Musterung/ und Frohn-Diensten.** cit. Dn. Myl. *d. l. p.* 358. **Zahn** *cit. Tr. c.* 2. *n.* 21. &c. Illud civem opidanum efficit; Hoc tantum provincialem. Sic dicimus: Est civis VVurtembergicus, Bohemicus &c. *A. B. c.* 8. Ad illud præstandum sponte se offertur, aut offerri debet. Stat. Dresd. *c.* 1. §. 1. 2. Hoc vero non juratur, nisi à superiori id exigatur; imo, quibusdam in locis, nisi prius à superiori jusjurandum fuerit præstitum, quo sc. subditis suis se adstringit, illis sua jura, privilegia, immunitatesque conservare velle. **Zahn.** *d. Tr. c.* 28. *n.* 12. & *c.* 2. *n.* 27. &c. juramentum homagii non præstatur. Et quæ differentiæ sunt aliæ. vid. quoque citat. Besold. *d. l.*

Q. porro: an quis pluribus in civitatibus civilitatis simul particeps fieri possit, **ob einer zugleich an unterschiedenen Orten das Bürger Recht gewinnen könne?** negant id H. Arnisæ *de Republ. l.* 1. *c.* 5. *p. m.* 407. Joh. Ang. VVerdenh. *l.* 1. *c.* 6. *q.* 12. & probare suam negativam nititur *l.* 31. *ad Municipal.* item Besoldus, sed timide, *Coll. pol. clas.* 1. *d.* 11. *n.* 10. & Dn. Speidel. **Voce: Bürger.** *Vers. Porro jus orig.* Sed falso. Nam, præterquam quod neque allegata Lex, quæ potius pro me stat, neque allegati Dd. qui toto cœlo errant, hoc probent, de Jure expeditissimum est, pluribus in locis aliquem sibi civilitatem comparare posse, nec, altera acquisita, alteram perdi. Per textus *in l.* 29. *ad Municip. l.* 4. *C. de municip.* Domicilii enim translatione, civilitatisque alibi acquisitione domicilium originis plane non amittitur, nec potest. Habes duas uno tempore civitates. conf. Gail. 2. *O.* 36. *n.* 5. Gerl. Buxtorf. *ad c.* 16. *A. B. n.* 99. *lit. b.* Et posito, non concesso, civitatem voluntariam, alterius impetratione, amitti (qualis mos Romanæ civitati fuit) inde tamen minime sequitur, quod nec per expressum pactum relicta civilitas reservari possit. Et duobus in opidis Jure civitatis frui aliquem posse simul, videre est in adoptivo filio. *l.* 15. *§. f. l.* 17. *§.* 9. *ad Municipal. l.* 7. *C. de adopt.* videre id quoque est in manumisso. *l.* 6. *§. f. l.* 22. *§.* 2. *ad Municipal.* Jam si plures fuerint

manu-

manumissores, diversis in locis cives existentes, etiam manumissus plurium civitatũ verus efficitur civis. Consẽtit & usus hodiernus. VV. *Voce:* häußlich. verb. *Recte enim.* Unde etiam Stat. Dresd. *c.1. §.5.* dafern sich aber einer von hinnen wenden würde/ dem soll das Bürger Recht auf ein Jahr offen behalten werden (nec enim ad essentiam civilitatis pertinet habitatio in ipsamet civitate. Alex. *cons.* 137. *n.* 13. *l.* 2. Ruin. *cons.* 112. *n.* 10. *l.* 5. Bero. *cons.* 22. *n.* 2. *l.* 3.) will Er aber d. ffen ferner geniessen/ so soll er sich vor seinem Abzuge darzu angeben &c. (ibi enim quis creditur esse, ubi habet animum revertendi, & quamdiu quis destinatus est ad locum civilitatis suæ (qui animus ex reservatione illa, auß der Offenbehaltung/ colligitur) ut eo redire velit, tam diu pro cive habetur. VVesenb. *cons.* 17. *n.* 16. adde Zahn. *Ichn. c.* 14. *n.* 30. *&c.*) widriges Falles aber/ soll das Bürger Recht erleschen seyn. &c. Ut adeo non tam universale sit, quod laudatus Speidelius *d. l. habet: nempe quod civis, qui civitatem deserit, & alio domicilium transfert, nihilque possidet in civitate originis, amittat iura civitatis.* Addo enim; *nisi pacisicatur.* Ex allegatis autem verbis & hoc elicio, quod Dn. Speidelius tacite fateatur, aliquem in quasi possessione civilitatis desertæ manere posse, si possessiones ibid. relinquat. Ex quibus omnibus fluit, posse aliquem diversis simul locis civilitatem cum effectu consequi.

CAP. II.

Subjecta hoc loco occurrunt duo; *Activum* & *Passivum*. Illud exhibent ii, qui civitatem concedere possunt, de quibus vid. Zahn. *Ichnog. c.* 14. *n.* 8. 10. 11. *Hoc* vero qui eam vel *nativitate*, vel *allectione* obtinent. *quibus de supra cap. primo* De singulis ordine.

Facultas concedendi civilitatem, Bürger auf und anzunehmen / solius cujusque loci magistratus municipalis est. laud. Knipschild. sæpe citato *Tr. l.* 2. *c.* 29. *n.* 2. 3. & in specie quandoque penes Consules & Camerarios civitatis residet. Amplisſ. Dn. Hahn. *not. VVes. ad Municip.* qui à nonnullis Seniores s. Antiani, Curatoresve Civitatum appellantur. G. Buxtorf. ad *A. B. c.* 16. *n.* 99. *lit. e.* Besold. *de I. V. c. ult. n.* 3. Dn. Speid. *Voce:* Bürger. Wesenb. illos: Burgimagistros, & Scabinos civitatis vocat, additque, eos in locum Decurionum successisse, idemque in illis jus obtinere. *Cons.* 40. *n.* 21. Interdum etiam totius opidani Senatus negotium est. Arum *Vol.* 2. *d.* 7. *th.* 22. *n.* 9. *f.* Dn. Myl. *d. l. c.* 14. *p.* 380. *pr.* Sic Dresdæ coram pleno Senatu, originarius seu extraneus jurat, receptio fit in senaculo, in der Raths Stube/ idque regulariter. Quandoque enim & tantum coram Deputatis, personis sc. quibusdam senatoriis huic negotio speciatim destinatis, vor zween Herren des Raths/ und dem Stadt-Schreiber. conf. Stat. Dresd. *p.* 72. Alibi aliter observatur. Q. hic: an soli magistratui municipali munus hoc competat, an vero & à Superiori civitati alicui civis obtrudi possit. Ob einer Stadt ein Fürst könne einen Bürger aufdringen? quod regulariter nego. Præsuppositis nempe, quod & Superior & decuriones boni sint. confer Besold *de Iure univers. c.* 8. *n.* 3. sæpe cit. Knipsch. *d. l. n.* 133. & Churf. Jo. Geor. zu S. Polizey *de anno* 1612. *T.* von

Instit.

Justit. S. ubi: Ebener massen wollen Wir die Städte/ wann sie sich/ jemands zum Bürger Recht kommen zu lassen / verweigerten / mit ihrer Nothdurft gnugsam hören / und da dieselben erhebliche / und zu recht gnugsame Ursachen fürwenden/ wieder ihren Willen hierzu nicht enthaltenlassen. Corp. nov. Sax. *par. pr. p. m.* 326. *n.* 23. adde Churf. August Kirch-Ord. *T.* von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. *es/* zu dem/ wo ein *f.* adde Zahn. *d. l. n.* 23. 24 *Passivum* repræsentant subjectum illi, qui vel nascuntur cives, vel cooptati tales fiunt. Illi, quoscunque etiam aut naturæ, aut fortunæ (exceptis paucis, de quibus infra) patiantur manes, originariam suam civilitatem nihilominus retinent, adeo ut hic nec furiosus. *arg. l.* 228. *V. S.* nec infans excludatur. Nativitas enim sive ea sit vera, sive quasi, civem originarium statim efficit. *l.* 1. *ad municip.* non sana mens, aut ætatis maturitas. VVissenb. *π. de manumiss. testam.* §. 11. Besold. *de l. Ord. C. 6. §.* 4. Unde &, quatenus fieri id potest, emolumentis civilitatis suos per curatores fruuntur, muneribus quibusdam adstringuntur, actionibus ex re venientibus pulsantur. Dn. Myl. *d. Tr. c.* 80. *p. m.* 539. *&c.* 61. *p.* 522. Ampliss. Frommannus P. P. Tubing, fautor & amicus meus honorand. *in sua Hypotyp. Jur. furios. pa pr. memb.* 1. *art.* 2. Bronch. *ad l.* 5. *R. I* Secus dicendum de extraneis, qui civilitatem per allectionem consequi intendunt. Ubi talis regula est ponenda: Quod omnes, qui nec natura impediuntur, nec lege prohibentur, civitatem adipisci queant. Cum itaque neminem sua dignitas, aut præeminentia status, aut naturâ impedit, aut lege arcet, quo minus civilitatem nancisci debeat, sequitur, quod ii, quos grandia supinant nomina, & illam ipsam petere, admittique quam optime possint; & quidem citra honoris maculam. Quâ enim notâ digna res est, civitati, in qua tam bene tibi est, & sic quasi altera patria est, redhostimenti loco, te arctius obligari? Nec etiam destituor exemplis. De civitate enim nomine Ayr in regno Scotiæ sita, sic scribit Dn. Martinus Zeilerus *in Epist.* 304. Die Stadt Ayr in Schotten betreffende/ daselbst von dem Rath und Bürgerschaft ein Vornehmer Deutscher Reichs Grav in das Stadtbuch/ als ein Bürgersgenoß/ eingeschrieben worden. & nostris temporibus Henricum, Comitem Bergensem, Leodii jus civitaticum obtinuisse, imo, quod longe plus est, Remp. Venetam Ferdinandum IV. sororem, per Italiam in Hispaniam tendentem, comitantem usque Venetias, Patriciatus, & sic quoque civitatis Jure donasse, commentarii olim publici docuerunt. Omittam: Corynthios Herculi, atque M. Alexandro civitatis suæ Jura dedisse Dn. Zeil. *cit. epist.* Nec T. Pomponius Atticus oblato civitatis Athenarum beneficio uti recusasset, nisi nonnulli interpretati fuissent, amitti civitatem Romanam, alia ascita. C. Nep. *Vita T. Pomp. Attic. c.* 3.

Impediuntur autem à natura, ut recipi in cives nequeant. I. Furiosi, mente capti, f. dementes Cum en [illegible] carent [illegible] absentium & dormientium habentur. *§. furiosi de Iure codicill.* 124 §. *f. R. I.* & ea propter nullum negotium efficaciter quippe qui judicio, animique destinatione carent, gerere valent, sive meliorem

otem suam faciunt conditionem, sive curatore authore quid agunt. *§. 8. de inutil. stipul. l. 5. l. 40. R. I. l. 63. de acquir. vel omit. hered. l. 1. §. furiosi. de O. & A.* ridiculum certe auditu foret statuere; eos civitatem acquirere posse. Nec mente capti excipiendi sunt ab hac assertione ob id, quod animi rabie, veluti furiosi, non exagitentur, sed solum in quiete non sanæ mentis vivantur. Vinn. *Comm. Inst. §. 4. de curat.* Cum nihilo magis (modo perpetuo tales sint) idoneè quid peragere, Juribusve, quorum sanæ mentis homo particeps est, frui possunt, non ob rabiem, quæ non est, sed ob judicii defectum, qui adest. Bronch. *ad d. l. 5. R. I.* Vinn. *Comm. Quib. non est permiss. fac. testam §. 1. n. 1.* Secus obtinet in iis seu furiosis, s. dementibus, qui dilucida suæ insaniæ habent intervalla. Tales enim quia serenitatis tempore omnia recte gerunt. *l. 20. §. 4. Qui testam. fac.* Bronch. *ad l. 40. R. I* Vinn. *Comm. d. §. 1. n. 2.* etiam civilitatem adipisci possunt. II. Infantes, & infantiæ proximi. Quia hujusmodi ætatis hominesnullum, qui huic sufficiat rei, intellectum habent. §. 9 *de in. ut. stip.* III. Pupilli, atq; minores, præprimis qui curatorem habent, quia nec domicilium sibi constituere possunt. *l. 1. de tut. & curat. dat.*; multo minus civilitatem acquirere. Quæ non datur, nisi Juramentū civicum præcesserit. Hoc autem præcedere nequit, quia minores, quemadmodum jurium civilium sunt incapaces, ita & ad juramentum hoc, donec minorennitatem compleverint, admitti nequeunt. Magnif. Carpz. *p. 2. c. 6. d. 6. n. ult.* Nec hoc in actu tutorum, curatorumque authoritas aut consensus quid importat, quia iis personis nullus hoc in casu datur locus. *arg. c. si minori. & cap. si quis sequenti. T. si de feudo defuncti. P. 2.* Est enim Juramentum personalissimum quid, & solius jurantis animam concernens, ideo regulariter in propria præstari debet persona. Jo. Jac. VVissenb. *Exerc. ad π par. pr. disp. 24. th 32.* ubi pl. (vide tamē Dn. Hahn. *obs. VVes. ad T. de jurej. n. 9.*) Præprimis de Jure fori Sax. Magnif. Carpz. *Process. T. II. art. 2. §. 3. n. 24. & 34.* Et si minoribus ideo curatores dantur, ita ut nec eos rejicere possint, ex quo semel constituti sunt. *l. 1. § ult. de min.* quia rebus suis superesse minime queunt; quo Jure in civium numerum recipi possunt? IV. Absentia quoque alicujus impedit, ne is civilitatem acquirere possit.

Qui prohibentur, sunt I. Fœminæ. Civem enim fieri est de officiis virilibus, à quibus hic sexus regulariter excluditur. *l. 2. R. I.* ex personis tamen maritorum mulieres civitatis Jure fruuntur. Unde Juramentum præstitum à marito intelligitur quoque ab uxore esse præstitum. Besold. *de tur. ord. civ. n. 4. f* Stat. Dresd. *c. 1. §. 3. ubi* Bürgerin quam vocem usus sic explicuit II. Hæretici. *l. 2. & 4. C. de heretic.* Quo tamen nomine Augustanæ Confessioni addicti minime veniunt, ut & nec Reformati seu protestantes; quorum illi per transactionem Passavien:em; hi per instrumentum pacis Monasteriense & Osnabrugense admissi sunt. Venerandus senex Zeiler' *σὺν ἐν ἁγίοις ep. 606. 634. 656. 671. 702.* Sig. Freyberg. *Germ. per turb. p. 2. disc. 18.* Verb: und ob schon. Speidel. *Voce:* Räyer. III. Judæi, qui enim ad nullos honores, dignitates, administrationes, munera, & officia publica, vel quasi publica

 admit-

admittuntur (uti hæc omnia latius deducit Ampl. Dn. Hahn. Διαλαγ Judæor. th. 14.) illi neque civilitate particulari, multò minus particulariori (nam universali gaudent; sunt enim hodierna ex consuetudine cives Romani. Wehn. Voce Juden. Magnif. Carpz. p. 4. c. 32. d. 22. f.) digni sunt facit A. B. c. 9. f. Ordin. pol. 1548. §. item nach dem Sixtin. de regalib. l. 1. c. 5. n. 9. Incolitus tamen Jure fruuntur ac tenentur. Fruuntur, ratione immunitatis urbi, quam incolunt concessæ, Tenentur, ratione statutorum, ad quæ se componere necesse habent, præprimis si cum Christiano ipsi negotium intercedat. Alex l. 2. cons. 7. l. 5. cons. 75. Jahn. ichn. mun. c. 77. n. 30. 31. & respectu protectionis, ob quam Domino territoriali subjecti sunt, atque auri vim, Schutz-Geld ipsi dependunt, Dn. Georg. Theod. Dieterich de Iure & statu Judaeor. c. 4. §. 9. ubi plurib. & VVehn. d. Voce : Cæterum nocivum istud hominum genus in Electoratu Sax plane non toleratur. Chur S. Berg-Ord. artic. 76. rubr. Jüden sollen nicht geduldet/ noch gehauset werden. nec in Electoratu Palatino Chur Pfaltz L. O. T. 18. n. 5. nec in Ducatibus Luneburgens. & Brunsvic. & Commitatibus iisdem subjectis. Nec in VVurtembergiæ Ducatu, uti ipse notavi. vid. Dn. Myl d. Tr. c. 60. p. m. 509. add G Schonb. d. Pol. c. 36. Zihn, Ichnog. d. cap. n. 26. ubi pl. IV. Banniti per bannum Imp. R. A. 1521. § Ob aber hi enim deportatis comparantur. §. 2. I. de cap. demin. Quibus enim universalis civilitas denegata est, iis multo magis particularis est prohibita. Consultiss Dn. Lauterb. Coll. π pr. ad Municip. doctr. de subjecto. V Excommunicati. c. 1. de sent. & excom. in 6. sc. excommunicatione majori, quæ in Jure Can. Anathema dicitur c. ult ca. 3. q. 4. Arn. Corvin. Jur. Can. l. 4. T. 43. Qui enim ab omni fidelium communitate ac societate segregantur. c. pen. de sent. & excom. seu ab aliis devitantur, & legitimis actibus privantur. Gl. ad d. c. 1. in casu ficto. verb : medicinal : nec allocutione, salutatione, mensaque regulariter digni habentur. citat. Corvin. d. T. 43. illi multo minus civilitatem adipisci possunt. vide M. Anton. Cucchi JC. Inst. Iur. Canon. l. 4. T 11 & beatum Ungepaur JC. Comm. super. Decretal. l. 5. T. 39. n. 2. 3. 9. VI. Huc refer omnes aut inutiles, aut malos homines, quos Horatius inutilia pondera terræ; fruges consumere natos, vocat veluti sunt: mendici Zepper. L. Mos l. 4. c 10. Klock Vol. 1. cons. 35. n. 42. fures, scurræ, Beutelschneider/ Gaudiebe/ & hujusmodi scelerum artifices. Agripp. de Van. scient. c. 65. Scortatores, & ejus farinæ colluvies. Dn. Hahn. obs ad Municip : Sortilegi, Seegensprecher/ &c. Perpetuo dediti otio, Müssig gänger/ Hyp. à col ib. de increm. urb. c. 13 f. Cingari, Zigeiner/ & id genus nocivorum hominum. Ordin. p l. 1551. & 1576 Godelmar. de magis l. 1. c. 5 f. & qui sunt plures, qui potius urbe ejiciendi, quam ut eos jure civitatico beatos reddat magistratus Secundum illud vulgatum:

Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.

c. 25. §. alioq. X de jurejur.

Q. an Verbi ministri civilitatem redimere possint? Resp. regulariter quod sic. Nullibi enim prohibiti reperiuntur, Unde Divus Elector Augustus

in

in Ordinat. Eccles. T. von *immunit.* und Freyheiten der Kirchendien: *vers.* zu dem. sic constituit: Wo ein Kirchendiener/ welcher sich bey seinem Ambt/ als oblaut/redlich und treulich gehalten/des Bürger-Rechts daselbsten begehren würde/ und Bürgerliche/ oder andere Güter/ seinem Weibe/ und Kindern zu trost/ erkauffen wolte/ das soll ihm bey unsern Unterthanen/ ohne sondere ehehaffte Ursachen/ nicht versaget werden. Corp. nov. Sax. *pa.* 2. *p. m.* 61. Nec à ratione hoc alienum est, cum hi aliàs politico magistratui seu superiori seu inferiori obedientiam debeant. 1. *Petr. c.* 2. *vers.* 13. 14. (qui textus post alios fortissimus in hanc rem est) sunt enim & ipsi cives (provinciales) & pars corporis Reip. vid. omnino Molin *cons.* 12. & *cap. huj. dissert.* 7. *in f.* multo autem magis obsequentes redduntur per Juris civitatis concessionem add. H. Bruning. *de V.* U. *S. th* 33. Q. an spuriis danda sit civilitas? Resp. etiam regulariter quod sic. Nasci enim spurium non est ejus culpa, qui nascitur, sed illius qui generat. *c.* 5. *dist.* 56. Iniquum itaq; foret, parentum suorum iniquitates obesse ei, qui nihil, quod vel Lex notet, vel quod existimationem apud honestos viros lædat, commisit. *c.* 6. *dist.* 56. *l.* 6. *de Decurion.* adde beat. Knipschild/ *d. l.* 2. *c.* 29. *n.* 122. Nisi peculiaribus civium institutis arceantur. Plerisque enim in locis testimonio natalitio, denen Geburtsbrieffen/ multum fidei tribuitur, eoque non exhibito, nemo fere, aut difficulter admodum, jura civitatis consequitur. Magnif. Carpz. *p.* 2. *c.* 6. *d.* 15. Zohn. *d. Tr. c.* 58. *n.* 11. 12. 13. Besold. *de* 1. *ord. civ. c.* 3. *n.* 11. & *ad I. Wurtemberg. T.* 2. *p.* 4. Notandum hic: quod Testimonium natalitium, & vox: Manrecht sive testimonium des Manrechts/ à quibusdam confundantur, & promiscue usurpentur, revera autem differant atque discrepent. Illud enim probat: daß einer aus einem rechten ehelichen/ unbefleckten Ehebette gezeuget. Hoc vero ostendit: daß einer keinen Herrn mit Leibeigenschafft verwant. Uti pluribus hoc demonstrat sæpe citatus Dn. Knipschild. *Tr. de civit. imp. l.* 2. *c.* 29. *n.* 114. An vero aliorum cives, & subditi sint recipiendi? non vanæ est quæstionis; quum ego affirmo, si sc. prius potestatem abeundi impetraverint. *c.* 16. *A. B.* ibique Arum. & G. Buxtorf *conclus.* 99. *lit. a.* Consultiss. Dn. Hahn. *not. Wes. ad. Municip.* Schneidew. *d. §.* 2. *n.* 11. & *c. Quib. mod. jus patr. potest.* quam demonstrare tenentur per literas testimoniales, durch Abzugs-briefe/ oder andere gnugsame Kundschafft Divi El. Jo. Ge. 1. Gesinde- Taglöhner und Handw. Ordn. 1651. *T.* 5. §. 1. Corp. nov. Sax. *pa. pr. p. m.* 5. 9. *f.* sive, ut effert. Dn. Speidel. *Voce*: Bürger/ durch einen ehrlichen Abschied/ daß er keinen Herrn mit Leibeigenschafft ete verwant sey. Quod quibusdam in locis: das Manrecht auflegen. vocatur. Wehn. *Voce*: Manrecht. add Zohn. *d. c.* 14. *n.* 13. Nec minus rustici ad civilitatem sunt apti. Quamvis enim abjectissimæ fere sint conditionis, propterea tamen non sunt infamatæ. Unde etiam de Stutgardia Wurtembergiæ legitur. Haben sich zu dieser Zeit viel Bauren auf den Feldern/ und anders woher/ um sicherheit

willen/ mit Weibern / und Kindern nacher Stutgart begeben/ daselbst das BügerRecht angenommen / etc. Kl. Würtemb. Chron. p. m. 79. add. ea quæ tradit Jo. Ang. VVerdenh. ad Bodin. l. 3 c. 8. q. 6

Quod itidem de exulibus, seu patria ob Orthodoxian pulsis regulariter affirmamus. Quanto enim quisque melior est, tanto etiam civitate dignior habetur. Jam autem nemo integrior inveniri potest, quam qui cœlestem ob veritatem forti animo ejectionem perpessus est, suamque probitatem publico, ac acerbo contestatus est testimonio. Ut enim quis patria expellatur, invidia est, & odium adversus Evangelium, &c. ut autem quis illud perferat constanti animo, sola efficit virtus. Unde generoso supercilio dicenti: *Adversarii vos exilio damnaverunt?* regerere possunt: *At nos illos mansione.* Laërt. l. 6. Periteramus enim, nisi periissemus Uti acute a icubi loquitur Themistocl. Plutarchus in exilium missus. beat. Zeil. epist. 41. f. Momentanea enim quibus illi delectantur, amittunt exules, æterna, quibus illi exciderunt, apprehendunt hi Interea.

Terra D s i est, & ubique sumus sub regmine Jovæ.
Exulis auxilium, qui fuit Exul, erit.

Majoris quæstionis est de infamibus. von Ehrlosen Personen/ an civilitatis capaces esse possint? Responderi posset: quod hoc negotium magistratus opidani judicio discutiendum rectius committatur, quam ut de eo in scholis disceptetur, cum pro cujusque loci splendore, vel sordibus, copia, vel raritate civium, nec non pro necessitate, varie circa hanc rem procedendum, nec uno collyrio prudenti magistratui hic opus sit. Nolo tamen hoc, è novacula arrepro, evadendi invento legum compedes eludere, sed potius, exercitii causa, distinguo inter recipiendum, & receptum jam civem. Quoad illum puto, quod, si talis, eaque juris, infamia sit, cujus factum dolo malo quidem admissum, sed aut plane illud negari, aut variis excusationum coloribus obtegi potest. M. Freher. *Tr. de existim. l. 3. c. 1. n. 12.* vel si manifestum quidem sit factum illud, proprio tamen nomine condemnatus haud fuerit. *l. 6. §. 2. de his qui not.* talis homo omnino recipi queat, cum ille nulla notatus sit infamia, & si infamia aliqua est, certe ethica tantum, non Juridica est *arg. eor. quæ habet Bach. Vol. 1. d. 8 th. 5. lit. c.* Par jus esse & eo in casu credo, quando infamia ex causa, sua natura non famosa, descendat, & certi temporis lapsu finita fuerit. *l. 5. de Decurion. l. 3. C. de his qui not.* Magn. Lauterbach. us *Coll. Th. post de his qui not. §. 2. 3. 5. ubi omnino.* Pari ratione & facti infamia notatum, si factum non est enormiter turpe, civitatem adipisci posse duco. Sed infames à Juramentis rejiciuntur *Zoes Th. de Jurej. n. 7.* E. etiam à civilitatis acquisitione, quæ non datur, nisi mediante juramento civico? Resp. non omnes à juramentorum præstatione excludi infames, sed tantum illos, de quibus hic non est sermo V. C. qui ex perjurio infamia notati sunt. *c. 14. c. 22. q. 5* Hi vero nec civitatem consequi possunt. Receptum autem quod attinet civem, parum referre puto, juris an facti infamia notatus ille fuerit; civilitatem enim per ejusmodi notationes non amittit; modo

do infamia non sit talis, cujus causa (quæ est delictum) simul vel ultimo supplicio, vel relegatione perpetua vindicatur. Magnif. Carpz. *p. 4. c. 29. d. 6. ubi exemplum.* Secus si relegatio fuerit temporalis. *l. 4. de interd. & releg.* quo casu civitas, in qua antea est receptus, quidem retinetur, sed admodum arcisa, & quasi dormienti similis est. laud. Dn. Carpz. *p. 4. c. 47. d. 9.* quid? quod existimatio quoque miserè lædatur. Freher. *Tr. de existim. l. 3. c. 4 n. 4. & 5.* Qui vero in perpetuum relegatus est, universalem tantum civitatem, nec amplius quid, retinet *l. 7. §. 3. de interd. & releg.* Si vero in pœnam carcer, vel mulcta (sive multa, utrumque enim dicitur. vid. Præcellent. Dn. Cusp. Hellicki VVolfio Mosellant JC. Amici fraterno amore colend. *Dissertat. de Mulcta olim Argentinæ habit. th. 3.*) ipsi adjudicatur, civitatem itidem servat. confer. Bartol. *ad l. un. C. de infam.* Quamvis nullus honorum aditus ipsi pateat, fideique parum in multis Juris articulis tribuatur *d. l. un. C.* laud. Dn. Lauterb. *d. T. §. 4.* Henr. Bocer. *par. 2. clas. 6. d. 8. n. 18. 20* vide tamen Arnis. *de Rep. l. 1. c. 5. sect. 9. n. 15.* ubi specialia circa majestatem Juris civitatis Romanæ. Omnino facit huc, quod ait Paulus JC. *non esse novum ut, quæ semel utiliter* (i. e. plene ac perfecte. Dd.) *constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt. l. 85. §. 1. R. I.* modo, uti innui essentialis personarum status per eum casum non intervertatur. *pl.* Jac. Gothofr. *Comm. ad. citat. L. de R. I.*

CAP. III.

OBjectum civilitatis constituunt *Statuta c. 2 de const. in 6. Privilegia. l. §. 2. ad Municip. l. 196 R. I.* civitati concessa *Consvetudines* ab eadem receptæ *§. 9. de I. N. G. C.* Dn. Ludvv. *Diss. ad Inst. 1. th. 14. & Dd. comm. Decreta. arg. § 5 de I. N. G. C. l. 9. de LL.* Hinc in albis publice affixis quotidie legitur: *Decretum in Senatu.* & in Stat. Dresd *p. 6. & 8.* vocantur. *publice* Patente ac demum *Jussa magistratus oppidani.* ut; quando pro re nata, civibus quid indicitur: Jurant enim cives: des Raths rechtmässigen Gebothen/ Satzungen/ und Anordnungen gebürlich nach zu kommen.

Statuta quod concernit, vocantur etiam: Instituta civium. *C. Nep. prolegom. n. 4.* LL. locales. VVesenb. *π. de LL. n. 3.* Jus proprium civium s. cujusque civitatis. *l. 9. de I. & I.* Leges municipii *l. 1. Σ. de emancip. lib.* Leges municipales *l. 25. ad municipal.* Jus civile *l. 22. §. 3 eod.* possent & vocari: Decreta ab ordine (Decurionum) facta. *tt. de decret. ab. ord* quia eorum naturam quadantenus induunt. Matth. Coler. *de process. execut. p. 3. c 3. n. 8. 9.* VVesenb. *π. de LL. n. 3. f.* A pragmaticis vero Jura staturaria appellantur Magnif. Carpz. *p. 2. c. 53. d. 10. n. 13.* Germanice: StadtRechte/ Stadt-Ordnungen/ Statuten. Dn. Speid. *Voce*: StadtRecht. Stat. Dresd. *p 4. & 8.* item: Willkühr/ Weichbild. citat. Coler. *de proc. exec. p. 1. c. 3. n. 1. 2.* ut &: Gewohnheiten. Magnif. Carpz. *p. 1. c. 12. d. 5. ubi præjud. 1.* Stat. Dres. *p. 7.* Unde quæritur: An consvetudines, ex quo descriptæ in unumque corpus cum cæteris statutis, à senatu urbano propositis, & à civibus expresse approbatis, congestæ, ac à superiori confirmatæ sunt, consvetudines adhuc maneant, fa-

&aque statutorum mentione, tacite subintelligantur? Resp. quod sic. Etenim Jura, quæ tacita Legislatoris voluntate sensim, sive, ut Thom. Hobbes ait, promulgatione voce naturæ, sive, ratione naturali facta. *elem phil. de civ. c. 14. th. 14.* frequentibus sc. actibus à populo sunt introducta, ut jurium vim tandem obtinuerint, quamvis postea literis comprehendantur, attamen idcirco in Jura scripta sive LL. minime abeunt, sed sunt atque manent jura non scripta. Respicitur enim hoc in passu semper ad causam juris non scripti efficientem, primamque constitutionem, non ad id, quod per accidens postea fit, qualis est descriptio, & relatio inter cæteras LL probationis, melioris cognitionis, vel recordationis causa adhibita. Ampliss. Dn. Lauterb. *Coll. π. post. de LL. §. 8. pr.* Hinc potior Juris feudalis pars, quamquam totum illud consensu Imp. expresso in unum corpus fuit collatum, non tamen ideo naturam juris non scripti amisit, jurisque econtra scripti formam induit. Cum ex sola consuetudine etiamapud nos, illud Jus obtineat. ὁ πάνυ CONRINGIUS, Patronus meus honorandissimus, *de orig. Jur. Germ. c. 13. p. 164. ubi plurib.* Dn. Limn. *annot. ad Cap. Carol. V. Verb.* **Fürstenthum**. *n. 36.* Dn H. Hermes. *not. ζ Vesenb. π. de LL. n. 6.* Adeoque statuta tam non scripta quam scripta comprehendunt Jura, optimeque dividi possunt in Jura scripta, & non scripta. Quod pace Dni. Jo. Henr. **Hagen**. *diss. de jure municip. th. 7.* dixerim: Sed eo ipso, quo consuetudo à superiori confirmatur, expressa Legislatio existit? Resp negando majorem, quam sic limito: si mens Legislatoris ea sit, secus si non. uti hoc in casu, quo & ante & post confirmationem consuetudines, ab ipso etiam Superiori, vocantur. E. qua tales sunt in chartam conjectæ, qua tales etiam confirmatæ sunt. Sed consuetudines, suâ natura sunt Jura. E. confirmationis non egent? Resp. ita esse. Sed hic consuetudinaria statuta propter connexitatem scriptorum statutorum confirmari. Juxta vulgatum: Ob conjunctionem receditur à regulis juris. Dici etiam posset; confirmationem accedere majoris authoritatis ergo; Superflua etenim non nocent. Præcipue in primis ubi potentium civium id postulat Status Etsi consuetudines non essent amplius, quid tandem essent. Non forent LL. quia Princeps non tulit: Non statuta, quia Senatus populo ea non obtulit, populus expresse iis non detulit. E. nihil essent. Si vero quævis confirmatio, à superiori facta, ex Iure non scripto effingat jus scriptum, paucas in posterum consuetudines exstituras credo, cum nullæ ferè vigeant in opidis, modò alicujus sint momenti, quæ non confirmatæ sunt.

Statuta definio: quod sint Ius quoddam civile, quod quælibet civitas, mediatè subjecta, pro legibus sibi constituit. Coler. *de proc. exec. p. 1. c. 3. n. 3.* Bein. Grav. *conclus. 33. n 4 l. 2.* Ea divido, uti auditum, in *Iura scripta & non scripta.* Cæterum ad validitatem Iurium statutariorum scriptorum sequentia requiruntur. I. legitimus magistratus *arg. t. t. de senator. t. t. de Decur.* Balth. Conr. **Zahn** *Ichnograph. municip. c 15.* etiam quoad numerum, qui, omnibus rite convocatis, in duabus ad minimum partibus consistere debet. *arg. l. 2. & 3. de Decret. ab ord.* Consultiss. Dn. Lauterb. *Coll. π. pr. de Decr. ab. ord.* ubi de his & seqq. more suo accurate. II. Ex his, si non omnes, attamen

men major pars, consentiat necesse est. Quod enim major curiæ pars concludit, pro eo habetur, ac si ab omnibus fuisset decretum. *arg. l. 46. C. de Decur. l. 19. ad municip.* III. ut res, de qua agitur, sit talis, quæ ad communem necessitatem, publicamque universi salutem, quæ suprema Lex est. Cic. 1. *de offic.* tendat. *l. 1. & 4. §. 2. l. 5. de Decret. ab ord.* directionique Senatus subsit. *L. 36. R. l.* Zahn *l. hnog. municip. cap* 37. *n.* 6. 7. IV. Ut cives in ejusmodi Statuta consentiant. *arg. §. Lex est. 4. de I. N. G. C.* Dn. Speid. *Voce:* Stadt-Recht Stat. Dresd. *p.* 3. & 4. *f.* Dn. Hagen. *cit. Diss. th.* 37. ubi omninò Coler. *d. l. p. 1. c. 3. n. 8.* 10. H. Bruning. *d. V.* U. *S. th.* 54. V. ut confirmentur à Superiori, idque hodie de necessitate, Magnif. Carpz. *Proces. T. 2. art. 2. §. 9. n.* 189. 190. 191. *ubi omninò.* Arum. *Vol. 1. d. 13 q. 10.* Ja. Oisel *not. ad Caj. l. 1. T. 1. p. m.* 5. Stat. Dresd. *p. m. 6.* exceptis tamen locis, ubi confirmatione vel ex privilegio, vel ex consuetudine opus non est. Excell. Dn. Lauterb. *Coll. th. po. de Const. PP. §. 4. f. ubi pl.* VI. Ut publici fiant Iuris. Non enim nisi publicata, ligant. *l. 65. C. de Decur. l. 1. f. de decret: ab ord.* Menoch. *arb. Jud. cons.* 185 Repertorium Dobbere. Reygeri *Voce cit. V. u.* Dn. Speid. *Voce.* Stad-Recht. Publicari vero diversimode solent Dresdæ nuper ostiatim convocatis per apparitorem, durch den Gerichtsdiener/ civibus, disertis verbis à Dn. Syndico, postquam in eorum renovationem consenserant cives Stat. Dresd. *p.* 5. 6. & 3. ea vernacula concepta lingua prælegebantur in curia opidana coram populo, & sic in vim Legum abibant.

Leges post duos menses demum à tempore promulgationis obligare ad earum scientiam. *l. 9. C. de LL. c. 12. C. de I. & F. ign.* & obedientiam *l. 3 & 4 C. l. 2. ff. de LL.* exploratum est. An vero idem in Iusertiam circa hæc statutaria Iura obtineat quæritur? & puto regulariter, quod sic Leges enim sunt. Magnif. Carpz. *p. 2. c. 14 d. 53. & p. 3. c. 23 d. 2.* quia sic confirmanti placuerunt *§. 6. de l. N. G. C.* Ex quo sua sponte sequitur: sententiā Baldi dicentis novellum civem (talem vero esse per primum civilitatis suæ annum) excusari, si contra statuta faciat. Reperr. Dobbere *Reygeri. Voce cit. V. u.* aut falsam esse, aut non perpetuo veram. Quare enim excusandus sit is, qui statuta paucis, iisque claris lineis constantia typis descripta, & compararu facilia ignorat, quæ tamen scire maxime tenetur, cum quia turpe est *jus in quo versatur, ignorare. a. l. 2. §. 43 de O. I.* cum quia in iis Jus civitatis suæ Sein Bürger-Recht/ ex parte se fundat. Est itaque ignorantia hæc crassa, & supina ignavia non excusatione, sed pœnâ potius dignissima: nisi forte statuta, ut in locis nonnullis fieri amat, occultentur. Statuta verò mutari non possunt, nisi id è Reip. summa ximopere esse deprehendatur. vid. M. Z. B. *disquis. Pol. c. 39. p. m.* 179. dignus enim est locus, qui inspiciatur. & Didac. Saaved. *Sym. pol. symb. 61. pr. Verbu 2 unde fit. usque ad Ver. oportet agitur.*

Transeo ad *Privilegia.* Hæc quoque vocantur: constitutiones ad exemplum non trahendæ. *l. 1. §. 2. de Const. PP.* item: Constitutiones, per quas alicui sine exemplo subvenitur. *§. 6. de l. N. G. C.* ut & : quatenus favoris quid continent, beneficia *l. 68. R. l. §. 6. de l. N. G. C.* Gerechtigkeiten/ Frey-

solutione Saxon. Elect. *de ann.* 1653. & 37. *T.* von *Instit.* Sach. *n.* 103. *ubi:* Obschon der Rath zu Weyda selbige (nempe spatia collapsis ædificiis subjecta, die Brandstädte) ohn einiges Kauffgeld/ und NB. Bürger-Recht hinzu lassen erbötig, Q. an, facta civi præstandi juramenti civici remissione à superiori, etiam in dubio homagium, die Erb- und Landes-Huldigung/ remissum videatur? Quod nego. Diversa etenim hæc sunt; ideo unius condonatio, alteri præjudicio non est. Diversitas autem elucet inde: Juramentum civicum, die Bürgerliche Eides-Pflicht/ præstatur Domino territoriali, heredibus, senatuique, ac civitati, fidelitatis vero juramentum, die Landes-Huldigung/ nec senatui, nec civitati præstatur, sed superiori, heredibus, iisque, cum quibus confraternitatis pactum inie. cedit. Illud rei immobilis, commerciorumque causa magis juratur. Unde vulgatum: Wer Gewerb/ und Handthirung treiben will, soll Bürger werden. Hoc autem regulariter non propter res possessas, sed respectu personæ exigitur. Dn. Myl. Tr. *sep. cit. c.* 38. *p. m.* 354. Besold. *diss. de Jur. Ord. Civ. n.* 10. Illud receptum Jurisdictioni opidanæ subjicit, dem Rathe zu gehorsamen. Hoc vero superioritatis recognitæ tessera est. Obstringitur enim hoc juramentum præstans zur Reise/ Folge/ Musterung/ und Frohn-Diensten. cit. Dn. Myl. *d. l. p.* 358. Zahn *cit. Tr. c.* 2. *n.* 21. &c. Illud civem opidanum efficit; Hoc tantum provincialem. Sic dicimus: Est civis VVurtembergicus, Bohemicus &c. *A. B. c.* 8. Ad illud præstandum sponte se offertur, aut offerri debet. Stat. Dresd. *c. 1.* §. *1.* 2. Hoc vero non juratur, nisi à superiori id exigatur; imo, quibusdam in locis, nisi prius à superiori jusjurandum fuerit præstitum, quo sc. subditis suis se adstringit, illis sua jura, privilegia, immunitatesque conservare velle. Zahn. *d. Tr. c.* 28. *n.* 12. & *c.* 2. *n.* 27. &c. juramentum homagii non præstatur. Et quæ differentiæ sunt aliæ. vid. quoque citat. Besold. *d. l.*

Q. porro: an quis pluribus in civitatibus civilitatis simul particeps fieri possit, ob einer zugleich an unterschiedenen Orten das Bürger-Recht gewinnen könne? negant id H. Arnisæ *de Republ. l.* 1. *c.* 5. *p. m.* 407. Joh. Ang. VVerdenh. *l.* 1. *c.* 6. *q.* 12. & probare suam negativam nititur *l.* 31. *ad Municipal.* item Besoldus, sed timide, *Coll. pol. clas.* 1. *d.* 11. *n.* 10. & Dn. Speidel. *Verb.* Bürger. *Vers. Porro jus orig.* Sed falso. Nam, præterquam quod neque allegata Lex, quæ potius pro me stat. neque allegati Dd. qui toto cœlo errant, hoc probent, de Jure expeditissimum est, pluribus in locis aliquem sibi civilitatem comparare posse, nec, altera acquisita, alteram perdi. Per textus *in l.* 29. *ad Municip. l.* 4. *C. de municip.* Domicilii enim translatione, civilitatisque alibi acquisitione domicilium originis plane non amittitur, nec potest. Habes duas uno tempore civitates. conf. Gail. 2. *O.* 36. *n.* 5. Gerl. Buxtorf. *ad c.* 16. *A. B. n.* 99. *lit. b.* Et posito, non concesso, civitatem voluntariam, alterius impetratione, amitti (qualis mos Romanæ civitati fuit) inde tamen minime sequitur, quod nec per expressum pactum relicta civilitas reservari possit. Et duobus in opidis Jure civitatis frui aliquem posse simul, videre est in adoptivo filio. *l.* 15. *§. f. l.* 17. *§.* 9. *ad Municipal. l.* 7. *C. de adopt.* videre id quoque est in manumisso. *l.* 6. *§. f. l.* 22. *§.* 2. *ad Municipal.* Jam si plures fuerint manu-

manumissores, diversis in locis cives existentes, etiam manumissus plurium civitatū verus efficitur civis. Consentit & usus hodiernus. VV. Voce: häußlich. verb. *Recte enim.* Unde etiam Stat. Dresd. c. 1. §. 5. **dafern sich aber einer von hinnen wenden würde / dem soll das Bürger-Recht auf ein Jahr offen behalten werden** (nec enim ad essentiam civilitates pertinet habitatio in ipsamet civitate. Alex. *cons.* 137. *n.* 13. *l.* 2. Ruin. *cons.* 112. *n.* 10. *l.* 5. Bero. *cons.* 22. *n.* 2. *l.* 3.) **will Er aber d. ssen ferner geniessen / so soll er sich vor seinem Abzuge darzu angeben** &c. (ibi enim quis creditur esse, ubi habet animum revertendi, & quamdiu quis destinatus est ad locum civilitatis suæ (qui animus ex reservatione illa, **auß der Offenbehaltung**/colligitur) ut eo redire velit, tam diu pro cive habetur. VVesenb. *cons.* 17. *n.* 16. adde **Zahn.** *Ichn. c.* 14. *n.* 30. *&c.*) **widriges Falles aber / soll das Bürger-Recht erlöschen seyn.** &c. Ut adeo non tam universale sit, quod laudatus Speidelius *d. l. habet: nempe quod civis, qui civitatem deserit, & alio domicilium transfert, nihilque possidet in civitate originis, amittat iura civitatis.* Addo enim; *nisi pactiscatur.* Ex allegatis autem verbis & hoc elicio, quod Dn. Speidelius tacite fateatur, aliquem in quasi possessione civilitatis desertæ manere posse, si possessiones ibid. relinquat. Ex quibus omnibus fluit, posse aliquem diversis simul locis civilitatem cum effectu consequi.

CAP. II.

Subjecta hoc loco occurrunt duo; *Activum* & *Passivum.* Illud exhibent ii, qui civitatem concedere possunt, de quibus vid. **Zahn.** *Ichnog. c.* 14. *n.* 8. 10. 11. *Hoc* vero qui eam vel *nativitate*, vel *allectione* obtinent. *quibus de supra cap. primo* De singulis ordine.

Facultas concedendi civilitatem, **Bürger aufund anzunehmen** / solius cujusque loci magistratus municipalis est. laud. **Knipschild.** sæpe citato *Tr. l.* 2. *c.* 29. *n.* 2. 3. & in specie quandoque penes Consules & Camerarios civitatis residet. Amplis. Dn. Hahn. *not. VVes. ad Municip.* qui à nonnullis Seniores s. Antiani, Curatoresve Civitatum appellantur. G. Buxtorf. ad *A. B. c.* 16. *n.* 99. *lit. e.* Besold. *de I. V. c. ult. n.* 3. Dn. Speid. *Voce:* **Bürger. Wesenb.** illos: Burgimagistros, & Scabinos civitatis vocat, additque, eos in locum Decurionum successisse, idemque in illis jus obtinere. *Conf.* 40. *n.* 21. Interdum etiam totius opidani Senatus negotium est. Arum *Vol.* 2. *d.* 7. *th.* 22. *n.* 9. *f.* Dn. Myl. *d. l. c.* 14. *p.* 380. *pr.* Sic Dresdæ coram pleno Senatu, originarius seu extraneus jurat, receptio fit in senaculo, **in der Raths-Stube**/idque regulariter. Quandoque enim & tantum coram Deputatis, personis sc. quibusdam senatoriis huic negotio speciatim destinatis, **vor zween Herren des Raths / und dem Stadt-Schreiber.** conf. Stat. Dresd. *p.* 72. Alibi aliter observatur. Q. hic: an soli magistratui municipali munus hoc competat, an vero & à Superiori civitati alicui civis obtrudi possit. **Ob einer Stadt ein Fürst könne einen Bürger auffdringen?** quod regulariter nego. Præsuppositis nempe, quod & Superior & decuriones boni sint. confer Besold *de Iure univers. c.* 8. *n.* 3. sæpe cit. **Knipsch.** *d. l. n.* 133. & **Churf. Jo. Geor. zu S. Policey** *de anno* 1612. **T. von**

Instit.

Just. it. S. ubi: Ebener massen wollen Wir die Städte/ wann sie sich/ iemands zum Bürger Recht kommen zu lassen/ verweigerten/ mit ihrer Nothdurft gnugsam hören/ und da dieselben erhebliche/ und zu recht gnugsame Ursachen fürwenden/ wieder ihren Willen hierzu nicht enthaltenlassen. Corp. nov. Sax. *par. pr. p. m.* 326. *n.* 29. adde Churf. August Kirch-Ord. *T.* von *immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. *Vers.* zu dem/ wo ein *f.* adde Zahn. *l. l. n.* 23. 24 *Passivum* repræsentant subjectum illi, qui vel nascuntur cives, vel cooptati tales fiunt. Illi, quoscunque etiam aut naturæ, aut fortunæ (exceptis paucis, de quibus infra) patiantur manes, originariam suam civilitatem nihilominus retinent, adeo ut hîc nec furiosus. *arg. l.* 228. *ff. S.* nec infans excludatur. Nativitas enim sive ea sit vera, sive quasi, civem originarium statim efficit. *l.* 1. *ad municip.* non sana mens, aut ætatis maturitas. VVissenb. *π. de manumiss. testam.* §. 11. Besold. *de l. Ord. Civ.* §. 4. Unde &, quatenus fieri id potest, emolumentis civilitatis suos per curatores fruuntur, muneribus quibusdam adstringuntur, actionibus ex re venientibus pulsantur. Dn. Myl. *d. Tr. c.* 80. *p. m.* 539. *&c.* 62. *p.* 522. Ampliss. Frommannus P. P. Tubing, fautor & amicus meus honorand. *in sua Hypotyp. Jur. furios. pa pr. memb.* 1. *art.* 2. Bronch. *ad l.* 5. *R. I* Secus dicendum de extraneis, qui civilitatem per allectionem consequi intendunt. Ubi talis regula est ponenda: Quod omnes, qui nec natura impediuntur, nec lege prohibentur, civitatem adipisci queant. Cum itaque neminem sua dignitas, aut præeminentia status, aut naturâ impedit, aut lege arcet, quo minus civilitatem nancisci debeat, sequitur, quod ii, quos grandia supinant nomina, & illam ipsam petere, admittique quam optime possint; & quidem citra honoris maculam. Quâ enim notâ digna res est, civitati, iu qua tam bene tibi est, & sic quasi altera patria est, redhostimenti loco, te arctius obligari? Nec etiam destituor exemplis. De civitate enim nomine Ayr in regno Scotiæ sita, sic scribit Dn. Martinus Zeilerus *in Epist.* 304. Die Stadt Ayr in Schotten betreffende/ daselbst von dem Rath und Bürgerschaft ein Vornehmer Deutscher Reichs Grav in das Stadtbuch/ als ein Bürgersgenoß/ eingeschrieben worden. & nostris temporibus Henricum, Comitem Bergensem, Leodii jus civitaticum obtinuisse, imo, quod longe plus est, Remp. Venetam Ferdinandum IV. sororem, per Italiam in Hispaniam tendentem, comitantem usque Venetias, Patriciatus, & sic quoque civitatis Jure donasse, commentarii olim publici docuerunt. Omittam: Corynthios Herculi, atque M. Alexandro civitatis suæ Jura dedisse Dn. Zeil. *cit. epist.* Nec T. Pomponius Atticus oblato civitatis Athenarum beneficio uti recusasset, nisi nonnulli interpretati fuissent, amitti civitatem Romanam, alia ascita. C. Nep. *Vita T. Pomp. Attic. c.* 3.

Impediuntur autem à natura, ut recipi in cives nequeant. I. Furiosi, mente capti, s. dementes Cum enim [illegible] carent loco absentium & dormientium habentur. *§. furiosi de Iure codicill.* 124 §. *f. R. I.* & ea propter nullum negotium efficaciter quippe qui judicio, animique destinatione carent, gerere valent, sive melio-

orem

orem suam faciunt conditionem, sive curatore authore quid agunt. *§. 8. de inutil. stipul. l. 5. l. 40. R. I. l. 63. de acquir. vel omitt. hered. l. 1. §. furiosi. de O. & A.* ridiculum certe auditu foret statuere; eos civitatem acquirere posse. Nec mente capti excipiendi sunt ab hac assertione ob id, quod animi rabie, veluti furiosi, non exagitentur, sed solum in quiete non sanæ mentis versentur. Vinn. *Comm. Inst. §. 4. de curat.* Cum nihilo magis (modo perpetuo tales sint) idoneè quid peragere, Juribusve, quorum sanæ mentis homo particeps est, frui possunt, non ob rabiem, quæ non est, sed ob judicii defectum, qui adest. Bronch. *ad d. l. 5. R. I.* Vinn. *Comm. Quib. non est permiss. fac. testam. §. 1. n. 1.* Secus obtinet in iis seu furiosis, s. dementibus, qui dilucida suæ insaniæ habent intervalla. Tales enim quia serenitatis tempore omnia recte gerunt. *l. 20. §. 4. Qui testam. fac.* Bronch. *ad l. 40. R. I.* Vinn. *Comm. d. §. 1. n. 2.* etiam civilitatem adipisci possunt. II. Infantes, & infantiæ proximi. Quia hujusmodi ætatis homines nullum, qui huic sufficiat rei, intellectum habent. *§. 9. de in. ut. stip.* III. Pupilli, atq; minores, præprimis qui curatorem habent. quia nec domicilium sibi constituere possunt. *l. 1. de tut. & curat. dat.*; multo minus civilitatem acquirere. Quæ non datur, nisi Juramentũ civicum præcesserit. Hoc autem præcedere nequit, quia minores, quemadmodum jurium civilium sunt incapaces, ita & ad juramentum hoc, donec minorennitatem compleverint, admitti nequeunt. Magnif. Carpz. *p. 2. c. 6. d. 6. n. ult.* Nec hoc in actu tutorum, curatorumque authoritas aut consensus quid importat, quia iis personis nullus hoc in casu datur locus. *arg. c. si minori. & cap. si quis sequenti. T. si de feudo defuncti. P. 2.* Est enim Juramentum personalissimum quid, & solius jurantis animam concernens, ideo regulariter in propria præstari debet persona. Jo. Jac. VVissenb. *Exerc. ad π par. pr. disp. 24. th. 3.* ubi pl. (vide tamẽ Dn. Hahn. *obs. VVes. ad T. de jurej. n. 9.*) Præprimis de Jure fori Sax. Magnif. Carpz. *Process. T. II. art. 2. §. 3. n. 24. & 34.* Et si minoribus ideo curatores dantur, ita ut nec eos rejicere possint, ex quo semel constituti sunt. *l. 1. § ult. de min.* quia rebus suis superesse minime queunt; quo Jure in civium numerum recipi possunt? IV. Absentia quoque alicujus impedit, ne is civilitatem acquirere possit.

Qui prohibentur, sunt I. Fœminæ. Civem enim fieri est de officiis virilibus, à quibus hic sexus regulariter excluditur. *l. 2. R. I.* ex personis tamen maritorum mulieres civitatis Jure fruuntur. Unde Juramentum præstitum à marito intelligitur quoque ab uxore esse præstitum. Besold. *de jur. ord. civ. n. 4. f.* Stat. Dresd. *c. 1. §. 3. ubi* Bürgerin quam vocem usus sic explicuit II. Hæretici. *l. 2. & 4. C. de haeretic.* Quo tamen nomine Augustanæ Confessioni addicti minime veniunt, ut & nec Reformati seu protestantes; quorum illi per transactionem Passaviensem; hi per instrumentum pacis Monasteriense & Osnabrugense admissi sunt. Venerandus senex Zeiler σὺν ἐν ἁγίοις *ep. 606. 634. 656. 671. 702.* Sig. Frenberg. *Germ. per turb. p. 2. disc. 18. Verb:* und ob schon. Speidel. *Voce:* Käyer. III. Judæi, qui enim ad nullos honores, dignitates, administrationes, munera, & officia publica, vel quasi publica admis-

admittuntur (uti hæc omnia latius deducit Ampl. Dn. Hahn. Διαλαγ Judæor. th. 14.) illi neque civilitate particulari, multò minus particulariori (nam universali gaudent; sunt enim hodierna ex consuetudine cives Romani. Wehn. Voce Juden. Magnif. Carpz. p. 4. c. 32. d. 22. f.) digni sunt facit A. B. c. 9. f. Ordin. pol. 1548. §. item nach dem Sixtin. de regalib. l. 1. c. 5. n. 9. Incolitus tamen Jure fruuntur ac tenentur. Fruuntur, ratione immunitatis urbi, quam incolunt concessæ, Tenentur, ratione statutorum, ad quæ se componere necesse habent, præprimis si cum Christiano ipsi negotium intercedat. Alex l. 2. cons. 7. l. 5. cons. 75. Jahn. Ichn. mun. c. 77. n. 30. 31. & respectu protectionis, ob quam Domino territoriali subjecti sunt, atque auri vim, Schutz-Geld ipsi dependunt. Dn. Georg. Theod. Dieterich de Iure & statu Iudaor. c. 4. §. 9. ubi plurib. & VVehn. d. Voce : Cæterum nocivum istud hominum genus in Electoratu Sax plane non toleratur. Chur-S. Berg-Ord. artic. 76. rubr. Jüden sollen nicht geduldet/ noch gehauset werden. nec in Electoratu Palatino Churpfaltz L O T. 18. n. 5. nec in Ducatibus Luneburgens. & Brunsvic. & Commitatibus iisdem subjectis. Nec in VVurtembergiæ Ducatu, uti ipse notavi. vid. Dn. Myl d. Tr c. 60. p. m. 509. add G Schonb. 4. Pol. c. 36. Zihn, Ichnog. d. cap. n. 26. ubi pl. IV. Banniti per bannum Imp. R A. 1521. § Ob aber hi enim deportatis comparantur. §. 2. I. de cap. demin. Quibus enim universalis civilitas denegata est, iis multo magis particularis est prohibita. Consulatiss Dn. Lauterb. Coll. π pr. ad Munic. p. doctr. de Subjecto. V Excommunicati. c. 1. de sent. & excom. in 6. sc. excommunicatione majori, quæ in Jure Can. Anathema dicitur c. ult. ca. 3. q. 4. Arn. Corvin. Jur. Can. l. 4. T. 43. Qui enim ab omni fidelium communitate ac societate segregantur. c. pen. de sent. & excom. seu ab aliis devitantur, & legitimis actibus privantur. Gl. ad d. c. 1. in casu ficto. verb : medicinal : nec allocutione, salutatione, mensaque regulariter digni habentur. citat. Corvin. d. T. 43. illi multo minus civilitatem adipisci possunt. vide M. Anton. Cucchi JC. Inst. Iur. Canon. l. 4. T 11 & beatum Ungepaur JC. Comm. super. Decretal. l. 5. T. 39. n. 2. 3. 9. VI. Huc refer omnes aut inutiles, aut malos homines, quos Horatius nutilia pondera terræ ; fruges consumere natos, vocat veluti sunt 1 mendici Zepper L. Mos. l. 4. c 16. Klock Vol. 1. cons. 35. n. 42. fures, scurræ, Beutelschneider/ Gaudiebe/ & hujusmodi scelerum artifices. Agripp. de Van. scient. c. 65. Scortatores, & ejus farinæ colluvies. Dn. Hahn. obs ad Municip : Sortilegi, Seegensprecher/ &c. Perpetuo dediti otio, Müssig gänger/ Hyp. à col ib. de increm. urb. c. 13 f. Cingari, Zigeiner/ & id genus nocivorum hominum. Ordin. p l. 1551. & 1576 Godelmar. de magis l. 1. c. 5 f. & qui sunt plures, qui potius urbe ejiciendi, quam ut eos jure civitatico beatos reddat magistratus Secundum illud vulgarum :

Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.

c. 25. §. alioq. X de jurejur.

Q. an Verbi mini stri civilitatem redimere possint ? Resp. regulariter Quod sic. Nullibi enim prohibiti reperiuntur, Unde Divus Elector Augustus

in

in Ordinat. Eccles. T. von *immunit.* und Freyheiten der Kirchendien: *vers.* zu dem. sic constituit: Wo ein Kirchendiener/ welcher sich bey seinem Ambt/ als oblaut/redlich und treulich gehalten/des Bürger-Rechts daselbsten begehren würde/ und Bürgerliche/ oder andere Güter/ seinem Weibe/und Kindern zu trost/ erkauffen wolte/ das soll ihm bey unsern Unterthanen/ ohne sondere ehehaffte Ursachen/ nicht versaget werden. Corp. nov. Sax. *p. 2. p. m. 61.* Nec à ratione hoc alienum est, cum hi aliàs politico magistratui seu superiori seu inferiori obedientiam debeant. 1. *Petr. c. 2. Vers.* 13. 14. (qui textus post alios fortissimus in hanc rem est) sunt enim & ipsi cives (provinciales) & pars corporis Reip. vid. omnino Molin *cons.* 14. & *cap. huj. dissert.* 7. *in f.* multo autem magis obsequentes redduntur per Juris civitatis concessionem add. H. Bruning. *de V. U. S. th* 33. Q. an spuriis danda sit civilitas? Resp. etiam regulariter quod sic. Nasci enim spurium non est ejus culpa, qui nascitur, sed illius qui generat, *c. 5. dist.* 56. Iniquum itaq; foret, parentum suorum iniquitates obesse ei, qui nihil, quod vel Lex notet, vel quod existimationem apud honestos viros lædat, commisit. *c 6. dist.* 56. *l. 6. de Decurion.* adde beat. Knipschild/ *d. l. 2. c. 29. n.* 122. Nisi peculiaribus civium institutis arceantur. Plerisque enim in locis testimonio natalitio, denen Geburtsbrieffen/ multum fidei tribuitur, eoque non exhibito, nemo fere, aut difficulter admodum, jura civitatis consequitur. Magnif. Carpz. *p. 2. c. 6. d.* 15. Zahn. *d. Tr. c.* 58. *n.* 11. 12. 13. Besold. *de I. ord. civ. c.* 3. *n.* 11. *& ad I. Wurtemberg. T. 2. p* 4. Notandum hic: quod Testimonium natalitium, & vox: Manrecht sive testimonium des Manrechts/ à quibusdam confundantur, & promiscue usurpentur, revera autem differant atque discrepent. Illud enim probat: daß einer aus einem rechten ehelichen/ unbefleckten Ehebette gezeuget. Hoc vero ostendit: daß einer keinen Herrn mit Leibeigenschaft verwant. Uti pluribus hoc demonstrat sæpe citatus Dn. Knipschild. *Tr. de civit. Imp. l. 2. c. 29. n.* 114. An vero aliorum cives, & subditi sint recipiendi? non vanæ est quæstionis; quum ego affirmo, si sc. prius potestatem abeundi impetraverint. *c. 16. A. B.* ibique Arum. & G. Buxtorf *conclus.* 99. *lit. a.* Consultiss. Dn. Hahn. *not. Wes. ad. Municip.* Schneidevv. *d §. 2. n.* 11. *& c. Quib. mod. jus patr. potest.* quam demonstrare tenentur per literas testimoniales, durch Abzugs-briefe/ oder andere gnugsame Kundschaft Divi El. Jo. Ge. 1. Gesinde-Taglöhner und Handw. Ordn. 1651. *T.* 5. §. 1. Corp. nov. Sax. *pa. pr. p. m.* 5. 9. *f.* sive, ut effert. Dn. Speidel. *Voce*: Bürger/ durch einen ehrlichen Abschied/ daß er keinen Herrn mit Leibeigenschaft ete verwant sey. Quod quibusdam in locis: das Manrecht auflegen. vocatur. WVehn. *Voce*: Manrecht. add Zahn. *d. c.* 14. *n.* 13. Nec minus rustici ad civilitatem sunt apti. Quamvis enim abjectissimæ fere sint conditionis, propterea tamen non sunt infamatæ. Unde etiam de Stutgardia Wurtembergiæ legitur. Haben sich zu dieser Zeit viel Bauren auf den Feldern/ und anders woher/ um sicherheit

willen/ mit Weibern / und Kindern nacher Stutgart begeben/ daselbst das Bürger-Recht angenommen / etc. Kl. Würtemb. Chron. p. m. 79. add. ea quæ tradit. Jo. Ang. VVerdenh. ad Bodin. l. 3 c. 8. q. 6

Quod itidem de exulibus, seu patria ob Orthodoxian pulsis regulariter affirmamus. Quanto enim quisque melior est, tanto etiam civitate dignior habetur. Jam autem nemo integrior inveniri potest, quam qui cœlestem ob veritatem forti animo ejectionem perpessus est, suamque probitatem publico, ac acerbo contestatus est testimonio. Ut enim quis patria expellatur, invidia est, & odium adversus Evangelium, &c. ut autem quis illud perferat constanti animo, sola efficit virtus. Unde generoso supercilio dicenti: *Adversarij vos exilio damnaverunt?* regerere possunt: *At nos illos mansione.* Laërt. l. 6. Perieramus enim, nisi periissemus Uti acute alicubi loquitur Themistocl. Plutarchus in exilium missus. bear. Zeil. epist. 41. f. Momentanea enim quibus illi delectantur, amittunt exules, æterna, quibus illi exciderunt, apprehendunt hi Interea.

Terra D E I est. & ubique summa sub tegmine Jovæ.
Exulis auxilium, qui fuit Exul, erit.

Majoris quæstionis est de infamibus, von Ehrlosen Personen/ an civilitatis capaces esse possint? Responderi posset: quod hoc negotium magistratus opidani judicio discutiendum rectius committatur, quam ut de eo in scholis discepetur, cum pro cujusque loci splendore, vel sordibus, copia, vel raritate civium, nec non pro necessitate, varie circa hanc rem procedendum, nec uno collyrio prudenti magistratui hic opus sit. Nolo tamen hoc, è novacula arrepto, evadendi invento legum compedes eludere, sed potius, exercitii causa, distinguo inter recipiendum, & receptum jam civem. Quoad illum puto, quod, si talis, eaque juris, infamia sit, cujus factum dolo malo quidem admissum, sed aut plane illud negari, aut variis excusationum coloribus obtegi potest. M. Freher. *Tr. de existim. l. 3. c. 1. n. 12.* vel si manifestum quidem sit factum illud, proprio tamen nomine condemnatus haud fuerit. *l. 6. §. 2. de his qui not.* talis homo omnino recipi queat, cum ille nulla notatus sit infamia, & si infamia aliqua est, certe ethica tantum, non Juridica est *arg. cor. qua habet Bach. Vol 1. d. 8 th. 5. lit. c.* Par jus esse & eo in casu credo, quando infamia ex causa, sua natura non famosa, descendat, & certi temporis lapsu finita fuerit. *l. 5. de Decurion. l. 3. C. de his qui not.* Magn. Lauterbachius *Coll. Th. pract. de his qui not. §. 2. 3. 5. ubi omnino.* Pari ratione & facti infamia notatum, si factum non est enormiter turpe, civitatem adipisci posse duco. Sed infames à Juramentis rejiciuntur. *Zœs. Tr. de Iurej. n. 7.* E. etiam à civilitatis acquisitione, quæ non datur, nisi mediante juramento civico? Resp. non omnes à juramentorum præstatione excludi infames, sed tantum illos, de quibus hic non est sermo V. C. qui ex perjurio infamia notati sunt. *c. 14. c. 22. q. 5* Hi vero nec civitatem consequi possunt. Receptum autem quod attinet civem, parum referre puto, juris an facti infamia notatus ille fuerit; civilitatem enim per ejusmodi notationes non amittit; modo

do infamia non fit talis, cujus causa (quæ est delictum) simul vel ultimo supplicio, vel relegatione perpetua vindicatur. Magnif. Carpz. *p. 4. c. 29. d. 6. ubi exemplum.* Secus si relegatio fuerit temporalis. *l. 4. de interd. & releg.* quo casu civitas, in qua antea est receptus, quidem retinetur, sed admodum accisa, & quasi dormienti similis est. laud. Dn. Carpz. *p. 4. c. 47. d. 9.* quid? quod existimatio quoque miserè lædatur. Freher. *Tr. de existim. l. 3. c. 4. n. 4. & 5.* Qui vero in perpetuum relegatus est, universalem tantum civitatem, nec amplius quid, retinet *l. 7. §. 3. de interd. & releg.* Si vero in pœnam carcer, vel mulcta (sive multa, utrumque enim dicitur. vid. Præcellent. Dn. Cusp. Hilickii VVolfio Mosellani JC. Amici fraterno amore colend. *Dissertat. de Mulcta olim Argentinæ habit. th. 3.*) ipsi adjudicatur, civitatem itidem servat. confer. Bartol. *ad l. un. C. de infam.* Quamvis nullus honorum aditus ipsi pateat, fideique parum in multis Juris articulis tribuatur *d. l. un. C.* laud. Dn. Lauterb. *d. T. §. 4.* Henr. Bocer. *pa. 2. class. 6. d. 8. n. 18. 20* vide tamen Arnis. *de Rep. l. 1. c. 5. sect. 9. n. 15.* ubi specialia circa majestatem Juris civitatis Romanæ. Omnino facit huc, quod ait Paulus JC. *non esse novum ut, quæ semel utiliter (i. e plene ac perfecte. Dd.) constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt. l. 85. §. 1. R. J.* modo, uti innui essentialis personarum status per eum casum non intervertatur. *pl.* Jac. Gothofr. *Comm. ad. cstat. L. de R. J.*

CAP. III.

Objectum civilitatis constituunt *Statuta c. 1 de const. in. 6. Privilegia. l. 512. ad Municip. l. 196* R. J. civitati concessa. *Consvetudines* ab eadem receptæ *§. 9. de I. N. G. C.* Dn. Ludvv. *Disp. ad Inst. 1. th. 14. & Dd. comm. Decreta. arg. § 5 de I. N. G. C. l. 9. de LL.* Hinc in albis publice affixis quotidie legitur: *Decretum in Senatu.* & in Stat. Dresd *p. 6. & 8.* vocantur. *publicirte* Patente ac demum *Jussa magistratus oppidani.* ut; quando. pro re nata, civibus qu d indicitur: Jurant enim cives: des Raths rechtmässigen Geboten/ Satzungen/ und Anordnungen gebührlich nach zu kommen.

Statuta quod concernit, vocantur etiam: Instituta civium. *C. Nep. prolegom. n. 4.* LL. locales. VVesenb. *π. de LL. n. 3.* Jus proprium civium s. cujusque civitatis. *l. 9. de I. & I.* Leges municipii *l. 1. ff. de emancip. lib.* Leges municipales *l. 25. ad municipal.* Jus civile *l. 22. §. 3. eod.* possent & vocari: Decreta ab ordine (Decurionum) facta. *tt. de decret. ab. ord.* quia eorum naturam quadantenus induunt. Matth. Coler. *de process. execut. p. 3. c 3. n. 8. 9.* VVesenb. *π. de LL. n. 3. f.* A pragmaticis vero Jura staturaria appellantur Magnif. Carpz. *p. 2. c. 53. d. 10. n. 13.* Germanice: Stadt-Rechte/ Stadt-Ordnungen/ Statuten. Dn. Speid. *voce:* Stadt-Recht. Stat. Dresd. *p. 4. & 8.* item: Willkühr/ Weichbild. citat. Coler. *de proc. exec. p. 1. c. 3. n. 1. 2.* ut & : Gewonheiten. Magnif. Carpz. *p. 9. c. 22. d. 5. ubi præjud.* 1. Stat. Dres. p. 7. Unde quæritur: An consvetudines, ex quo descriptæ, in unumque corpus cum cæteris staturis, à senatu urbano propositis, & à civibus expresse approbatis, congestæ, ac à superiori confirmatæ sunt, consvetudines adhuc maneant, fa-

men major pars, consentiat necesse est. Quod enim major curiæ pars concludit, pro eo habetur, ac si ab omnibus fuisset decretum. *arg. l. 46. C. de Decur. l. 19. ad municip.* III. ut res, de qua agitur, sit talis, quæ ad communem necessitatem, publicamque universi salutem, quæ suprema Lex est. Cic. 1. *de offic.* tendat. *l. 1. & 4. §. 2. l. 5. de Decret. ab ord.* directionique Senatus subsit. *L. 36. R. l.* Zahn *l. bnog. municip. cap 37. n. 6. 7.* IV. Ut cives in ejusmodi Statuta consentiant. *arg. §. Lex est. 4. de I. N. G. C.* Dn. Speid. *Voce*: Stadt-Recht Stat. Dresd. *p. 3. & 4. f.* Dn. Hagen. *cit. Disp. th. 37.* ubi omninò Coler. *d. l. p. 1. c. 3. n. 8. 10.* H. Bruning. *d. V. U. S. th. 56.* V. ut confirmentur à Superiori, idque hodie de necessitate, Magnif. Carpz. *Proces. T. 2. art. 2. §. 9. n. 189. 190. 191. ubi omninò.* Arum. *Vol. 1. d. 13 q. 10.* Ja. Oisel *not. ad Caj. l. 1. T. 1. p. m. 5.* Stat Dresd. *p. m 6.* exceptis tamen locis, ubi confirmatione vel ex privilegio, vel ex consuetudine opus non est. Excell. Dn. Lauterb. *Coll. Th. po. de Const. PP. §. 4. f. ubi pl.* VI. Ut publici fiant Juris. Non enim nisi publicata, ligant. *l. 65. C. de Decur. l. 1. f. de decret. ab ord.* Menoch. *arb. Iud. conf.* 185 Repertorium Dobbere. Reygeri *Voce civis.* Dn. Speid. *Voce*. Stad-Recht. Publicari vero diversimode solent Dresdæ nuper ostiatim convocatis per apparitorem, durch den Gerichtsdiener/ civibus, disertis verbis à Dn. Syndico, postquam in eorum renovationem consenserant cives Stat. Dresd. *p. 5. 6. & 3.* ea vernacula concepta lingua prælegebantur in curia opidana coram populo, & sic in vim Legum abibant.

Leges post duos menses demum à tempore promulgationis obligare ad earum scientiam. *l. 9. C. de LL. c. 12. C. de l. & F. ign.* & obedientiam *l. 3 & 4 C. l. 2. ff. de LL.* exploratum est. An vero idem Ius etiam circa hæc statutaria Iura obtineat quæritur? & puto regulariter, quod sic Leges enim sunt. Magnif. Carpz. *p. 2. c. 14. d. 53. & p. 3. c. 23 d. 2.* quia sic confirmanti placueruut *§. 6. de I. N. G. C.* Ex quo sua sponte sequitur: sententiã Baldi dicentis novellum civem (talem vero esse per primum civilitatis suæ annum) excusari, si contra statuta faciat. Repert. Dobberc Reygeri. *Voce*: *civis*. aut falsam esse, aut non perpetuo veram. Quare enim excusandus sit is, qui statuta paucis, iisque claris lineis constantia typis descripta, & comparatu facilia ignorat, quæ tamen scire maxime tenetur, tum quia turpe est jus in quo versatur, ignorare *. l 2. §. 43 de O. I* cum quia in iis Jus civitatis suæ Sein Bürger-Recht/ ex parte se fundat. Est itaque ignorantia hæc crassa, & supina ignavia non excusatione, sed pœnâ potius dignissima: nisi forte statuta, ut in locis nonnullis fieri amat, occulteutur. Statuta verò mutari non possunt, nisi id è Reip. u'u maximopere esse deprehendatur. vid. M. Z. B. *disquis. Pol. c. 29. p. m. 173.* dignus enim est locus, qui inspiciatur. & Didac. Saaved. *Sym. pol. symb. 61. pr. Verbu 3 unde fit. usque ad Ver oportet igitur.*

Transeo ad *Privilegia*. Hæc quoque vocantur: constitutiones ad exemplum non trahendæ. *l. 1 §. 2. de Const PP.* item: Constitutiones, per quas alicui sine exemplo subvenitur. *§. 6. de I. N. G. C.* ut & quatenus favoris quid continent, beneficia *l. 68. R. I. §. 6. de I. N. G. C.* Gerechtigkeiten/

Frey-

Freyheiten Definiuntur · quod sint *jus* singulare contra juris generalis tenorem, æquitatis administrandæ causa, alicui concessum Iurisconsultiss. Dn. Lauterbach. Præceptor meus colend. *Coll. π. po de o ...stit. PP. §.* 2. Et dividi possunt, ratione finis, in *odiosa & favorabilia* ratione subjecti, in *personalia, realia, & mixta, Dd. ad l.* 68. & 1. 6. *R. I.* Privilegia *odiosa* quod attinet, illa regulariter huc non pertinent, cum ob ea civitatem nemo expetat. Quale privilegium est : quotannis determinatum civium numerum ad aulam superioris, exequendorum munerum ergo, mittere. *arg. illius Ciceronianı, privilegij*, quod etiam *lex Claudia* dicitur. Arum. *Vol.* 1. *disc.* 30. *c.* 3. *n.* 17. *f.* add. Barr. *ad l. ejus* §. *Celsus. n.* 5. *ad municip.* ubi: per privilegium definit esse civitas. Dn. Frantzk *π. de const. PP. n.* 48. Reinck. *de R. S. E. l.* 1. *class.* 2. *c.* 8. *n.* 37.

Favorabilia itaque privilegia sibi hîc locum tantum vendicant. De quibus quæritur : an Princeps illa revocare possit? Et distinguendum esse reor inter privilegia, quæ rem eorum, quibus concessa sunt, patrimonialem, vel similem; & ea, quæ statum & Jura publica concernunt. Illo casu iterum distinguo inter acquisita titulo oneroso, & lucrativo, quæ in specie : gratiæ vocantur. Arum. *Vol.* 2. *d.* 7. *th.* 21. *n.* 2. Illa, quia in vim contractus transeunt, quo Princeps instar privati obligatur tam naturaliter, quam civiliter (quoad actum primum, non vero secundum. Supremus enim actione efficaciter pulsari nequit. Quis enim tantæ est authoritatis, ut possit nolentem principem cogere? *Nov.* 23. *c.* 2.) nec is, nisi in certis casibus, de quibus vid. Barb. Tab. *Voce : privilegia n.* 4. & 9. & 30. Bruning. *th.* 60. Dn. Myl. *d. Tr. c.* 49. *p. m.* 440. 441. 442. nec successor ejus regulariter revocare queunt. Ut enim antecessoris pactum in certis casibus observet, & naturaliter & civiliter obligatur. Et quemadmodum antecessor jus subditorum quæsitum auferre non potuit, ita nec successor. In quem non plus translatum est Iuris, quam ipse antecessor habuit. Barb. Tab. *Voce : Princeps. n.* 6. Dn. Schütz. *de S. R. R. Vol.* 2. *d* 8. *th.* 7. *lit. i.* & si confirmatio successoris adhibetur, fit ea non necessitatis, sed utilitatis seu melius esse ergo. *l.* 94. & 81. *R. I* Dn. Lauterb *Coll. π. de const. PP.* §. 3. *f.* quia per se indigna res est tanto culmine Antecessoris factis sine causa contravenire Arum. *Vol* 4. *d. ult. c.* 3. *n.* 32. *nisi* CL. fuerit adjecta : *usque ad beneplacitum e. g. Alberti Quousque concedenti Rudolpho placuerit Quamdiu Maximilianus voluerit &c.* Quibus casibus morte concedentis, cujus nulla amplius vel complacentia, vel voluntas. *arg. l.* 4. *locati c.* 5 *de rescript. in* 6. talia extinguntur privilegia, nec successores tenentur. Dn. Schütz. *Vol.* 1. *d.* 8. *th.* 24. *lit. a.* quia etiam Princeps, cum adhuc in vivis esset, ea revocare potuisset. Dn. Myl. *d. Tr. c.* 49. *p.* 439. Secus tamen usu forensi observatur. Cail. 2. *O.* 60. *n.* 16. Wehn. *Voce* : Auf Wohlgefallen *f.* Car. Tapia *ad l f. de const. PP. p.* 2. *c.* 3. *n.* 8. *&c.* Consul iss. Dn. Lauterbach, *Coll. π cit. loc* §. 3. *f. ubi late*. Quæ titulo lucrativo acquisita sunt, ea vel mere, lucrativo, vel non mere obvenerunt. Hoc casu, puto regulariter idem, quod de oneroso, respondere posse. Quod enim in compensationem meritorum conceditur, oneroso non adeo absimile est. *c.* 1. *ca.* 1, *q.* 1. Arum. *Vol.* 4. *d. ult. c.* 3. *n.* 42. Dn. Myl. *d. Tr. c.* 49 *p.* 440. *f.* 441. &c. Titulo mere lucrativo concessa

Domi-

Dominus supremus pro lubitu quidem revocare potest. Magnif. Carpz. p. 1. decis. 87. n. 26. laud. Lauterbach Coll. π. d. T §. 3. verum contra dignitatem principalem, cujus proprium est, concessa non auferre justa sine causa. Maxime enim Principi convenit illud: quod scripsi, scripsi, ne sua inconstantia in fœminas degenerasse videatur. Arum Vol 2. d. 7. th. 21. n. 2. Dn. Myl. d. Tr. c. 40 p. 430. pr. Dn. Schütz Vol. 2. d. 8. th. 7. lit. b. nisi cum GL. precarii fuerint data, aut dolo, vel errore fuerit inductus. Quo casu per restitutionem in integrum ejusmodi privilegia revocari possunt. Privati enim Principum actus ut actus partis considerandi sunt, ac proinde communem legum regulam sequuntur. Magn. Grotius l. B. P. l. 2. c. 14. n. 2.

Si vero tale occurrit privilegium, quod statum, juraque publica afficit, tunc, cum subditi ad obtinendum tale privilegium plane inidonei sint, Princepsque, qui tale concedit, in se ipsum pariter ac Rempubl. peccet, puto illud non tam revocari, quam ab initio nullum esse. Quod enim ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere l. 29 R. I. E. nec revocari. Nisi in casibus necessitatis summæ V. C. quando Princeps vi extera obruatur, nec aliter, quam hujusmodi privilegii concessione, salvari status possit. Tunc enim quia impedimentum superius cessat, & prægnans supervenit causa, privilegium, Iura publica concernens, omnino consistit, nec revocari potest. Nisi Reip. evidentissime noceat. Quo casu tamen non tam Princeps, quam durum telum, necessitas publica, illud revocat. Pie tamen facit Princeps tunc si privilegii istius æstimationem subditis, quoad fieri potest, præstet. arg. l. 15. §. 1. & 2. de R. V. cit. Grot. d. l. n. 1. Bach. ad VVes. de Const. PP. lit. i. quem locũ præclare illustrat Dn. Hahn. Obs. VVes. d. T. f.

Privilegia tam personalia, quam realia dari discimus ex l. 68. & 196. R. I. sed quod mixta dentur, non omnes concedere volunt. Talia autem in rerum natura esse, patet ex jure cerevisiam braxandi. Hoc utique est privilegium. Sic enim toties in constitutionibus Sax vocatur, in specie in Resolutione de ann. 1653. & 57. T. von Iustit. Sachen n. 134. ubi: mit Brau-gerechtigkeit privilegirt. Privilegium autem hoc non personæ adhæret solum (alias omnes, qui civilitatem consecuti fuissent, cerevisiam coquere possent, ædes possiderent, quæ hac Jure gaudent, an non) Sed & domibus. unde constitutio, Churf. Augusti General-articel. anno 1580. T. 16. von Leben und Wandel der Pfarrer. inter alia hæc continet verba: Häuser hätten/ darauff sie zu brauen befugt. Necesse itaque est ad hoc Jus exercendum. I. civilitas acquisita. nam sine hac nullum civile conceditur commercium. II. Ædium, quæ nempe Jure braxandi affectæ sunt, vel propriarum, vel conductarum possesio. Quædam enim domus in civitatibus hoc Jure destitutæ reperiuntur Quemadmodum sæpe laudata urbs Dresda nobis teste Pereximio Viro, Dn. Matt. Ancforge / Dicasta Dresd. sufficiens exemplum præbet. Unde etiam Magnif. Carpz. Jus cerevisiam coquendi non mere personale refert. p. 2. c. 6. d. 6. n. 6. & in Stat. Dresd. p. 55. §. 12. hæc leguntur verba: Wolte aber einer die NB. auff seinen Hause verschriebene Biere durch einen andern Bürger brauen lassen/ soll ihm solches zu thun verstattet werden etc. & §. 13. ibid. Also mögen auch unmündige Kinder/ deren

Eltern das Bürger R. gewonnen/die Gebräude / mit vorbewust des Raths/ andern NB. Bürgern vermieten. Jura autem s. privilegia, quæ partim causæ, partim personæ sunt, mixta à Dd. appellantur.

Consuetudines quod attinet, eas sic definio: Esse Jura, tacita Legislatoris voluntate, introducta. *l.* 32. *§. un. de LL.* Plura vero de iisdem verba in præsens facere nihil attinet, cum & supra aliquid, quod ad esse earum facit, additum sit.

De *Decretis* seu edictis tandem pauca addo hæc, quod nempe sint inferioris magistratus voluntates, in chartas conjectæ, atque publice affixæ, res Jurisdictionis concernentes. Et pro ratione loci, ac causarum, variam obtinent vim. Dresdæ plerunque non, nisi vel ex confirmatione, vel ad mandatum Superioris, emanant. Plura cupienti dabunt suis locis Interpretes ex professo. Hic tantum singula attigisse sufficiat.

CAP. IV.

PRopero ad formam, per quam *Civilitas* est, quod est, & à reliquis rebus omnibus distinguitur. Hæc autem consistit in obligatione erga Superiores civitatis, juxta ejusdem Jura, & participatione communionis rerum inibi civilium. Ex quibus sua sponte elucet, Jus opificii, das Meister Recht/ quod quis, per legitimam in aliquod opificum Collegium, Handwerck / oder Zunfft/ receptionem, rite consecutus est, plane alienum esse ab hoc, de quo hactenus egi, Jure. Civilitatem enim conferunt personæ publicæ, magistratus nempe opidanus; Jus vero opificii, das Meister Recht / personæ privatæ, quales sunt opifices, eorumque præprimis consules s. rectores, & seniores, das Handwerck/ insonderheit die Ober Aeltesten/ Aelter Meister/ Handwercks-Meister/ Innungs Meister/ Zunfftherrn/ Zunfft Meister/ Gilde Väter/ Laden-Meister-Ambts-Vorstehre/ & similes, qui præsunt, quando aliquis receptionis causa se examini sistit. Quo Jure gaudent eo ipso, quo electi sunt. Matth. Berlich. *decis.* 150. *n.* 10. 11. II. Illa confertur nullo etiam ad artem aliquam habito respectu; Hoc vero non, nisi ob artem. Ubi recipiendus necesse habet, ut, postquā literas testimoniales, se nempe legitime esse natū, germanice: einen Geburts-brief/ exhibuit, probet simul quod per certum temporis spatium in arte illa fuerit informatus, testimoniumque emancipationis, den Lehr Brief/ proferat, cursumque peregrinationis usitatæ peractum esse, fidem faciat, & sic tandem ad specimen edendum, zum Meister Stück admittitur, & in collegium recipitur. VVehn. *Voce*: Zunfft. Dn. Speid. *Voce: ead. f.* III. Illic Juramentum intercedit; Hic nuda sufficit immatriculatio. Besold. *de JureColl. c.* 1. *n. f.* IV. Illic receptus obligatur civitati; Hic tantum Collegio. V. Illa communionem rerū civilium respicit; Hoc communionē opificii s. collegii. Besold. *d. l. c.* 2. *n.* 6. VI. Illic cives recipiuntur, ut omnium commerciorum civiliū quæstū libere exercere queant; Hic vero opifices cooptantur, ut in illa tantum, cujus periculum dederunt, arte se exerceant, atque ita distincta sint opificia, & collegia eorū, nec unum alteri, aut unus è collegio alteri ex diversæ artis Collegio quid detrahat, falcemve, quod dicitur, in alienam mittat messem. Lautat. Berl. *decis.* 150. *n.* 32. VII. Illic civitas civem ostendit; Hic collegium collegiatum s. opificem receptum. Unde acquisito opificii exercendi jure, nach erlangten Meister/

ker/ oder Zunfft-Rechte/civilitatem quoque, si artem publice exercere velit, redimere ipsum oportet, Sed collegia artificum, sicuti civitates, Superioris authoritate instituuntur ac confirmantur? *l.3.§.1.de Colleg.* & *l.1.quod cujusque univ. nom.* VVes. *w. de Colleg.* ibique Dn. Hahn. Limn. *l.4.8.n.198.* Conr. Rittersh. *Comm. in 12.tab.clas.2.c.8.* Gœdd. *ad l.85.n.1. ubi ratio addita. V.* S. Resp. à fine has distingui confirmationes. Illæ fiunt munerum causa; Hæ sunt artium mechanicarum causa Sed ad exemplum Rerump. res & pecunias habent communes, arcam communem, actoremque s. Syndicum. *l.1.ff. Quod cujusque univers.nom.* Rittershus. *d.l.* Besold. *de Iure Coll.c.2.n.9.6.* Zahn. *ichnog. mun. cap.38.n.7.* Resp. ita esse, sed non status publici, concernentis totam Rempubl. causa, sed conservandum ob opificium, promovendamque ejus utilitatem, aut ob onera illius, si quæ necessitas imperat, relevanda. Besold. *d.l.* Sed opificum seniores inter artifices cognoscendi, castigandique potestatem habet, quæ mixti est imperii instar? Resp. Aut in nonnullis locis hoc de facto fieri, aut hanc opificum curiam vera jurisdictione minime esse armatam; Quippe quæ tantum in mulcta aliqua, eaque modica tantum & civili, constat, causasque solummodo opificum, qua tales, eorumque artem spectantes, concernit. VVehn. *Voce:* Zunfft Magnif. Dn. Carpz. *p.2.c.6.d.9 & 10.f.* Nec hoc jurisdictionis schema soli exercent opifices, plerunque enim aliquis è Senatu opidano adjungitur. Nec illud ipsum privative obtinent. Nam magistratus loci ordinarius concurrentem cum collegiis habet jurisdictionem. Matth. Berl. *decis.150.n.27.* add. D. Elect. Maur. *rescript. de an.1541. Verb.* da sich auch. In denen Landes Ordnungen. Sed porrò instas; opifices statuta condunt? Resp. sed non eadem prædita sunt vi, quâ civitatum pollent. Collegia enim statuta condunt, quæ ad eorum artem & professionem spectant. Magnif. Carpz. *p.2.c.6.d.9.* Rittersh. *in XII. Tab. clas.2.c.8.* Zahn. *ichnog. cap.38.n.8.9.* quæ collegiatos, die Zunfft-Brüder/tantum ligant, ac inter illos demum valent, So viel eines jeden Handwercks-Zunfft/und deren zugethane betrifft *l.f.de colleg.l.f C.de Iurud.* Dn. Speid. *Voce:* Handwercker. Secus de civitatum statutis dicendum, quæ statum totius Universitatis concernũt, omnesque civitatis cives ligãt, ac incolas.

Ex adducta *Civilitatis* forma quoque clarescit, de illis, qui publicum in opidi carcerem sunt deducti, & conjecti, in die Frohn-Veste geführt/ und eine zeitlang darin behalten worden. Stat. Dresd. *p.m.88.* male & solum ironice prædicari, quod *Civilitatem*, das Bürger-Recht/ hac ratione fuerint consecuti. vulgo: Sie sind Bürger worden. Qui enim hoc modo cives, si Diis placet, extiterunt, nec superioribus ideo obligantur, nec participatione communionis civilis gaudent.

Patescit etiam hoc, quod peregrina vocabula, quæ diversas in linguas furtim irrepserunt, possessionemque inibi acquisiverunt, quemadmodum ex barbaris vocabulis inter alia, hæc sunt: *parasanga, piper, bombarda.* ex Græcis vero hæc: *Ecclesia, monopolium, philosophus.* Ex Latinis: Natur. Majestät. Zeter (quasi citir-Geschrey) Ketzer (à Catharis. *auth. Gazari. C. de haret. & Man.* quos Greg. IX. Catharos appellat. *c.15.X.de haret.* beat. Zeil. *epist.56.*)

Ex Exoticis: Academie. Banquet. Armade. analogice tantum *Jus civitatis* in unaquaque lingua accepisse dicantur. Cum ne Cæsar quidem civitatem verbis, quamvis hominibus, dare possit, Dn. Limn. *annot. ad capit. Carol. V. Verb. oder lateinisch* *n. 5. p. m. 115. f.*

Sed regrediamur ad ipsius *Civilitatis* formæ examen. Hæc consistit in obligatione atque participatione. Hæc ob illam, illa ob hanc. Qui enim *civitatis* alicujus *jus* & cum eo quæcunque civitatis emolumentia civilia adipisci vult, necesse habet, ut se eidem vicissim obliget, atque devinciat. *arg. c. 1. 2. F. 7. c. 1. §. 1. eod F. 23.* Unde in Statutis Dresd. plus vice simplici occurrunt hæc verba: Sollen dem Rathe gebührliche Eydespflicht thun: damit man wissen möge / was man sich zu einem jeden zu versehen / und in Nöthen zu getrösten habe. *p. m. 70. & ib. passim*: Wer allhier beharlich Gewerbe / und Handthierung treiben will / soll das Bürger Recht gewinnen. Nec absque ratione. Cum enim pleriq; hominum ejus sint genii atque ingenii, ut, pro ratione status sui, mores civitatis recipiant, inque eos, quoad eorum commodum, tacite consentiant, mox ad obeunda munera, aut si quæ nubila occurrunt tempora, chamæleontis imitentur naturam ac resiliant, Republ. pro pallio usi. Juxta illud:

— — Diffugiunt cadis,
Cum fæce siccatis amici
Ferre jugum pariter dolosi. *Hor. Od. 35.*

Et sic per occasiones suis consulunt commodis, existentibus vero temporibus turbidis se oneribus quam iniquissime subducunt. Dn. Mev. *disc. levam. inop. 116.* Ideo salubre piis magistratibus, bonisque civibus visum quodam *juris* vinculo novellos adstringere municipes secundum unius cujusque civitatis sibi condita jura, ut eos, quibus ob id grave sit fidem fallere. *l. 1. de pecun. const.* eo fideliores, obedientioresque experiantur. De quibus omnibus in *cap.* hujus patris *primo* dictum. Restat ut addatur, unde nam hæc obligatio (sic enim ab Aristot. *l. 1 de rep. c. 5. & 8.* passim vocatur) veniat, firmaque sit. Et certum est, eam descendere ex Pacto reciproco inter civitatem, & receptum civem inito, quo illa se ad conferenda civilia commoda erga civem obligat. Hic vero se vicissim, & in compensationem, ad munera civilia subeunda obstringit. Contrahitur enim quasi, inquit Bartol. *in l. 1. ad Municipal.* inter civem & civitatem, ille se ad onera; hac ad distribuenda commoda. Bald. *ad l. 6. C. de LL.* In eadem verba Nobiliss. quoque VVesenbecius abit, quando scribit: *inter civitatem & incolam* (incola autem hic pro cive recepto accipitur, & opponitur originario) *tacite intelligitur celebrari contractus ultro citroque obligatorius, quo incola obligatur ad munera, & rursus civitas ad defensionem & protectionem ipsius* Cons. 40. n. 16, Zahn. *ichnog. municip. c. 90. n. 17. 18. 19.* Et ut pactum hoc, quod aliàs de moribus nostris ad obligandum efficacissimum est. Excel. Dn Hahn. *Obs. VVes. de pact. Verb. inter pontif.* eo fortius liget, ac firmius (vincula enim duo, præsertim si alterum per se non parum operatur, quale est Juramentum. Gall. 2. O. 39. *n. 23.* arctius ligant, quam unum. *secund. Vulgata*) Juramentum insuper additum est, per se itidem obligationis introductorium. *c. 9. X. de jurejur.* Laud. Hahn. *obser. VVesenb. de jurejur n. 4.* ac sc. civis

in conſcientia inveniat, quo ſe, in fraudem civitatis, neceſſitatibus publicis ſubducere posſit. Hanc obligationem de manu quaſi ipſius jurantis Senatus ſuſcipit opidanus, nomine ſupremi Magiſtratus, qui nihil aliud eſt, quam à Deo ſuper civitatem ſuam conſtitutus Adminiſtrator ac Proviſor. Sic enim S. Sophia eos nominat, inquiens: Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστι σοὶ εἰς τὸ ἀγαθόν. *ad Rom.* 13. *verſ.* 4. conf. *l.* 1. *lit. c. C. de off. Praf. Pr. Afr.* Quomodo etiam Pagani veteres Regnum ſervitutem dixere. Sic enim pecuarius pecori, tutor pupillo, dux legionibus inſervit. Serviunt enim qui imperant, ut Auguſtinus inquit, officio conſulendi, providendique miſericordia. Magn. Grotius *de Imp. ſumm. pot. circa ſat. c.* 4. Ex quo capite dixi; civem Superioribus obligatum fieri; *ſuperiori* nempe, ac *inferiori* Magiſtratui. Unde formula Juramenti Civit. Dreſd. ſic incipit: Ich N. N. gelobe/und ſchwehre zu Gott/daß dẽ ChurFürſten zu Sachſen/und Ihrer Churf. Durchl. Erben etc. auch dem Rathe/ und ganzer Stadt allhier ich jederzeit getreu/ hold/und gehorſam ſeyn/ etc. Nec tamen cœca aliqua, aut vaga obligatio hic requiritur, ſed quæ ad certum directa eſt finem, quæ ſc. civitatis in juribus ſeſe fundat, ac figit. de quibus ſupra in *cap. tertio in principio.* Hæc obligatio effecit, ut tota olim civitas Romana *aequali* ut Val. Max. refert. *amore patria flagraverit. Cum enim ſecundo bello Punico exhauſtum ararium ne deorum quidem cultui ſufficeret, publicani ultro aditos Cenſores hortabantur, ut omnia ſic locarent, tanquam Reſp. pecunia abundaret, ſe cuncta praſtituros, nec ullum aſſem, niſi bello confecto, petituros pollicebantur. Domini quoque ſervorum, quos Sembronius Gracchus ob inſignem pugnam Beneventi manumiſerat, pretia ab Imperatore exigere ſuperſedebant. In caſtris etiam non eques, non centurio ſtipendium dari ſibi deſiderabat. Viri atque famina, quicquid auri, argentive habebant; item pueri inſignia ingenuitatis ad ſuſtentandam temporis difficultatem conferebant: Ac ne beneficio Senatus (qui muneribus functos tributi onere liberaverat) unquam uti voluit; ſed inſuper id omnes promtiſſimis animis praſtiterunt &c. l.* 5. *c.* 6. *n.* 7. Nec ſilentio obvelandū æterna dignū memoria, & ſuperiori ſeculo editum exemplū à cive Londinenſi, Thoma Greshamo nomine, *Is enim patria ornamento, & mercatorum uſui (mercator enim erat) Periſtylium pulcherrimum (Excambium regium ab Elizabetha Regina nominatum) Londini extruxit; & ades, quas in urbe habuit, ampliſſimas bonarum literarum profeſſioni dicavit, conſtitutis in iiſd. Sacr. Theologia, Iuris civil. Medicina, Aſtronomia, Geometria, Muſica, & Rhetorica pralectionibus, cum honeſtis ſalarijs.* Gv. Camden. *annal. Anno* 1579. *p. m.* 302. Huc etiam facit devotio civium Tornacenſium, qui Rgi ſuo, per virginē cor aureum quondam obtulerunt. H. Engelgr. *L. E. dom.* 1. *poſt. Pent. §.* 3. *f.* Plura lubens omitto exempla Sic enim honor, qui Reip. debetur, & cui nos totos dare, & in qua omnia noſtra ponere, & quaſi conſecrare debemꝰ, Cic. *de LL.* 2. redditur. *ad Here.* 4. confer beat. Knipſch. *cit. Tr. l.* 2. *c.* 29. *n.* 134. *verſ. Et ſicut natura.*

Pro quibus tamen omnibus nec in redhoſtimentum deeſt *Reſp* ſ. Civitas. Quæ illi, qui tali prædicto modo ſe ſuaque civili ſubjicit ſtatui, ad ejusque normam præſcriptam ſe mutat & accommodat, velut altera regula Lesbia, de qua Ariſt. 5. *Eth. c.* 10. atque omnia facit, quæ civem addecent; omnia viciſſim ſuæ civitatis commoda atque emolumenta, quæcunque eo reſpectu

honeste percipi queunt, pleno Jure retribuit, fortunasq; suas adaugere permittit; ut sic communionis rerũ civiliũ, bestehende in Bürgerlichen Bürde/und Freyheiten/ uti sunt: Gemeind-Brau-und Schenck-Recht/ Wohn-Weid-Trieb-und Trab/und andere gemeinsame nütz/und Niessung. Arum. *vol.1.d.13.q.10.p.m.268.* add. Chur S. Fried *de an. 653. & 57.* von *Justit.* S. *n.134.* ubi: Sind mit Braugerechtigk. das Bier zu feilen Kauffe zu brauen/rc und mit Weinschanck *privilegirt.* particeps fiat. Dom. Tusc. *tom.1. pract. concl. 276. n. 45. pr. & 46.* Quib9 profecto omnis viventis hominis felicitas ex parte nititur. Tria enim sunt hominis vivi propria: incolumitas corporis, libertas, existimatio. Libertatis auté non minima pars est, cõmunib9 omniũ civiũ rebus uti posse. Ger. Tuning. *Comm. Inst. de injur. pr.* Hęc vero civitatis retributio ac remuneratio summa constat æquitate. Etenim secundũ naturã est cõmoda cujusq; rei eum sequi, quem sequuntur incõmoda. *l.10. R.I.* § *3. de emt. vend* A. Barb. Tab. *voce: Commodũ,* ubi pl. Duplici nodo devinctũ esse civem ex prædictis innotuit. Q. jam: an, vi hujus, S. R. I. Status, qui liberũ Religionis exercitiũ sua in ditione inducere potest. Rel. Fried. *an.* 1555. § unn damit solcher Friede. cives suos ad religionẽ. In articulis tamen Pacis Monasterio Osnabrugensis comprehensam, cui se recens addixit, externa vi cogere queat? Resp. Sciendũ esse, quod Christiana Religio cultu constet vel *externo* vel *interno. Ille* cognoscitur vel *à natura,* v.g. tempore, quo sacra peraguntur, sancta mente; compositisq; morib9 instructũ esse debere. vel *ab ipso Deo T.O.M.* est institutus, qualis est: in Eucharistia post finitã benedictionẽ sacerdotalẽ statim ipsam ad rem sacram accedere, item: consecratũ calicem consecratũ post panẽ accipere, &c. vel *gentium cultiorum morib9 est introductus,* veluti: ingeniculare sub precibus ad Altissimũ fusis. vel *à superiori* hujus vel illius populi *magistratu* ordinatus est, ut: singularia Verbi ministrorum indumenta, Meßgewande/ Chorhemden/vulgo dicta, &c. *Hic* vero itidem vel *natu à* intelligitur, velut: Deum esse providentẽ, omnisciũ, justũ, inimicũ sceleribus, &c. &c. Et alias vocatur: *Theologia naturalis.* vel *sola solius Dei manifestatione* nobis est revelat9, uti: op9 Redemtionis. Appellaturq; *Theologia revelata;* & est *fides propriè dicta.*

Jam *externum* quod attinet *cultum,* nullus dubito, Statum Imperii posse, imo teneri & mandatis, &, si opus, pœnis quoq; eo adigere subditos, ut illis obtemperent præceptis, quæ vel *natura,* vel *Deus T.O.M.* præscripsit. Secus verò in iis rem sese habere puto, quæ aut *gentium juris* sunt, aut ab *ipso* sunt constituta *Superiori. Hic* enim libertati Evangelicæ amplas esse relictas partes reor. *Hic* vero pro suo Principem arbitrio posse vel connivere, vel pœnã statuere secus facientib. *arg. l.35. & 152. R. I.* Quoad *cultum* auté *internum* simpliciter distinguo inter eũ, qui *à natura* hominib9 est inditus; & inter illũ, qui nobis est *divinitus revelatus. Illo casu* quilibet Superior suis non solũ potest, deberq; istũ serio injungere, verũ etiã in inobedientes gravissime animadvertere tenetur. Secus indulgendo ejusmodi transgressorib. Remp. cujus tamen à Cœlesti Rege constitutus est administrator, uti antea dictũ, funditus pessumdabit. Superstitio

enim

enim quę huic contraria est cultui, publicũ etiã impugnat atq; evertit statũ. Cultu autem hoc laborante, etiam Resp. laborat, ac interit. Cujus assertionis satis evidens superiori seculo præbuit universa Gallia testimonium.

Hoc vero *casu* (nempe *fidei proprie dictæ*) cum hæc non adeo necessaria sit ad Reip. salutẽ (neq; enim propter secus credentes ea vitium attrahit) ideo nec exposcit, ut sũma potestas civilis violentas injiciat manus, aut dissentientes, ob solũ dissensum, in angustias redigat: Cum is illius tantũ rei curam gerere debeat, quæ publicæ tranquillitatis concernat conservationem; Jam autem per veræ fidei cultum huc confertur plane nihil. Nec obstat, quod Omniscius in Verbo suo Superiores nominaverit *Curatores*, atq; *Nutricios Ecclesiæ*. Inde etenim non sequitur: E. vi externa hocce officium suũ exercere debent. Potius hoc emanat: E. legitimis modis propagabunt Religionẽ, nempe constituẽdo Orthodoxos Ecclesiæ Doctores, &c. Interea locus esto illius Salvatoris nostri: Sinite Crescere. Domino enim suo quilibet stat, caditq; servus. Hinc patet, quam enormiter errent Status, qui, talia præsumendo, extra sui officii orbitam vagantur, *arg. c. 41, vers. sicut Reg. ca. 2. q. 2. & c. 93. 94. 97. 98. ca. 11. q. 3. & c. 11. d. 96.* Megaland. Lutherus in der Hauß-Postill *Dom. Miseric. verb. initial.* denn also sagt Christus. adde H. Grot. *de I. S. P. C. S. c. 3. p. m. 50. 55. 62.* Gravissimorũ enim gravissimũ committunt peccatũ, dicente Stephano Battoræo. Quid enim hoc est aliud, quam ipsa Divinæ Maj. Reservata temerario ausu invadere? vid Barb. Tab. *voce: Conscient.* & Zahn *cit Tr. c. 28 n. 17.* Cum secretorum solus Deus & cognitor sit & Judex. *c. 11. d. 32.* Quid? quod absurdissimũ sit, in rebus, in quibus ipsa subest civilis Potestas, illam ipsam tamẽ nihilominus imperiũ quoddã exercere velle. Id quod ne Pontificiorũ quidã negaverunt. Beat. Meisn. *Phil. sobr. pa. 3. sect. 2. c. 2. q. 3. f.* Grot. *d. Tr. c. 3. f.* Nec sine ratione factũ reputo. Etenim contra naturã *fidei, proprie dictæ*, est externa compulsio. *Illa* enim in intellectu constat, jam autẽ nemo vi cogi potest, ut statim quid intelligat, assensumve præbeat. Hoc enim solius est opus Spiritus S. *Joh. 3. v. 8.* vide omnino Megal. Luth. *tom. 2 Jen. fol. 180.* Unde dicitur: *Fides suadetur, non imperatur.* conf. Bernh. *serm. de Trinit.* & ex B. Menger. Zahn. *d. c. ult. n. 6.* Et: *Tantum habet fides, quod credit, nõ quod imponitur.* Zeno *serm. 3. de Abrah.* Idem dixisset & Seneca interrogatus; Sic enim inquit: *Errat si quis putat servitutem in totum hominem descendere, pars enim melior excepta est, 3. de benef.* add. Bald. *in l. 2. f. C. de sentent. ex brev.* Itaq; voluntariũ sibi populũ, spontaneũq; requirit cultũ hæcce fides. Laud. Meis. *d. l. pa. 3. sect. 1. c. 2. q. 6. n. 4.* Dn. Jo. Mich. Dilh. *Tr. cui tit.* Weg zur Seligk. *p. 2. c. 3. pr.* Unde sancte, atq; pie Imp. Marc. olim rescr. *Nostra clementia nulli penitus necessitatẽ imponi præcepit,*

quatenus aut subscribat, aut consentiat, si noluerit; non enim terrore, aut violentia aliquos trahere volumus ad viam Veritatis. Goldast. *Const. Imp. tom. 3. pag. 604.* Violatur insuper ejusmodi per violentiam Pax Religionis, & Transactio Passaviensis. R. A. 1555. §. Nachdem aber. verf. und derselben Freye. & 1559. §. und nachdem verf. Es sol auch. Dom. Arum. *vol. 2. diss. 9. n. 192. 201. &c.* Lam. Danæ. *aph. pol. p. m. 308.* Aug. Barb. Tab. *voce: Religio. n. 1.* Zahn. *cit. c. 28. n. 8. 9. 11.* Quam tristes autem quamq; funestos hæc tyrannis sortiatur exitus, satis edocent Europæa, præprimis antecedenti seculo gesta, diuturna bella. Nota quoq; sunt Philippi II. Hispan. Herodiana fata. Engelg. *L. E. Dom. Palm. §. 1.* Caroli IX. dolorosa sanguinis & vitæ profluvia. G. Camdē. *Annal. p. m. 241. f.* Mariæ Angliæ præmatura mors, aliis posthabitis impræsens exemplis.

Cæterum quoad hanc non levis momenti quæstionē evolvi possunt Magnus Gerhard. *de magistr. pol. sect. 5 mem. 1.* Balth. Meisn. *phil. sob p. 3. sect. 2. c. 2. q. 3. q. 5. th. 4. n. 5.* H. Grot. *de Imp. summ. pot. cir. sac. c. 3.* Dn. Myl. *de Pr. & St. c. 83. & 85.* præprimis autē incomparabilis Vir, Dn. HERMANNUS CONRINGIUS, *in præl. publ. ad Jac. Lampad. de R. R. G.* ubi in hanc rem, more suo, quā accuratissime.

CAP. V.

Finis cum effectu coincidit: uterq; enim dependet à forma, quæ, cū duplici respectu considerari debet, quatenus nempe datur, vel accipitur *Civilitas*; ideoq; etiam duplex finis & effectus sese insinuat. *Jus* enim *civitatis* conceditur, ut onera Universitatis portentur, Bürgerlicher Bürden wegen. Arum *vol. 1. d. 13. q. 10.* Bürger tragen von ihren Häusern/und Gütern schwehre Bürden Chur S. Erled. *de ann. 1653. & 57. Justit.* S. *n. 134.* Civis vero accipit illud *Jus*, ut commoditatibus ejus vicissim fruatur. Quæ sunt: Allerley Bürgerliche Freyheiten/Handthierungen/und zustehende Nahrung/velut: Kauffmanschafft/und Handwerck treiben/Meltzen/Brauen/und Schencken. citata Resol. *d. l. n. 134. & 146.* vide Arumæ. *vol. 1. d. 13. q. 10.* de quo loco in *cap.* imediate *præcedenti.* Tanti autem sunt momenti, atque ubertatis hi civici quæstus, ut & nobiliū nonnulli quandoq; illis inhiarint potiundis. Arnis. *Doctr. pol. c. 12. verf. Hinc factum.* nec rustici iisd. abstinuerint. Chur S. Landes Ord. *de an. 1555. T.* Brauen/schencken in Corp. Sax *pa. pr. p. 52.* & Chur S. Erled. 1653. & 57. *Justit.* S. *n. 99. &* 118. Promanant autē civiles hæ felicitates partim ex *Statutis*, partim ex *privilegiis*. Quibusdā enim *statuta* quid cōferūt vel ob primogeniturā, vel ob nomē, vel ob sexū, & ita porro. Dresdæ, inter alia, etiā hæc extant Statuta: Der Petschafft-Ring/welchen der Vater gebraucht hat/wird dem jenigen Sohne/welcher des Vaters Namen führet/ oder da keiner des Namens vorhanden/ dem ältesten Sohne aus der Erbschafft gegeben. Stat. Dresd. *c. 2.*

§. 1. item:

§. 1. item: Wann zween oder drey zum Heergeräthe gehören / so nimmt der älteste das Schwert / oder Degen zuvor. c. 8 §. 2 item: Stirbt eine Frau eher denn der Mann / lesset aber keine Tochter / oder Tochter-Tochter / so giebt der Mann der verstorbenen Frauen nechsten Nifftel nur die halbe / oder Nifftel-gerade. *c. 9* §. 4.

De *privilegiis* etiam supra fuit actum. Itaque exempla quorundam hic tantum subjiciam. Cives Romani inter alia etiam hoc donati olim erant, quod ii soli, si in publico factum esset, novum opus nunciare possent. *l. 3.* §. *ult*, cum *l. seq. de oper. novi nun.* Civibus in universum omnibus concessum est, ut tempore annonæ caritatis, & publicæ inopiæ præferantur in emendo frumento extraneis. Cogi enim possunt cives frumentum ex agris illius civitatis collectum concivibus vendere potius, quam exteris, justo tamen pretio, aut saltem eo, quod ab exteris in conventionem fuit deductum. *arg. l. 1. C. de metallor. lib. 11.* Quamvis enim nemo cogi possit, uni potius, quam alteri, vendere. *l. 14. C. de contrah. emt.* Attamen hoc de regula est accipiendum, quæ suas, necessitatis publicæ causa, patitur exceptiones. Quæ sententia Bartoli est receptissima. Did. Covarr. *var. resolut. l. 3. c. 14. tom. 2. n. 6.* Interesse enim totius civitatis hac in re versatur; Servatis enim civibus, ipsa conservatur Civitas, uti in casu simili Dn. Mevius *disc. levam. inop. c. 4. n. 22.* loquitur. Cives Dresdenses hoc gaudent privilegio, quod omnes, quicunque Albi fl. rates, materias, frumentum, autumnique fructus devehunt, Dresdæ ad ripam fluminis appellere, atque ad tres dies ibid. cum suis mercibus subsistere teneantur. Stat. Dresd. *c. 14.* §. *19.* Sic cives Lipsienses, qui nempe vere tales sunt, ad curiam provincialem supremam non, nisi per subsidium Senatus opidani, in causis appellationum ad judicium vocantur, & sic per requisitionem dicti magistratus citantur. Magnif. Carpz. *Processf. T. 7. art. 3. §. 5. n. 47.* Idem Juris obtinet in civibus Lusat: quibus à supremo appellat. Judicio, irrequisito Judice mediato, citatorium Edictum haud intimatur. Idque jure privilegii. Laud. Carpz. *d. l. n. 45.* Singularia privilegia civibus Wittenb. ratione nauli: Torgaviensibus vero ratione vectigalis, concessa vide Chur. S. Erled. *de an. 1653. & 57.* von *Justit.* S. *n. 92.* von Cammer S. *n. 36.*

Stante *Statuto* in loco domicilii maritalis: quod inter conjuges

omnium bonorum communio versari debeat, quale statuum in toto Electoratu Sax. viget. Magnif. Carpz. *p. 3. c. 18. d. 31. n. 7. 8.* Q. an, si maritus uxorem ducat alibi, matrimoniumque ibidem perficiat, ubi hæc communio in usu non est, marito nihilominus statuta domicilii sui subveniant, in quod uxorem duxit, an vero teneatur statutis matrimonii initi? Resp. si nihil conventum fuerit inter conjuges, distinguendum esse inter res mobiles, & immobiles. Illæ domicilii maritalis statutis subjacent, & communes fiunt cum mariti fortunis. I. Quia uxor per quandam animi destinationem matrimonium quasi in domicilio mariti sui iniisse videtur. *l. 65. de Judic.* Destinata enim ad aliquem locum eo loco, interpretatione Juris, esse censentur, ac si suum adepta finem essent. *l. 15. §. f.* ubi Fulg. *de re jud.* Magnif. Carpz. *p. 3. c. 12. d. 15.* Cum quod de proximo futurum est, id utique pro jam facto habetur, Dd. *ad l. pen. de mil. testam.* II. Quia mobilia regulariter de eo loco sunt, ubi quis domicilium constituit. Adhærent enim ei, tanquam accessorium suo principali, *arg. l. 35. §. 3. de hered. inst.* Uxor autem mariti domicilium sequitur, & per ejus personam acquisivisse id censetur. *l. 22. §. 1. ad Municip. l. f. C. de incol.* Sequitur E. quod in mobilibus uxoris rebus communio statutaria subsistat. *arg. l. 78. §. f. de leg. 3.* Reink. *de R. S. E. l. 2. cl. 2. c. 10. n. 21. 22.* Magnif. Carpz. *p. 2. c. 14. d. 54. n. 5. & 6.* Secus dicendum de immobilibus, quia istæ conditionem personæ, hoc passu, non sequuntur. A. Barb. Tab. *voce: Immobil.* sed statutis loci, cui subjacent, tenentur, & judicantur. Laudat. Carpz. *p. 2. c. 14. d. 53. n. 7. p. 3. c. 12. d. 12. n. 4. 5. 6.* Jo. à Sande *Decis. Fris. l. 2. T. 5. def. 10.* Quid vero si tales personæ conjugatæ postmodum domicilium mutent, inque eum migrent locum, ubi memorata communio locum non invenit, anne illa tunc tollitur? Resp. quod non. Una enim harum vita defuncta observantur, quoad successionem, nihilominus statuta prioris domicilii. Jus enim semel acquisitum & radicatum alteri invito auferri nequit, præprimis per actum, qui non est justa dominii amittendi, vel communionis dissolvendæ causa. Covar. *de matrim. p. 2. c. 7. n. 9. vers. nec refert.* Roder. Suares. *de lucr. mar. & ax. n. 42.* L. Goris. *adv. c. 19.* Jo. Christen. *de Jure matr. diss. 4. q. 30. &c.*

Privilegio de non-evocando gloriantur quorundam locorum cives. Q. jam: an in casu, quo diffamatus aliquis contra se provocat

ejusmo-

ejusmodi privilegiatum civem diffamantem, ut ex *L. diffam.* in foro diffamati agat, diffamans isto privilegio se tueri possit? Resp. quod non, si nempe in loco, ubi diffamatus forum sortitur, reperiatur. I. Quia hoc in judicio diffamatus non tam agit, quam diffamantem ad agendum impellit, officio judicis implorato. II. Quia diffamans per diffamationem Judicem diffamati quasi elegit, privilegioque suo tacite renunciavit. III. Quia regulariter actor rei forum sequitur, reus autem hoc in casu est diffamatus. Secus esset, si diffamantem privilegiato in foro repertum diffamatus ad aliud forum trahere & evocare vellet, quod non procederet. Magnif. Carpz. *Processf. T. 20. art. 2. §. 1. n. 7.* Q. ulterius: an cives ejus loci, ubi tale viget privilegium, huic Juri renunciare queant? Resp. quod regulariter non. Quia illis, quæ utilitatem publicam, superiorumque honorem ac dignitatem, quale hoc, concernunt vel ex toto vel pro parte, renunciari nullatenus potest *l. 38. de pact.* ibique Bart. Jas. *l. pen. C. de pact.* ibique Dec. *n. 28.* Innoc. *c. acced. X. de privil.* nisi superior consentiat, aut privilegium expresse hoc permittat.

CAP. VI.

Tantis pro beatitudinibus, quas Civitas suis, ut *cap. proximè antecod.* ostensum, *civilitate* ornatis civibus confert; Illa secundum naturam sibi vices (vide M. Z. B. *disq. Pol. cas. 53. sent. pro. n. 6. & contra. n. eod.*) in præstandis obsequiis, zu allen unterthänigsten Gehorsam Dn. Myl. *cit. Tr. c. 38.* Ascan. Clement. *Tr. de patr. potestat. c. 6. eff. 3. n. 13.* & succollandis oneribus civilibus, reddi exposcit. Hæc enim (inquit Tuscus) *civilitati* ab initio sunt annexa; & civem esse, non est absque onere, & ideo eo ipso, quod quis creatur civis, & acceptat, efficitur obligatus ad onera, *tom. 1. pract. conclus. 276. n. 45. 46.* Cum enim omnia sint commoda, dicente alicubi Cicerone, à Patria (quæ est, ubicunque bene est, secundum illud Ovveni *l. 3. epig. 100.*

Illa mihi patria est, ubi pascor, non ubi nascor,

Illa mihi patria est, mihi quæ patrimonia præbet, &c.) accepta, nullum etiam incommodum pro ea grave putandum est. Terent. *Phorm. act. 5. sc. 3.* Potius honori ducendum civibus, si illis obsequii gloria relinquitur. Tac. *6. ann. 3. Obedientiam* autem superioribus debitam, & quousque se extendat, paucis explicat Megaland. Lutherus, docens: Käyser / und Könige Gebote / Fürsten Gebote /

Stadt Gebote höret es (loquitur enim de oviculis seu civibus fidelibus) als die allein diß zeitliche Leben betreffen. in der Hauß-Postill *Dom. Miseric.* vers. Denn also sage. Ita tamen ut etiam in his Deo magis obtemperetur, quam hominibus, quicunque etiam illi sint, pronunciante sic S. Sophia. *Onera* quod attinet, vocantur ea communiter Bürgerliche Beschwerden/ schwere Bürden/ rc. Arum. *vol. 1. d. 13. q. 10.* Chur S. Erled. *de an. 1653. & 57. Just. S. n. 109. 134.* Consistunt autem hæc potissimum in *muneribus. l. 214. V. S. l. 18. de mun. & hon.* iisque vel *personalibus. d. l. 18. §. 1. l. 1. §. 2. eod.* vel *patrimonialibus. d. l. 1. §. 1. d. l. 18. § 18. & seqq.* vel *mixtis. d. l. 18. cum* §. 26. Quæ *munera* omnia, unâ comprehenduntur significatione, & civilia seu publica (sc. ratione causæ eff.) appellantur. *d. l. 18. §. 28.* De singulis ordine, & quasi ex breviculo. Nam in selecto hoc de *Jure civitatis* Exercitio omnes concurrentes, incurrentes, & discurrentes, pro plenitudine earum, pertractare materias, nec animus mihi est, nec tempus, aut ingenium permitterent. *Personalia* itaque sunt, quæ personis inhærent, & corporis labore, vel animi sollicitudine expediuntur. *d. l. 1. §. 3. d. l. 18. §. 1. de mun. & honor.* vulgo: Kopff-Steuer/ Bürger-Geld/ rc. Item: Dienste/ als Wachen/ Musterung/ im Gewehr erscheinen/ rc. Dn. Myl. *d. Tr. c. 62.* & dividuntur ratione finis in *publica*, & *privata*. *Illa* principaliter ob publicam utilitatem suscipiuntur. *l. 14. §. 1. de muner.* *Hæc* principaliter privata civium commoda respiciunt. veluti: tutela, cura, &c. *arg. l. 1. §. ult. l. 18. §. 1. de munerib.* Munerum publicorum divisionem, & subdivisionem, & alia pl. videantur suis in sedibus ap. Dd. & accurate, more suo, explicuit sæpius laud. Dn. Lauterbachius *Coll. th. pr. de Muner. & honor.* *Patrimonialia*, quæ etiam *realia* à Dd. appellantur, sunt, quæ ratione patrimonii, vel bonorum à possessoribus eorum præstantur, ac rei inhærent. *l. 1. §. 1. l. 6. §. 4. l. 18. §. 18.* &c. *de munerib.* uti: tributorum exactio. *l. 3. §. 11. de muner* Steuern/ Geschoß/ rc. vid. Klock. *Tr. de contributionibus.* munus metatorum s. milites hospitandi. *l. 3. §. 14. d. T. l. 11. de vacat.* denen Soldaten Quartier verschaffen/ einquartiren lassen nisi ædes ejusmodi hospitum immunitate securæ sint. *l. 10. C. de metat.* P. Gregor. *syntag. l. II. l. 19. c. 8. n. 8.*

Quo tamen sub hospitandi munere, militiæ admodum proficuo, molestiæ, quas milites recepti dominis ut plurimum creant, minime

minime sunt intelligendæ. Nam præterquam quod in naturam peccent tales (cum ipsa natura hominum, consuetudoque communis hac generali Lege nos constringat, ut à quibus aliquid liberalitatis accepimus, plus eis gratiæ debeamus. Arctat quippe nos ad retributionem dati accepta largitio. Salvian. *l 4. contrà avar.*) ipsi quoque sacratissimi Imperatores sanctionibus suis huic remedendo subvenerunt malo, pœnas sc. aut pecuniarias, aut militiæ privationis dicendo. *l. 2. & 9. C. de metat.* imo, non tantum illi, qui ultra debitum extorquent, sed etiam domini, qui ea sponte exhibent, pœna afficiuntur. vid. P. Greg. *synt. l. II. l. 19. c. 8. n. 5.* Quemadmodum nec hac in re nostri defuerunt Augusti. Sic enim Div. Maximil. II. Es sol auch ein jeder/ wie er von den Quartier-Meister losieret wird/ desselben Orts sich begnügen lassen/ und sich darin friedlich/ und güetlich betragen. Articfels-Brieff. *art. 52.* adde: Holländ Kriegs-Recht. *art. 3.* ubi: Alle muthwillige Todtschläge/ Frauenschänden/ rc. & *art* 18. ubi: Ein Soldat / oder Reuter / der seinen Wirth / dessen Weib / Knecht / oder Magd stösset/ oder schläget/ rc. ibique P. Pappus *C. J M p. m. 139.* concordant K M zu Schwed. Kriegs-Articfel. *T. 16. n. 72.* zu Dennemarck. *T.* von *quartier. n.* 114-116. ubi etiam circa gallinas & anseres commissa furta notantur. adde der Stadt Zürch *T* von *quart.* 14. *n. 60.* Constitutiones certe æquissimæ, saluberrimæque, & ad militarem disciplinam, bellique gerendi nervum (civibus enim pessumdatis (vide Aristot. *5. de Rep. c.* 11.) bellum corruit) maxime facientes. Severitas enim insigne remedium est ad coërcendam militarem licentiam. Tac. *13. annal. &* 1. *Hist.* Qua etiam ratione militaria delicta gravius puniuntur. *arg. l.* 14 *de pœn.* quam civium; ne sc. illis, per modicam castigationem, pro lubitu grassandi fenestræ aperiantur. *Terrent enim*, inquit laudatus Pappus, *d. l. ni terrentur. & militaris res, si per se subsistat, ultra, quam decet, effertur.* Ad Riccius. *Tr. de lib. Jur. cura pri.* Nec sine absurdo dici potest: Illos Reip. esse damnosos, qui tamen pro ejus salute, & conscripti, & sub Juramento recepti sunt. adde Celeberr. Dn. Lauterb. *Coll. π. pr. de re mil.* P. Papp. *d. Tr.* Dn. Myl. *d. l. c. 80.* Besold. *de discipl. bell. in diss. de arte bell. c. 7.* Dn. Forstn. *ad Tac.* 1. *annal. verbis: ad arma civ. act.* Dn. Tabor. *de metat. p. 2. c. 1. th. 13.* & qui vel in Polit. vel Jure publ. quid ediderunt,

Regredior jam, unde dilapsus, ad *munera patrimonialia*. Quæ dividuntur, ratione causæ impulsivæ, in *ordinaria*; quæ ordinatiè & regulariter à Rep. portantur, singulisque recurrunt annis. *l.* 1. *C. de nav. non excus. l. un. C. de vacat. mun.* veluti: Ordinar-Anlagen / ordentliche Steuern / Beede / sive Bethe. nam olim ad rogationem tantum flebant. Wehn. *voce*: Beede: & *extraordinaria*, quæ ex improviso, & necessitate urgente, indicuntur. *l. 8. §. 3. de vacat. l. 6. §. ult. l. 18. §. 21. de munerib.* Dn. Myl. *d. Tr. c. 62.* Germ. Schatzung. Wehn. *voce*: Schatzung. & in specie: collectæ vocantur. Dn. Speid. *voce*: Steuer. *Mixta* sunt, quæ etiam personæ operam, una cum sumtibus, requirunt; seu quæ personæ & propter se, & propter res præstant, Da man einem etwas auff seine Handthierung schläget. Dn. Myl. *d. l. c. 62.* Nostrates indigitant: Gewerbe Gelder. Causam horum munerum omnium efficientem repræsentant ii, qui territoriali pollent superioritate. Reink. *de R. S. E. l. 1. clas. 5. cap. 4. num. 199.* Klock. *de contr. c. 3. 4.* Vultej. Consf. Marp. *vol. 2. cons. 30. num.* 100. Dn. Myl. *d. c. 62.* Territorio enim hoc Jus annexum est. Rosenth. *de feud. c. 5. concl. 74. l. 4.* Magnif. Carpz. *p. 2. c. 6. d. 24. n. 7.* Adeo ut opidani magistratus partes hîc nullæ sint, nisi consuetudine fuerit introductum, aut omnes cives, vel major eorum pars, id approbet. *arg. l. 4. & §. ult. de decret. ab ord.* Dn. Mevius *disc. lev. inop. c. 2. n. 104. &c.* Bruning. *de V. U. S. th. 65.* Besold. *de lib. Jur. l. 2. c. 25. f.* Zahn. *Ichnog. cap. 63. per. tot.* Quamvis distributio impositorum munerum ad magistratum urbanum pertineat, quia mixti ea imperii est. Magnif. Carpz *l. 4. Resp. 72. n. 2. & seqq.* citat. Zahn. *de Tr. c. 65. n. 3. 4.* ubi pl. & *n. 12. omnino. & c. 37 n. 9.* Subjectum exhibent *Incolæ, & Cives. c. 2. X. de censibus* Gail. 2. O. 52. n. 12. 13. Dn. Myl. *d. l. c. 62.* qui, quamvis unam forment Universitatem. *l. 22. de fidej.* ibique Goth. *lit. k* attamen sibi invicem in Jure opponuntur. *l. 11. C. de appell.* de *illis* vid. *cap. ult. h. Tractationis infra.* Cives quod concernit, hi germanice vocantur: Bürger / à Burgis, h. e. à locis muro, vel alio sepimento firmatis. Dn. Limn. *I. P. lib. 7. c. 1. n. 20.* Zahn. *Ichnog. c. 2. n. 35.* Utrique ad munera tenentur, quamvis commoditatis suæ causa absentes sint. Dn. Mev. *disc. levam. c. 6. n. 65.* Bartol. Tr. *de repræs. sept. pr. quæst. n. 3.* non tamen adeo pupilli; hi enim à personalibus excusantur. Nec minoribus, nisi in defectum, imponuntur munera

perso-

personalia, in quibus sc. requiritur consilium, & discretio. Petr. de Ubald. Tr. *de collect. n. 49. 50.*

Forenses itaque (loquor autem, de *forensibus* proprie dictis; qui sc. neque origine, neque incollatu, neque domicilio pars civitatis sunt. Dn. Dav. Mevius *ad l. Lubec. q. 4. n. 1. 2.*) ad onera non tenentur R. A. 1512. §. dieweil aber etliche. & 1544. §. damit aber solche Ord. Quia regulariter nec statutis, nec beneficiis civilibus frui possunt. Cravet. *cons 957. n. 19.* Rol. à Valle *cons. 79. n. 35. vol. 1* Magnif. Carpz. *cons. 48. n. 6. & 20.* &c. nisi ratione possessionum. Gail. *2. O. 52. n. 17* Weln. *voce:* Schatzung Dn. Speid. *voce:* Steuer. *p. m. 1189. col. 1. m.* Dn. Myl. *d. c. 62. ubi omninò.* Quando enim munus rebus principaliter indicitur, tunc attenditur locus, ubi res est, non persona, ubiubi ea sit. P. de Ubald. *cit. Tr. de collect. n. 56.* Quamvis, moribus nostris, quandoque etiam personalia munera forenses subire cogantur. laudati Dd. præprimis Gail. *d. O. n. 18.* P. de Ubald. *d. Tr. n. 69. & 72* ubi omninò. Reliquas causas lubens transilio. Cæterum census, collectas, & id genus munera omnino esse præstanda, ipsa recta dictitat ratio. Dissolutio enim imperii est, si fructus, quibus Respubl. sustinetur, diminuantur, Tac. *3. annal.* Siquidem in tributis firmitudo ejus consistit, uti ex Theophilo tradit Dn. Tabor JC. *in part. elem. pa. 2. th. 22. p. m. 62. med.* Ita tamen, ut minime omnibus omnia sine discrimine loci, temporis, personarum &c. imponat Princeps, secus Tyrannionis, i. e. qui pellem populi excoriat, & sanguinem emungit (uti Baldus loquitur, & ex eo Aleman. *de jure collect. p. 243.*) nomen non effugiet. Non enim singulis quidvis imperari potest civibus, præprimis in extraordinariis Dn. Speid. *voce:* Steuer. sed tantum, quantum æs, & libra, h. e. vires cujusque patrimonii, hoc permittant. *l. 12.* ibi: *pro viribus singul. C. de oper. publ.* Gail. *2. O. 52. n. 16.* Tenacissimæ namque Andriorum illæ sunt *Deæ*, ac late regnantes: Paupertas, & impotentia. Plut. *Them. c. 36.* Quod ipsum & in oneribus personalibus, quoad ingenii, aut corporis vires, procedere quidam volunt. Alb. de Rosate *in l. & qui origin. 3. de mun. & hon.* Nam etiam in his nulla est impossibilium obligatio. *l. 185 R. I. l. 6. de dolo.* laud. Speid. *voce:* Steuer *p. 1198. col. 1.* Unde Elizabetha Ang. Regina, conquerentibus de exactionibus Hibernorum delegatis, jussit ut Prorex temperamentum in hujusmodi exactionibus adhiberet,

veteri (Tiberii. *Suet. Tib. c. 32.*) verba: *Se velle suos, dum tondeantur, non deglubi.* Et ad Regni consiliarios dixisse perhibetur: *Vos, vos in culpa estis, qui greges non pastoribus, sed lupis, commisistis.* Gv. Camd. *Annal. sub an. 1576. f.* Quocirca Antoninus Pius procuratores olim suos modestissime suscipere tributa jussit, modum vero excedentes rationem factorum suorum reddere præcepit: neque unquam lætatus est lucro, quo provincialis oppressus est. Capitol. *in Pio Cæs.* Coacta enim isthæc, & quasi ad vivum resecta infelices sortiuntur eventus. sing. Pol. Jo. Hier. Im Hof. *ratio St. 8.* & quis non de his scripsit? vid. tamen Did. Saavedra *Symb. pol. 40. p. m. 290.* Wehn. *voce*: Schatzung *f.* Qua de causa boni quique Principes quibusdam, etiam ob solam non habendi necessitatem, uti loquitur JC. in *l. 4. §. 2. de muner.* non propter merita tantum, quod frequentius fit, immunitate à collectis concessa succurrerunt. Quo casu quæritur: an talis immunitas privilegium mere personale sit, an vero etiam heredes includat, s. an reale quoque sit, uti Dd. loquuntur? Resp. sub distinct. Nam aut ex gratia, ac misericordia tantum est concessa, aut per quandam conventionem. Illo casu, personam non egreditur, secundum privilegiorum naturam. Dn. Myl. *d. Tr. c. 49. p. m 434. & Dd. communiter.* Hoc vero casu heredes includuntur, ex natura contractuum, in quibus regulariter heredibus prospicitur. *l. 9. de prob. l. 7. §. 8. de pact.* Zahn. *Ichnogr. municip. cap. 66. n. 2. 3.* Q. ulterius, an hæc à collectis immunitas ad immunitatem ab onere metatorum se extendat? Quod regulariter nego. per *l. 3. §. 14. l. f. §. pen. & ult. de muner.* Ni si immunitas plena fuerit concessa. *l. 13. §. 1. de vac. & excus.* Klock. *de contr. c. 17. n. 207.* Dn. Speid. *voce*: Steuer *p. 1189 f.* Quid vero si aliquis ab epidemeticis immunitatem consecutus fuit? Resp. quod tunc & ab onere metator. sit exceptus. *Rubr. C. de metat.* ibique Gothof. Sed quid, si aliquis immunitatem à receptione militum obtinuit, anne etiam ab illo onere, quod vulgo vocatur: Servis/ est immunis? quod negandum puto. Reink. *R. S. E. 1. cl. 5. c. 4. n. 191.* Richter. *decis. 70. n. 52.* Zahn. *Ichnog. c. 67. n. 11.* Cæterum an, quando, & quomodo, Reip. causa, res civium sibi vendicare possit superior. vide omnino M. Z. B. *disq. pol. cas. 31. ubi politissime.* Volenti vero circa hanc materiam plura, plurima dabunt Interpretes ex parte quoque à me citati.

CAP.

CAP. VII.

Civilitati quænam contraria sint, pro diverso respectu diversimode considerari possunt. Quidā enim civitatem nunquam acquisiverunt. Quales sunt *peregrini. l.2.§ 28.de O. I.* qui etiam *forenses & extranei* vocantur. Amplisf. Dn. Hann. *Observ. Wes. ad Municip.n 4.* & *servi*, vel ita nati, vel ex peregrinis tales facti, per captivitatem &c Qui pro nullis habentur. Arnif. *doct.pol.l.1.c.12.* Dn. Tab. *part. cl.p.m.16.* Quod autem in jure pro nihilo habetur, illud nec juris accidentia capere potest.

II. Vel acquisitam civitatem amiserunt: aut *naturaliter*, veluti morte naturali. Mors enim omnia solvere dicitur. Barb. Tab. *voce: mors.n.11.* aut *civiliter.* Idq; vel cum *status mutatione*, vel *eo permanente salvo. Illo casu* mutatio est vel *cum ignominia* conjuncta, vel *non.* Illic tales statu dejecti incipiunt mortuorū loco haberi, uti videre est in maximam capitis deminutionem passis, qua & civitas simul, & libertas perditur. §. 1. *de cap.dem.* & in media f. minore cap. deminutione affectis, qui civitatem quidem tantum perdunt. *§.2.eod.* & libertatem retinent, verum miserrima plenam conditione. Jac. Oisel. *not.ad Cajum l.1.T.8.l.10.§.6.de in jus voc.* Qui enim talem sustinebant deminutionem non solum civitatem amittebant, sed etiam proprio civitatis Jure uti non poterant. *l.17.de pœn.* imo nec libere, ac plene juribus gentium. Neque enim activam. *l.2.C.de bon.proscript.* nec passivam. *l.6 §.2.de hered.inst.* testamenti factionem habebant. Habebantur enim pro peregrinis. Secus moribus nostris, quibus regionum discrimen nō attenditur, nec parum hoc peregrinitatis jus est imminutum. Werdenh. *l.1.c.6.q.25.* Vasq; *de success.progress.l.1.§.2.n.9.* Ge. Schultz. *Syn.Inst.de nupt. lit. b.* Sim. à Grœnevv. *de LL.abrog.ad l.1.C.de hered.inst.l.21.C.de testam.& ad auth.omnes peregrini. C. Comm.de success.* In Gallia, Anglia, Scotiaque tamen ratione successionis, Jus antiquum adhuc aliquem habet usum. Mortuis enim ibid. peregrinis, quales sunt, qui in provinciis, Regibus illis subjectis, nati non sunt, eorum bona fisco applicantur. Abr. Gölnitz. *It in.Belg.Gall.p.m.40.* Dn. Limn. *annot.ad Car.V.Cap.voce*: Gebornen Teutschen. *n. 22.* rationem aliquam addit HUG. GROT. *de I.B.P. l.2.c.6.f.* Nisi naturalitatis Literæ intercesserint. Quo casu suo fiscus Albinagii jure uti nequit. uti docuit Nobil. Vir Ludovicus Du Mays, Prof. in Coll. illustr. Tubing. honor. Nec adeo in Bannitis, & ab Imp. vel Camera Imp. proscriptis Jus hoc in desuetudinem abiit; utpote qui non tantum cives Romani esse desinunt, sed simul etiam pro S. R. Imperii hostibus, & peregrinis habentur, omniaq;, quæ sunt Juris civilis, penitus amittunt. A.B. *c.1.verb.omnes quoq.cives.* Joh. Herm. Stamm. *de serv.pers. l. 1*

l.1.T.3.c.4 n.2.& seqq. omnino Dn. Lauterbachius, Præceptor meus venerandiss. Coll. π. de statu hom. §.5. Huc & refero relegatos in perpetuum. Quamvis enim hi universalem retineant civitatem, attamen particularem hanc, una cum statutariis Juribus, perdunt. citat. Stam. d.T.3 c.1.n.21.c.2.n.23.&c. Idem Jus merentur & qui simpliciter, & indefinite, absq; ullius temporis adjectione, relegantur, veluti. Er sol des Landes verwiesen seyn. l. 10. C. de pœn. Hartm. Pistor. obs.189. Magnif. Carpz p 3 q.130 n.17.& p.4.c.47.d.5. laud. D. Lauterb. Coll. π.pr.de interdict & releg. Quibus subjicio illos, qui ad triremes, opus publicũ, tum Vestungs-Bau (die Zeit ihres Lebens) carceres, &c. in perpetuũ damnantur. laud. Stam. d.T.1 c.1.n.11. Wissenb π. de pœn.n.16. Hoc casu, quando nempe status mutatio cum ignominia conjuncta non est, vel civitas illæsa persistit, & familiæ tantũ Jus evanescit; vel etiam civitas, & familia in nihilũ abeunt. Exemplo sit filius adoptivus, qui ab exteræ civitatis cive adoptatus, emancipatione perdit familiam, una cum civitate, ab originariæ civitatis cive vero, eoque extraneo i. e. eo, qui non est ex ascendentibus adoptatus per emancipationem familiam tantum amittit, civitatem autem retinet, l.16.ad municip. Wesenb. π. eod. n. 4. Civilitas autem evanescit salvo omni statu, etiã quoad familiam, quando nempe aliquis civilitate tantum excidit, civisque municipalis esse desinit. Quod varias ob causas fieri potest, veluti, quando civis in necessitatibus suam civitatem dolose deserit. Asc. Clement. de patr. potest. c. ult. n. 97. Zahn. ichn. mun c.14 n.35.36. putat onera nõ sustinẽdo. Dom. Tusc. pract. conclusionũ. 1. concl. 275. n. 32. vel, quando quis in mora est implendi statutum. Decian. consil. vol. 2 pr. vel, quando civis in injusta causa contra magistratũ suũ alteri concivi patrociniũ præbet. Magnif. Carpz. p.1.c 1.d.21.

III. Vel civitati voluntariæ renunciarunt qua de re supra. Secus enim hodie, ubi utraq; resignari potest. R. A 1555. §. Wo aber unsere. l 12. §.9. de captiv. Stat. Dresd. c.1. § f. Ampl. Dn. Henr. Hahn. Observ. denuo recognit. ad Municip. ubi ad prolixam facti speciem extat. Responsum Ampl Facult. Jurid. p m. 140. usq; ad 149. inclus. add. beat. Knipschild. d.c.29.n 161. Renunciatio ut valida sit, ac procedat, requiritur I. ut tempestive, & non dolose ea fiat. l. 34. ad Municip. l.1. C. de incol. arg. l.65.§.5 pro socio. Arnis. l. 5. de republ. sect. 5. Zahn. Ichn. g. municip c.14.n 34. cap ult. n.2. II. Potestatem abeundi ut quis impetraverit, Abzugs-Brieffe / oder andere gnugsame Kundschafften. de quibus supra. III. Ut censum superiori relinquat, entrichten die Nachsteuer / Abfahrt / oder Abzug-Geld Phil. Knipsch. d.c 20. per tot. Zahn d. tr. c. 76. n. 4. R. A. 1594. §. und so viel. Modo in loco illo hoc Detractionis jus vigeat. Jus enim hoc consue-

consuetudine saltim esse introductum, discretè Recessus Imperii testantur; hinc est firma regula: Jus hoc in illis locis, ubi introductum non est, non habere locum. Quod autem nonnulli asserunt de vicesima hereditatum, de qua *l.ult.ibique Goth.lit.f.C.de Ed.D.Hadr.* id alterius est generis, nec huc quadrat. Gail. *2.O 36.n.10.* Dn.Myl.*d.Tr.c.63. ubi omnino* Stamm.*d.Tr.l.3.c.8 n.10.* Dn.Speid. *voce*: Abzug. Dn.Dieterich *de Jur.& Stat.Judaeor.c.9.* Quò Lectorem, me citius expediundi causa, remitto. Nisi singulari conventione civis huic renunciationi, de jure naturæ ipsi competenti, renunciaverit; Hug. Grot.*de I.B.P.l.2 c.2. ubi omnino.*

IV. Vel ipsum *Jus Civitatis* extinctum est. Idque *vel* cum ipsa urbe, quando nempe ex justo Dei judicio civitas aliqua vel flammis cœlitus, vel aquis, aliisve modis, vel plane absumitur, omnibusque partibus tollitur, veluti civitatibus Sodomæ, Gomorræ, Adamæ, Zeboimæ, cum agris adjacentibus, igne consumtis, *Gen. 19. v. 24. &c.* aut Atlanticis populis vi maris absorbtis, aut vico: Plurs/ terræ hiatu devorato, olim obtigit.add. Bartol. *in L. ejus qui. §. Cels. n. 3. ad Municipal. vel* sine ipsa, quando Resp. tantum in nihilum redigitur, velut peste, ob quam urbes desolatæ, & hominibus vacuæ extant. Vel alia accedente vi, per quam urbes incolis exhauriuntur, ac desertæ fiunt. Superioris quoque voluntate *Civilitas* pessumit; quæ declaratur *vel* verbis, per expressam nempe revocationem. Zahn. *Ichnog. c. ult. n. 1. ubi pl. vel* factis, quando nempe civitas aliqua solo æquatur, wann eine Stadt geschleiffet wird. hostili super inducto aratro, saleque adsperso. Zahn. *d.l.n 8.&c.&c.* quemadmodum urbibus Jericho, Ai, *Jos.c.6.& 8.* Hierusalem, Henel. *Otio Vratisl. c. 8.* Carthagini, *Flor. 2. cap. 15.* Mediolano, aliisque quam plurimis, sed ob enormissima delicta. Gœdd. *ad l. 17. ax. 3. V. S.* Gail. *2. O. 61. n. 1.* Besold. *de l. Jur. l. 3. c. 26.* Goth. *ad l. 21. quib. mod. usufr. am.* accidit. Quemadmodum etiam ex ipsorum inhabitantium voluntate & facto. Quale fatum subierunt Saguntus. Cluv. *Epitom. p. m.* 161. Astapa. *p.* 166. Numantia. *p.* 204. Flor. 2. *c.* 18. *Civilitas* quoque solvitur, quando, superioris jussu, signa urbis auferuntur, ea in reliquis salva permanente. ut: quando muri, turres, portæque dejiciuntur. Quod vetustissimæ olim civitati: Bardewick obvenit, ubi H Meybaum. addit. Man muste Sie auch hinfort nicht mehr eine Stad / sondern ein Dorf / nennen. Braunschw Chron. *p. m.* 168. Eosdem, jussu Superioris sui, perpessa est manes civitas Ericurt, sita in Comit. Montisbelg. Kl. Würtemb Chron. *p. m.* 334. & aliæ: Sig. Freyb. *Germ. perturb. par. pr. disc. 10. p. m. 60.* Secus est, quando id inscio vel invito fit superiori, puta per hostium

aut latronum impetum. Bartol. *in l. ejus qui. §. Celſ. n. 2. ad Municip.* Quo caſu tantum beſt, ut jura, & privilegia ſua amittat, ut etiam alio reſtaurata loco eadē retineat. Refertur enim hic caſus ad fortuitos, Gail. *2. O. 61. n. 5.* & Reſp. non in muris, ſed membris civilib9, conſtat. Henel. *d. c. 8. f.* Unde & Meſſenii, quamvis ejus urbis muri eſſent diruti, tanquā civitas, ad pacē jurandā admiſſi fuerunt. H. Grot. *de I. B. P. l. 2. c. 9. n. 7. Vel* quando cives univerſi aliquā derelinquunt urbem, & huc atq; illuc ſe diffundunt, & diſperguntur. Zahn. *Ichn. mun. c. ult. n. 16.* Quod primis accidit Babyloniis, turrim illam fatalem ædificaturis. *Gen. 11 v. 8. Vel* omnes ad unum occiduntur, uti Cives Nobeenſes. *1. Sam. c. 22. v 19. Vel* quando cives *Jure civitatis* ſuæ excidunt, ſalva in cæteris urbe. Wann ihnen das Bürger-Recht genommen wird. quemadmodū quibuſdam Tuſciæ civitatibus quondam accidit. Bartol. *ad d. l. ejus qui §. Celſ. n 5. ad municip.* Et de Capua refert Livius: *placuiſſe Romanis, ut tanquam urbs habitaretur, corpus nullū civitatis, nec ſenatus nec plebis concilium, nec magiſtratus eſſe, ſed ſine conſilio publico, ſine imperio multitudine.* H. Grot. *de I. B. P. l. 2. c. 9. n. 6.*

In caſu, quo civitas aliqua Banno percuſſa eſt. Gail. *de P P. l. 2. c. 9. n. 30. &* 2. *O. 61. n* 1 ac civis illius ejecti atq; diſperſi ſunt, quæritur: quando à percutiente eam banno gratiā (ad quā tamen quemadmodū ad bannū & everſionem ſubſequentem non, niſi tarde (vid. Zahn *Ichnog. mun c. ult. n. 15.* ubi notabile adducitur exemplum) accedat Gail *de pac. pub d. c. 9. n. 17. &c.* Mynſ. *c. 2. O 30.* Magnif. Carpz *p. 3. q. 150. n. 44*)poſt executionem reportat. *l. 1. § 10 de poſtul.* an hæc etiam *Jura civitatis* recipiat? Reſp. diſtinguendo inter reſtitutionem gratiæ plenam, & minus plenam. Hæc pagum tantum efficit, & vitam, loco gratiæ, reportari facit. Nudum enim continet reditū, non autē & honores perditos, bona fiſco ſociata, privilegia, juriſdictiones, immunitates, aliaque amiſſa Jura. *arg. eor quæ* Gail. 2. *O. 61 n. 4. l. 2. § 3. l. 4. 5. 6. 7. 8. C. de ſent. paſſ* neq; enim ultra contenta in ejuſmodi reſtitutione conceſſa videntur. Et quia hæc reſtitutio cōmunis eſt, ideo in dubio tantū præſumitur. Secus obtinet in plenaria reſtitutione, & quoad omnia priſtino ſtatui reddita civitate. *l. 1. & ult. C. de ſent. paſſ.* H. Bruning. *de V. H. S. th. 99.* Conſultiſſ. Dn. Lauterb. *Coll. tr. pr. de ſent. paſſ ubi late.* Cæterum quæ habet Gail. 2. *O. 61. n. ult.* nihili ſunt & contra Jura. Quæritur ulterius: an civis alicujus civitatis ob id, quod efficitur clericus, perdat *Civilitatem?* Reſp. quod non. Quia per Clericatū *jura civitatis* nō tolluntur. *l. 36. C. de epiſc. & cler.* & qui exiſtit clericus, aſcendit ad majorem ſtatū, per quem prima *Civilitas* non tollitur. *l. 22. § ſenatores, ad Municip. l peti. de ſenator.* Domin. Tuſc. *Pract. Concl. 279. n. 4. tom. 1.* quāvis hoc falſum, quod ait: Religioſos eximi à Juriſdictione ſeculari. Qui

error

error Pontificiorũ proprius est, sed solidè refutatus à doctissimo Arnisæo in *pec.tract.de Exempt.Clericor.* Nec, licet haud teneatur ad quæcunq; munera realia, vel personalia, eo minus tamen civis est. Est enim civis privilegiatus *l.1.vers.sed nunc.* ubi Bartol. *ad municip* P. Ubald, *d.Tr.de collect.n.50. &c.*

CAP. ULTIMUM.

COgnata *Civilitatis* sunt I. *Incolatus.t.t ff.& C.de incol.* Qui vel *simplex* est, vel *qualificativus. Illius* subjecta sunt hi, qui in oppido aliquo absq; *civitatis Jure* suũ constituerunt domicilium. sæpe laud. Knich *cit.Tr.l.2.c.29. n.78.* animo perpetuo ibi habitandi, nisi quid avocet. Vocantur alias *incolæ*, quasi valde colentes, & honorantes civitatem. Wesenb. *Consil. 40 n. 19.* in quam se transtulerunt. Zahn. *Ichnogr.c.90 n 3.* Germanice dicuntur: Einwohner/Bädemere. Zahn *d.c.n 5.* sive: die sich in eine Stadt häußlich begeben/und gesetzt haben. Item: Welche sich eines Orts nieder gethan haben Chur-Pfaltz L.O.T *6.7.l 20.ad Municip.l.239 V.S.* Magnif. Carpz.p *1.c.3.d.18.n 6.7.8. & p.3. c.38.d.18 n.9.* Juris Consultiss. Dn. Lauterb. *Coll th pr.ad Munic.ibiq; de incolis.*

Acquiritur autem *incolatus* hic per contractum alicubi domiciliũ, quod cognoscitur illatione vel omniũ fortunarum, vel majoris earũ partis. *l 17.§. 13.l 20. ad Municipal.* eo animo facta, ut perpetuo ibi permaneat. Magnif. Carpz. *d.d* 18. & probatur hic animus vel verbis, quando quis mentem suã expressè declarat. laudatiss. Carpz. *2.Respons 21.n.16.* vel factis. Zahn. *d.c 90. n.7.8.9.* si sc. alicubi res suas ita collocet, instruat, adminiſtret, v.c. pecudes, servos q, alendo eo in loco. Præsumitur enim ex illa dispositione contractũ domicilium. cit. Dn. Carpz. *2.Resp 22.* Dn Hahn. *Obs Wes.ad Municip.ubi de incolis.& T.de Judic.n f.* Ex quibus patescit, illos (inter quos sunt Perezius & P Gregorius) errare graviter, qui putant, domicilium decem annis acquiri, legemq; suæ sententiæ probatoriam simul proferre conantur, sed a versis Juribꝰ Quippe domiciliũ tempus nõ inducit, quamvis in tempore contrahatur. *l.2.C.de incol* prælaudat. Carpz. *2 Resp.23.* Dn. Franctzk. *tr.de Judic.n.31*

Tametsi verò *Civilitas* hoc modo non comparetur, neq; enim per *incolatum* quis Albo civitatis inseritur. Dn Myl. *d.Tr.c.38. ubi pl.* unde, uti dictũ, *cives* & *incolæ* sibi in Jure præsertim Codicis (& moribꝰ nostris) regulariter opponuntur *l.11.C.de appell l.7.C.de incolis.l.239 § 2.ibiq; Gothof.de V.S.* H. Zœs. *tr.ad Municip.n.4.* (Dico regulariter. Nã in *T.ad Municipalem.* & à *Dd* quoq; *incola* pro *cive* allecto sæpius usurpatur, opponiturq; originario. Wesenb. *consil.40.ubi n.18.* sic ait: *Idem Juris est in incolis, quod in civibus: cum una & eadem res non debeat, diverso Jure censeri &c. add.* Speid. *voce:* Bürger *p. 173.* Quod, si de meris incolis dictum sit, manifesto falsum esse puto.) & statutum quod

de veris (vocabulo in potiori significatu accepto) *civibus* expresse loquitur, ad *incolas* non pertinet. Wehn. *voce:* Pfahl Bürger. nec de omnibus civitatis Juribus in universum participant. Arnis. *doctr. polit. l. 1. c. 12. verb. post peregr.* Zahn *d. c. 90. n. 12. 16.* Quia tamen cum civibus sub eodem genere, nempe municipum, comprehenduntur. Gœdd. *ad l. 18. n. 2. & 7. V. S.* quamobrem etiam publicis adstringuntur muneribus. *l. 22. §. 2. l. 34. ad Municip. l. 6. C. de incolis l. 10. de tutel.* Bruning. *de V. U. S. th. 34.* Gœdd. *ad d. l. 18. n. 26. V. S* Zahn. *Ichnog. c. 90. n. 13. &c.* obliganturque consvetudinibus, & legibus ejus loci, ubi incolatum instituerunt. *l. 29. ad Municip.* Bartol. *ad l. si is qui pro emt. n. 34. de usucap. & l. edificia. V. S.* Gail. *2. O. 35. n. 4. & 5.* Magnif. Carpz. *p. 3. c. 12. d. 16.* Jurisdictioni quoque subjiciuntur. Id. *p. 3. c. 12. d. 18. & c. 38. d. 18. cum annexo prejud.* commodisque civitatis fruuntur, mit Ankauffung der Häuser/ und anderer unbeweglicher Güter sich seßhafftig gemacht / oder sonst mit Heyrath / oder einmiethen / beharrlich nieder gelassen / darneben gut Gewerb/ und Handthierung treiben. Stat. Dresd. *c. 1. & p. 71.* Gail. *2. O. 35. n. 9.* Wehn. *voce:* Hindersassen. C. I. A. *ad Municip. §. 8.* Werdenh. *l. 1. c. 6. q. 19.* quo sensu etiam intelligo *c. ult. Sapient. vers. 15.* ideo non sine ratione *cives*, quamvis improprie, & communiori in sensu, vocari possunt. Perez. *in Cod. de incol. n. 1. f.* Philosophus *l. 3. Pol. c. 1.* Nam & hi *cives* sunt, qui in gradu remissiori (voce largius accepta) tales sunt *l. 22. §. 2. ad Municip.* Wesenb. *π. eod.* ibique Bachov. *lit. b. f.* & Consultiss. Hahn. *Obs. VVesenb. ibid.* Unde & *quasi cives* nominantur, ad exemplum sc. obsidum Romanis datorum, & quidem illorum, quibus populus Romanus usum togæ permiserat. Hi enim quasi *cives* testamentum Jure facere poterant. Wissenb. *π. de jure fisci n. 11.* Quia in effectu fere cū civib9 conveniunt. Laud. Wissenb. *π. ad municip. n. 4.* P. Gregor. *synt. I. U. l. 18. c. 13. n. 18.* Menoch. *consl. 692. n. 6.* & omnino Magn. Carpz. *Proc. T. 9. art. 5. § 6. n. 90* & T. *7. art. 3. §. 1. n. 2.* & *I F. p. 3. c. 12. d. 16. n. 1. d. 18. n. 2.* Stat. Dresd. *c. 14 § 6.*

Quousque autem *Incolatus* hic in civitatibus toleretur, non adeo certi quid definiri potest. Per annum tolerari author est Gail. *2. O. 35. n. 8.* vide etiam Wehn. *voce:* Bürger. sed Dresdæ multo brevior terminus incolis est dictus, nempe unius mensis spatium, intra quod aut discedendum ipsis, aut *Civilitas* redimenda. Stat. Dresd. *c. 1. & p. 72.* Imo nec hoc perpetuum est, nam reperiuntur ibi, quorum *incolatus* perpetuus est, volente ita Superiore. Stat. Dresd. *c. 1. pr. & per tot.* Verùm arbitrio cujusvis urbis & Magistratus hoc est relictum, nisi statuta contraria adsint, quæ tamē subinde pro temporū diversitate vel aliter interpretanda, vel corrigenda.

A prio-

A priori illa *Incolatus* specie diversus est alter ille, qui *qualificatus*, & quidem ideo appellatur, quia ei aliquid majus, quod simplex nō habet, superadditū est. quale est: I. *Protectio*. Qui enim Magistratus tuitioni se cōmiserunt, non simplices solū sunt incolæ, sed pinguius quoddam possident Jus. Hi autem subjecerunt se *Protectioni vel* Magistratus supremi, *vel* inferioris s. subalterni, *vel* infimi s. opidani, & ubiq; vocantur: Schirm-oder Schutz-verwanten. *Prior Protectionis species* huc non adeo pertinet. Est enim Advocatia superior territorii Jure radicata, quæ *protectio* semper annexā habet jurisdictionē ex regio Superioritatis Jure Dn. Speid. *voce*: Landes-Fürstl. Schutz. Et in hanc *protectionē* suscepta erat quondam Maria Stuarta, Jacobi V. Scotorum R. filia, de qua Camden. *Annal. sub anno* 1586. sic: *Alii erant, qui illam* (Stuartam nempe) *ut absolutam, non censebant, sed tantum titularem Reginam* (Jus nostrū honorariæ dignitatis reginam vocaret. *Nov. 35. §. 3. pr.*) *quia regno cesserat, & cum in Angliā primum veniret, se Reginæ Angliæ PROTECTIONI subjecerat &c.* reliqua ibi oculari dignissima sunt inspectione. Nam eo ex capite (nempe hujus *protectionis*) capite postmodum punita est, postquam perduellionis accusata, & damnata fuerat. *arg. l. 5. C. ad L. J. Maj.* Wissenb *ex. eod. §. 5. & 9.* Nam vel domicilio tantum subditus, in Majestatem cōmittens directo, hac pœna affici potest. *d. l. Clem. pastoral. vers. rursus non est. de sent. & re jud.* laicus sit, an clericus. *can. 19. ca. 22. q. 5. c. 23. X. de sent. & excomm.* moderationis usu non sit destitutus. Magnif. Carpz. *p. 3. q. 41. n. 10.* & omnino Celebratiss. JC. Dn. Lauterb. *Coll. ex. p. tit. ad L. J. M. sub doctrina de subjecto*, ubi etiā quæstio tractatur: an forenses L. J. M. teneantur? Vult illud Alb. Gentilis, sed male. *Secunda Protectionis species* huc plane non pertinet. Neq; enim jurisdictionē, nec subjectionē efficit, sed tantū pro tuitione, annuæ persolutionem pensionis, Schutz-Geld, elicit. Qualē defensionem habet Princeps Henneburgicus (quē referunt hodie SERENISSIMI SAXONIÆ ELECTOR, ATQUE DUCES, Domini mei clementissimi) super monasterio Brattingen Jo. Gœbel. *in Compend. Jur. Feud. par. 10. T. deterioratio.* conf. Wehn. *voce*: Schirms-Verwante. Speidel. *voce*: Schutz und Schirm. *Tertia & ultima Protectionis species* hujus est loci, illā enim opidanus pollicetur magistratus. Et hujus subjecta, præprimis in Electoratu Saxoniæ sunt ii, qui ex loco, quē reliquerunt, veniā emigrandi obtinuerunt, domiciliū alibi constituerunt, & quotannis, opidano hoc permittente Magistratu, omniū ordinariarū vice collectarū, certam taxam, in recognitionē Urbanæ jurisdictionis, Reip. conferunt. Hæc pensio Dresdæ duos Joachimicos vix excedit. Pro qua ipsi civilia quædam commercia, modo ea non sint opimiora, grosse Handlungen / und Gewerbe / exercere jure possunt, fruunturq; hac cōmoditate quoad taxā præscriptā solvunt, ad heredes autem ea non transit. Cæterū hujus *Parentelæ* mentio extat in Stat. Dresd. *a. 6. §. 2.*

II. *Nu-*

II. *Nudi nominis* (civis) ex concessione superioris *usurpandi Jus*. Quales homines reperiuntur in Insula Chio, ubi pagus, cui nomen Homeri, sexaginta præter propter Græcanicas continens domus, ha ū incolæ Sultano Turcico mille ducatos annuos contribuunt, quo se Op dano, Stadtleute/ omisso, & suppresso nomine rustico, nominare licite queant. Salomon. Schwveick. *Itin. Orient. l. 3. c. 6. p. 146.* Quorum tamen hominum mentis excessum erudite notat CL. ac beat. Senex, Zeilerus *epist. 294. f.*

III. *Fori sortitio* ob rem imobilem sub alicujus jurisdictione sitam *c. ult. X. de foro comp. l. 38. de Jud.* Besold. *de lib. Jur. l. 5. q. 7.* JurisConsultissimus. Vir, Dn. Wolfg. Adamus Lauterbachius, Præceptor meus honorandiss. Cui prospera quæq; ex animo apprecor, *Coll. π. post. de Judic. §. 9.* Tales vocantur Germ. *Jurisdiction*-Verwandten. Statut. Dresd. *p. 71. f.* quia forum ratione rei sitæ sortiuntur, in cœteris *forenses* sunt. *dd. ll.* Reales enim instituuntur actiones, ubi res sitæ sunt; statuta urbana de rebus disponunt civitati suæ subjectis; collectæq; imponuntur naturaliter rebus. unde & in novis Sereniss. SAXONIS Decisionibus continetur: Das die Grund Stücke/ oder Imobilien nach des Orts/ darunter sie gelegen/ Statuten, und Herkommen in allen Fällen zu achten. *Decis. 54.* idem habet & *decis. 59.* Ex quibus manifestum fit, rerum immobilium dominos, ob rem alicubi sitam, merito huc referri.

ATQUI hæc sunt, quæ de egregia hac materia, necessarii Exercitii ergo, pro ingenii modulo publici juris facere volui. Optarem equidē, me operę pretium præstare potuisse, & eruditis oculis digna attulisse; verum tantum abest, ut hæc mihi persuadeam, ut potius credam, nedum mihi ipsi me satisfecisse, taceam acuto, aut nauseanti lectori. Dum enim hoc, quicquid est, in ædibus Paternis intra tres, vel, si, quæ mentem varie distraxerunt, inducias connumeres, quatuor menses, Dresdæ, Fatis sic demum volentibus, conscribo, omni manuductore sum destitutus. Indigne profecto pro tanti gravitate argumenti, quod vel doctissimo cuivis negotiū facessere possit. Itaq;, quos dedi, lapsus, &, qui patebunt, hiatus facilius mihi condonaturi sunt, quorum Virtus in ejusmodi mari sæpius exercita fuit, atq; jactata. Cum periculum hoc de generibus eorum sit, in quib9 vel errare, vel hallucinari sua laude non careat, uti alicubi Marq., Freherus JC. loquitur. Ergo & mihi tentasse primum, ac, quantum potuerim voluisse, à bonis laudi vertetur, Juxta illud Ovidii ad currum Phaetont:

Quem si non tenuit magnis tamen excidit ausis.

Interea omne hoc, quam exiguum etiam appellandum, SOLI DEO, sed gratæ mentis humilitate, acceptum referro. Cui æterna sit Laus, & Gloria interminabilis in secula.

FINIS.

II. *Nudi nominis* (civis) ex concessione superioris *usurpandi Jus.* Quales homines reperiuntur in Insula Chio, ubi pagus, cui nomen Homeri, sexaginta præter propter Græcanicas continens domus, ha ũ incolæ Sultano Turcico mille ducatos annuos contribuunt, quo se Op. dano , Stadtleute / omisso, & suppresso nomine rustico, nominare licite queant. Salomon Schweick. *Itin. Orient. l.3. c.6. p.146.* Quorum tamen hominum mentis excessum erudite notat Cl. ac beat. Senex, Zeilerus *epist. 294 f.*

III. *Fori sortitio* ob rem imobilem sub alicujus jurisdictione sitam *c. ult. X. de foro comp. l.38. de Jud.* Besold. *de lib. Jur. l.5. q.7.* Juris Consultissimus, Vir, DN. Wolfg. Adamus Lauterbachius, Præceptor meus honorandiss. Cui prospera quæq; ex animo apprecor, *C. ll. π. post. de Judic. §.9.* Tales vocantur Germ. *Jurisdiction*-Verwandten. Statut. Dresd. *p.71. f.* quia torum ratione rei sitæ sortiuntur, in cœteris *forenses* sunt. *dd. ll.* Reales enim instituuntur actiones, ubi res sitæ sunt; statuta urbana de rebus disponunt civitati suæ subjectis; collectæq; imponuntur naturaliter rebus. unde & in novis Sereniss. SAXONIS Decisionibus continetur: Das die Grund-Stücke / oder Imobilien nach des Orts / darunter sie gelegen / Statuten, und Herkommen in allen Fällen machtë. *Decis. 54.* idem habet & *decis. 59.* Ex quibus manifestum fit, rerum immobilium dominos, ob rem alicubi sitam, merito huc referri.

ATQUI hæc sunt, quæ de egregia hac materia, necessarii Exercitii ergo, pro ingenii modulo publici juris facere volui. Optarem equidẽ, me operę pretium præstare potuisse, & eruditis oculis digna attulisse; verum tantum abest, ut hæc mihi persuadeam, ut potius credam, nedum mihi ipsi me satisfecisse, taceam acuto, aut nauseanti lectori. Dum enim hoc, quicquid est, in ædibus Paternis intra tres, vel, si, quæ mentem varie distraxerunt, inducias connumeres, quatuor menses, Dresdæ, Fatis sic demum volentibus, conscribo, omni manuductore sum destitutus. Indigne profecto pro tanti gravitate argumenti, quod vel doctissimo cuivis negotiũ facessere possit. Itaq;, quos dedi, lapsus, &, qui patebunt, hiatus facilius mihi condonaturi sunt, quorum Virtus in ejusmodi mari sæpius exercita fuit, atq; jactata. Cum periculum hoc de generibus eorum sit, in quibꝰ vel errare, vel hallucinari sua laude non careat, uti alicubi Marq. Freherus JC. loquitur. Ergo & mihi tentasse primum, ac, quantum potuerim voluisse, à bonis laudi vertetur. Juxta illud Ovidii ad currum Phaetont:

Quem si non tenuit magnis tamen excidit ausis.

Interea omne hoc, quam exiguum etiam appellandum, SOLI DEO, sed gratæ mentis humilitate, acceptum referro. Cui æterna sit Laus, & Gloria interminabilis in secula.

FINIS.

